Carraill, ejus gleba, mansione, decimis et redditibus quibuscunque, cum dimidietate piscium decimarum ville de Carraill ;—et concessit JACOBO DOMINO LINDESAY (qui asselationes suas dicte rectorie resignaverat), heredibus ejus masc. et tallic successoribus ei in dominio de Byris, — patronatum dicte ecclesie ; et promisit quod eundem annexaret quibuscunque ejus terris, dominiis et baroniis ad ejus desiderium :—INSUPER rex ceteras decimas &c. dicte ecclesie concessit et admortizavit NOVO COLLEGIO SANCTI ANDREE (*lic pedagogi*), ac NOVO COLLEGIO infra burgum DE EDINBURGH fundato ;—viz., collegio S. Andree decimas garbales terrarum de Kingis-barnes, more de Carraill quando coleretur, de Kilduncane, decimas de Cambo et terras ecclesiasticas, decimas de Pitnulyie, Pittowie, Piccartoune, Minarbowhill et Littill Trostrie, cum devoria dimidietatis dietarum decimarum piscium, idque pro sustentatione tot bursorum in theologia prout convenienter sustineri possent in ordinaria sustentatione et cubiculis tantummodo ;—et collegio de Elinburgh decimas garbales terrarum de West Barnis, de Airdrie, Sipseis et croftarum de Carraill, de Kingismure quando coleretur, de Drumraik, decimas de Merstoune, de Kippo, de Naikitfeild, de Gaistoune, de Ruidwallis, in parochia de Carraill, vic. Fyff, pro sustentatione tot bursorum in philosophia studentium prout convenienter &c. (*ut sup.*) :—et voluit quod omnes dicte decime &c. libere essent a solatione taxationum, primorum fructuum, quinti denarii *lic fyff pennie*, et a ceteris oneribus pro perpetuo, exceptis sumptibus in reparationem tertie partis dicte ecclesie (quibus rector subjectus esset), et sumptibus panis et vini ad communionem (qui in tres portiones inter dict. rectorem et collegia equaliter dividerentur) ;—et quod prepositus dicti collegii S. Andree decimas collegio S. Andree, prepositus et ballivi burgi de Edinburgh decimas collegio de Edinburgh, debitas levandi potestatem haberent :—INSUPER rex concessit dictis Jac. et heredibus donationem trium bursorum in colleg. S. Andree, et trium bursorum in colleg. de Edinburgh, super diet. decimis sustentand. ;

—PRETEREA rex voluit quod presentes assedatores et pensionarii de dict. decimis &c. nullo modo prejudicarentur:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 78.

101. Apud Halyrudelous, 1 Jun.
 REX concessit ALEXANDRO DOMINO URQUHART, heredibus ejus masculis et assignatis,—terras et baroniam de Estir et Westir Barnis, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—que fuerunt quondam Georgii dom. Seytoun, de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ratione recognitionis ob eorum alienationem per dictum Geo. factam quond. Willelmo dom. Yeister, quond. D. Joanni Seytoun filio secundogenito dicti Georgii, aut cuicumque alteri persone, absque licentia regis:—cum potestate dicto Alexandro pro declaratione recognitionis proseguendi:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 19.

102. Apud Halyrudelous, 4 Jun.
 REX concessit et, pro bono servitio ac pro magnis summis persolutis, de novo dedit D. DAVIDI LYNDESAY de Mouth militi, Leoni regi armorum, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Mouth, cum tenentibus &c., vic. Fyff;—quarum solarem dimedietatem, cum superioritate omnium, Rob. Lyndesay filius legitimus secundogenitus Jacobi dom. L. de Byris (cum consensu dicti Jacobi patris sui ac tutoris), proprietatem umbralis dimedietatis idem Dav., in favorem dicti Dav. resignaverunt; et quas rex incorporavit in liberam tenandriam de Mouth, et voluit quod manerici locus dicti Dav. esset principale messuagium ejusdem:—RENDEND. servitium warde &c.:—PRETEREA rex concessit dictis Dav. &c. donationem warde, relevii et nonintroitus, et maritagium cum contingeret, pro annua solutione 16 lib. pro warda &c., et pro maritaggio et relevio ejusdem 100 merc.:—TEST. 65. 46. 17. 69. 33. 31. 19. 50. xl. 1.

103. Apud Halyrudelous, 8 Jun.
 REX confirmavit cartam factam per Pat. Kynnaired de eodem, Jo. K. ejus filium et

heredem apparentem, Margaretam Ogilwie conjugem dicti Jo.,—[qua, pro perimplentione contractus de data presentium, venderunt ALEXANDRO RAMSAY ballivo burgi de Dundie,¹ in vitali reddito, et GEORGIO RAMSAY filio et heredi apparenti dicti Alex., et AGNETI GIBSOUN conjugi dicti Geo., in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Georgii quibuscunque, hereditarie, absque redemptione,—terras de West-plewland de Sandfurde et Flashill (per Andream Millare et Wil. Myllare et eorum subtenentes occupat.), in dimedietate sua baronie de Nauchtane, vic. Fyff:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. And. Kynnaired burgen. de Dundie, Rob. K. filio dicti Pat., Jac. Jaksonn in Kynnaired, Jacobo Stevinstoun notario, M. Alex. Wedderburne scriba curie Deidonane, Joanne Auchinlek ejus servo (scriba carte), Pat. Kynnaired fratre dicti Patricii, And. Qubeit connotario, Davide Wodderburne:—Apud Dundie et Kynnaired, 18 et 23 Maii 1594]:—PRETEREA, pro bono servitio dictorum Alex. &c., dictas terras eis de novo dedit, cum communia in marresio de Swallowoure:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 105.

104. Apud Edinburgh, 9 Jun.
 REX,—pro bono servitio in diversis muneribus et servitiis ei commissis peracto, tam in oris et mediis limitum regionibus Scotie pacificandis quam alias,—concessit WALTERO SCOTT de Branxholme militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—foreste loca et terras de Catslak cum turre, terras de Eister et Wester Manbingeris, cum molendinis et multuris, in unam tenandriam de Catslak incorporatas, in dominio de Ettrik-forrest, vic. Selkirk; terras, dominium, baroniam et regalitatem de Selkirk, cum silvis, molendinis, piscationibus, tenentibus &c. vic. de Selkirk;—que regi devenerunt ob forisfacturam Willelmi olim com. Angusie, 8 Jun. 1594:—INSUPER rex dict. terras de Catslak &c. incorporavit in liberam tenandriam de C., ordinando dict.

¹ In introductory clause "burgensi de Dundie."

turrin principale eorum fore messuagium; et dictas terras de Selkirk &c. in liberum dominium, baroniam et regulitatem de S., ordinando habitationis locum Joannis Wilkisoni infra burgum de Selkirk fore principale ejus messuagium:—**REDDEND.** pro dicta tenandria 176 lib. 3 sol. 4 den., necnon duplicando dictam summam in introitu heredum, nomine feudifirme; pro Selkirk unum den. argenti nomine albitime:—**TEST.** 65, 46, 47, 69, 32, 31, 19, 59. xl. 77.

105. Apud Halyrudhous, 9 Jun.

REX—cum avisamento &c. (18.),—confirmavit rentale factum per Jacobum V. regem, sub hac forma:—[In assedatione domini de Stratherne facta apud burgum de Perth, 2 Jun. 1541—assetat. in feudifirma 40 solidate terrarum de South Kynkell **JOANNI MONCREIF**:—**SOLVEND.** annuatim 3 lib. 6 sol. 8 den., cum parte marte (ita est in rentali predicto. Sic subscribitur, Alex. Hay)]:—**NECNON** cartam Marie regine Scotie,—[qua ad feudifirmam dimisit **HENRICO MONCREIF** filio (dicti) quondam Joannis Moncreif, et **JONETE MERSE** ejus sponse,—40 solidat. terrarum de South Kinkellis¹:—**TEST.** Joanne archiepisc. S. Andree thesaurario, Georgio com. de Huntlie et Moravia dom. Gordon et Badynoch &c. cancellario, Arch. com. Argadie domino Campbell et Lorne &c., Wil. dom. Ruthven secreti sigilli custode, Magistris Thoma Marjoribankis de Ratho rotulorum registri ac concilii clerico, Jo. Ballenden de Auchmoule justiciarie clerico, Alex. Levingstoun de Donypace cancellarie direttore]:—**NECNON** instrumentum sasine —[per Davidem Murray de Galvelbege, senescallum deputatum de Stratherne, date Joanni Drummound feudatario de Kirkhill, aetornato **JACOBI MONCREIFF** fratris germani et heredis retornati (dicti) quond. Henrici M. in South Kinkell,—de dictis terris;—super precepto sasine per regem Jac. VI., dato apud Edinburgh, 23 Jan. 1587, an. reg. 21:—**RESERVATO** libero tenemento diete Jonete:—**TEST.** Finlao Duncane in Kinkell, Jo. Malice filio Thome

M. ibidem, And. Guild ejus servitore, Wil. McInting serjando dicti senescallatus, Jo. Drummound in Kinkell: Acta super dict. terras, circa 1 p.m., 2 Feb. 1587:—Sequitur attestatio M. Willelmi Drummound notarii publici]:—**INSUPER** rex,—quia dictus Jac. et ejus predecessores antiqui nativi tenentes et feudifirmarii fuerant,—pro servitio sibi facto et fiendo, dictas terras dicto Jacobo, heredibus ejus et assignatis, de novo dedit:—**TEST. ut in aliis cartis** &c. xl. 101.

106. Apud Halyrudhous, 10 Jun.

REX—cum avisamento &c. (19, 20, 10, 6, 27.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit **DAVIDI BALFOURE** de Inshery, in vitali reddito, et **DAVIDI BALFOURE** ejus filio seniori et heredi apparenti, heredibus ejus masculis et heredi apparenti, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscumque, hereditarie,—terras de Pullis cum earum prato, in baronia de Cambuskymeth, vic. de Clakmannane:—que olim fuerunt pars temporalitatis abbacie de Cambuskymeth:—**REDDEND.** annuatim 34 mareas, cum 24 caponibus et 9 anseribus domesticis; cum tribus sectis ad tria placita capitalia diete abbacie; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—**TEST. ut in aliis cartis** &c. xxxix. 106.

107. Apud Halyrudhous, 10 Jun.

REX—cum consensu &c. (19, 24, 10, 16.),—confirmavit **ANTHONIO MURRAY** de Raith—partem mori de Madertie (intra bondas specificatas), in baronia de Cardny, vic. Perth;—quam, olim de commendatario de Incheffray tentam, idem Anth. resignavit:—**INSUPER** rex concessit dicto Anth. libertatem ab antiquo ad monasterium de Incheffray pertinentem piscandi per actus (arcas), retia et *lie gulltis* &c., pro anguillis et aliis piscibus quibuscumque capiendis in loco dicto *lie Polpefferrie* alias *lie Pow* de Incheffray infra dominium de Dulary, senesc. de Stratherne, vic. Perth: necnon et strues lignorum et *lie gulltis* congeriesque lapidum ac muros terrarum faciendi, stagnos ad aquam retinendam jaetandi, annes ad aquam retinendam

¹ See *Registrum Magni Sigilli*, A.D. 1546–1580, No. 701

situandi et pro libero cursu et introductione ejusdem super dictis terris de Dullory ubicunque; et si contingeret ullas personas dict. terras de Dullory possidentes, aut alias personas quascunque, imponere areas &c. ad pisces capiendos absque licentia dicti Anthonii, liceret dicto Anth. dict. areas &c. ad proprios usus applicare sine reclamacione vel repetitione per dictas personas;—que libertas per dictum Anth., ejus patrem et quondam Anthonium M. ejus avum tanquam pertinentia dicte particule mori ultra hominum memoriam possessa erat:—PRETEREA rex concessit dicto Anthonio communitatem per omnes partes mori de Balmaclone et *lie Kers* ejusdem, adjacentes dicte parti mori de Madertie ex orientali latere ejusdem, ad foliendum focalia et *lie tavis, failt* et cespites, ad pasturam animalia ibidem:—que communitas per dictum Anth. ejusque predecessores ultra hominum memoriam possessa erat, neque ullam devoriam solvebat:—TENEND. dicto Anth. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—REDDEND. pro particula mori 10 solidos, et 3 sol. 4 den. augmentationis, necnon duplum feudifirme in introitu heredum, pro libertate piscandi 6 sol. 8 den., pro communitate 6 sol. 8 den., nomine feudifirme; necnon duplicando dict. devoriam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxix. 118.

103. Apud Halyrudhous, 10 Jun.

REX concessit DAVIDI GRAHME, filio legitimo seniori quondam Davidis G. olim de Fyntrey, terras de Craigtoun Eister et Wester tunc Fyntrie nuncupatas, cum molendinis granorum et fullonum, terris molendinariis, astrictis multuris, sequelis, terras de Balmannoeh, Balhamarie (Balhamane), Creadirunnis Eister et Wester, Waltoun, Crennokis Eister et Wester, Schallauch, cum curribus, maneriibus, ilvis, pratis, piscariis, tenentibus &c., vic. Striviling; terras de Boehlyvie Gralme, Myhnetoun et Midlelton earundem, terras de Gararun, Gilboi, cum molendino de Boehlyvie, ejus terris &c., tenentibus &c., in baronia de Boehlyvie, vic. Perth; quas,

olim ad dictum quond. Dav. pertinentes, Jo. comes de Mar dom. Erskine &c. et Domina Maria Stewart ejus sponsa in favorem dicti Dav. junioris resignaverunt:—INSTRUM. rex dict. terras &c. dicto Dav. de novo dedit, cum jure suo ad eas ratione forisfructure dicti quondam Davidis &c.:—TENEND. dicto Davidi et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Jacobo G. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Willelmo G. fratri germano dicti quond. Dav., et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., Jacobo G. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquiorebus heredibus masc. quibuscunque dicti Dav. junioris arma et cognomen de Grahame gerentibus, in feodo et libera baronia:—REDDEND. pro terris infra vic. de Striviling unum den. argenti nomine albe firme; pro ceteris jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxix. 238.

109. Apud Halyrudhous, 10 Jun.

REX,—cum consensu &c. (19. 20. 27. 16.), —confirmavit cartam Arthuri Forbes de Rires,—[qua,—cum consensu Eliz. Myretoun conjugis sue,—pro causis in contractu de data apud Edinburgum, 19 Jan. 1593, contentis, —vendidit M. WILLELMO SCOTT de Grangemure directori cancellarie unice scribarum collegii justitie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—dimidietatem suam terrarum et ville de Murecambus, ac molendini earundem terrarumque molendinariarum ac multurarum, cum cuniculariis, in regalitate S. Andree, vic. Fyff:—TENEND. a dicto Arthuro de suis superioribus:—REDDEND. servitium debitum et consuet., necnon 20 sol. nomine cane, et tres sectas ad tria placita capitalia apud S. Andream; et heredes &c. dicti Wil. wardam et nonintroitum possidentes solvendo pro eis quoties contingerent firmam retornatam, viz. 24 mere., cum dicta cana, et pro maritagio 40 libras infra 10 dies post solemnizationem matrimonii, juxta tenorem infeofamenti per quond. Pat. episc. S. Andree facti Jacobo Leirmonth de Balcomie ex resignatione quond. Georgii L. de B. ejus patris, et

infeofamenti per regem facti dictis Arth. et Eliz. ex resignatione dicti Jac.:—cum precepto sasine directo Petro Dischingtoun in Balclavie:—TEST. Petro Arnote de Balcormo, Petro Dischingtoun in Balclavie, Patrioio Huntar portionario de Newtown de Reres, Jac. Scott et Jo. Houstoun servitoribus dicti M. Wil.:—carta scripta per Arthurum Ray notarium publicum, servitorem M. Oliverii Colte advocati:—Apud Reres, 14 Maii 1594]:—NEXON cartam Joannis Boswell de Balmowto, et Issobelle Sandelandis ejus conjugis,—[qua,—virtute contractus cum Patrioio Huntare portionario de Newtown initi apud Balmowto 16 Oct., registrati in libris concilii 23 Nov., 1593, necnon literarum assignationis de data apud Reres 4 Nov., registrat. in libris concilii 2 Jan., 1593, dicto M. Wil. factarum per dictum Pat. et Arthurum Forbes de Reres ejus cautionarium,—pro 7000 merc. persolutis,—vendiderunt dicto M. Wil. S., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, inredimabiliter,—dime. suam dict. terrarum &c.;—TENEND. a dictis Jo. et Is. de suis superioribus:—REDDEND. 23 solidos 4 den. nomine cane, cum servitiis debitis et consuet.:—cum precepto sasine directo Joanni Utene molitori:—TEST. Georgio Boswell chirurgo regis, Jac. Lundie fratre germano Roberti L. de Balgony, Jac. Stevinstoun servitore dictorum Jo. B. et Is., Jac. Scott et Jo. Houstoun servitoribus dicti Wil., Jac. Bowar notario publico, Jo. Boiswell apparente de Balmuto, Davide Kynnimonth feodatario de eodem:—carta scripta per dictum Arth. Ray:—Apud Balmuto, 8 Jun. 1594]:—INSUPER ratificavit cartam per quond. Pat. episc. S. Andree factam dicto Jac. Leirmonth de dicta prima dime., ex resignatione dicti Geo. L., de data apud S. Andream, 12 Nov. 1583; necnon cartam per eund. desuper factam dictis Arth. Forbes et E. Myretoun, ex resignatione dicti Jac. L., de data apud Halyrudehous, 2 Jun. 1593:—INSUPER,—pro bono servitio dicti Wil., et pro pecuniarum summis sibi impensis,—taxavit wardam et nonintroitum dime dietatis prius ad dictum Jo. Boiswell spectantis ad 24 merc., et maritagium ejusdem ad 40 lib.; et integras diet. terras &c. dicto Wil. de novo dedit, et in

unam tenandriam univit:—REDDEND. 46 sol. 8 den. nomine cane, cum servitiis consuetis; ac tres sectas ad tria placita capitalia apud S. Andream; et 32 lib. annuatim tempore warde aut nonintroitus, 32 lib. pro relevio post exitum warde, 80 lib. pro maritagio heredis cum contingeret:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxix. 217.

110. Apud Halyrudehous, 14 Jun. REX concessit et, pro servitio sibi et predecessoribus suis impenso, quitteclamavit JOANNI LEVINGSTOUN de Belstane, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —terras de Mullen, in parochia de Curry, vic. Edinburgh;—quas Wil. Knichtsonne de Mellany et Joneta Levingstoun ejus conjux in favorem dicti Joannis resignaverunt 11 Jun.:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxix. 112.

111. Apud Halyrudehous, 14 Jun. REX confirmavit literam factam FRATRIBUS LIBERIS ARTIS SARTORIE DE EDINBURGH, sub hac forma;— [At Edinburgh, 11 Nov. 1584, in presens of . . . Jas. erle of Arrane lord Aven and Hamiltoun &c., chancellor of this realme and provest of the said burgh, Hen. Nesbit, Jas. Nicoll, Wil. Neisbit and Wil. Harvie bailyeis of the samyne, Nicoll Udwart dene of gill, James Ros thesaurar, Alex. Clerk of Balbirny, William Lytill, Alex. Uddart, William Fairlie, Jas. Adamsoun, David Williamsoun, Barthilmo Somervell, Alane Brintoun, Johnne Watt smyth, the decanis of craftis, Joh. Bannatyne skynner, Henrie Blythe chyrgane, George Heriot gowldsmyth, Thomas Millar cuttlair, Tho. Bruce cordinar, of the counsall of the said burgh, Jas. Wod baxter, Gavin Perye masoun, Tho. Wod wrvcht, Harie Burrell fleschour, Cuthbert Cranstoun furrur, Joh. Stevinstoun wobstar, Joh. Moyses walker, Mathow Davidsoun bonetmaker, of the remanent dekynis of craftis, being convenit to consoult upone the comoun affairis of the said burgh;—comperit Alex. Osteane dekin of the tailyouris of the said burgh, Geo. Smyth, Jas. Nicolsoun, Pat. Sandelandis, Joh. Marloch, Joh. Younge, And. Cairnye, Nicole Rynd eldar, tailyouris

fremen of the said craft and burgesis of the said burgh, quha . . . gaif in and productit dyveris heidis and artielis concerning thair said craft, desyringe the saidis provest &c. to interpone thair decretit and authoritie thairto;—quhilk heidis and artielis . . . the saidis provest &c. . . all in ane voce admittit, ratefeit and allowit . . . :—*Secundum articuli ad loupum*:—Extractit furth of the counsall buik of the said burgh be me Mr Alex. Guthrie common clerk of the samyne]. xxxix. 249.¹

112. Apud Halvrudehous, 14 Jun. REX confirmavit cartam Allani domini Cathcairt,—[qua,—pro perimptione contractus matrimonialis de data apud burgum de Air, 9 Feb. 1593,—vendidit ALLANO MAGISTRO CATHCAIRT filio suo et heredi apparenti, et ISSOBELLE KENNEDY ejus sponse, filie legitime Thome K. de Bargeny,—2 mercatas terrarum de Monyvveyis, 4 mercat. de Chalmerstoun et Burnetoun, mercatam de Craigmack, mercatam de Sillicheoill, 2 mercatas de Benbench et Benbane, 2 mercat. de *lie* Maynis de Dalmeingtoun, 3 mercat. de Dalforsane, antiqui extentus, in Kyle-regis, 4 mercat. de Gibisyairdeant, ext. in balliatu de Kyle-stewart, vic. Air:—TENEND. dictis Allano juniore et Is. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. et talie dieti magistri de C. quibuscunque, de rege:—REDDEND. servitium warde &c.:—cum clausula warrantizationis; exceptis alienationibus per dictum dom. factis Davidi Crawford de Kers, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, de dictis terris de Monyvveyis &c. (usque ad Sillicheoill), sub reversione 2000 merc.; et Georgio Campbell in Golt et Margarete Dunbar conjugibus, et eorum heredibus, de 2 mercatis de Gibisyaird ex occidentali parte ejusdem, sub reversione 500 merc.; et Patrio Dunbar fratri germano Joannis D. de Kuockschinnoch, et ejus heredibus, de reliquis 2 mercatis de Gibisyairde, sub reversione 600

mercaturum; et assedationibus per se factis Joanni Dik et Jacobo Cathcairt, equaliter inter eos et pro eorum vitis respective, mercate de Monyvveyis; et Joanni Hommyll, pro ejus vita, mercate de Chalmersstoun; et Joanni M'Dill, pro ejus vita, de Craigmack; et Willelmo Crawford, pro ejus vita, de Sillicheoill:—cum precepto sasine directo Allano Cathcairt juniore de Drummowane:—RESERVANDO dicto domino carbones infra diet. terras de Gibisyaird pro vita sua:—TEST. Gilberto Cathcairt filio legitimo dicti domini, Jo. Cathcairt juniore de Carloun, Geo. Angus seniore et juniore notariis publicis:—Apud turrin de Auchincruife, 14 Maii 1594]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 103.

113. Apud Halvrudehous, 14 Jun. REX, pro bono servitio, concessit D. GEORGIO HOME de Spott militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Gairtlic, cum fortalicio, manerie, silvis, molendinis, piscariis, tenentibus &c., terras de Mylnetoun, vic. . . . ;—que regi devenerunt ob forisfacturam D. Patriei Gordoun de Auchindoun militis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 110.

114. Apud Halvrudehous, 14 Jun. REX,—quia Franciscus olim com. de Erroll ALEXANDRO DOMINO LEVINGSTOUN magnas summas debuit, et dictus Alex. obligatus est tanquam cautionarius pro dicto Franc. pro magnarum summarum solutione diversis personis, et pro warrantizatione terrarum et annuorum reddituum per dictum Franc. prius alienat.,—ex decreto parlamenti tenti mense Jun. 1594, concessit et quitteclamavit dicto Alex., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Logie cum libera regalitate ejusdem, cum fortalicio, manerie, molendinis, piscariis, tenentibus &c., in senesc. de Stratherne, vic. de (Perth);—que regi devenerunt ob forisfacturam dicti Franc.:—REDDEND. servitium warde &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 112.

¹ See "Extracts from the Records of the Burgh of Edinburgh, 1573-89" (printed for the Scottish Burgh Records Society), p. 265.

115. Apud Strivilinge, 22 Jun.

REX,—cum consensu &c. (19. 15. 27. 6.), —concessit DAVIDI FORRESTER de Logy, et JONETE ALEXANDER ejus uxore,—croftam terre cum vasto loco et horreo, infra territorium et libertatem burgi de Strivilinge (inter lie Gallowhillis, terras quondam Joannis Aitkein et quond. Alex. Schaw de Sauchie, et *lie louing* ad pontem de Forth), aliam croftam eidem (inter terras Tho. Lawsoun alias Lytiljohne, dict. passagium, croftam B. V. M., et croftam domini de Kilereich), aliam croftam ibid. (inter Muschettisland, interlieum B. V. M., locum Fratrum Predicatorum, et Gavanishillis), duo interliea terre ibid. (inter terras de Schiphauch ad quond. Jac. Murray de Tuelhadame pertinentes, terras Jo. Braydie de Eister Kennat, commune iter ad monasterium de Cambuskenneth);—quas (olim de D. Jacobo Oswald capellano insule S. Michaelis archangeli infra ecclesiam parochialem de Falkirk tentas) Jo. Oswald de Salteottis, filius et heres quond. Joannis O. de S., pro hac carta conficienda resignavit:—TENEND. dictis Dav. et Jonete in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquiorebus heredibus dicti Dav. quibuscunque, in feudifirma:—RENDEND. annuatim 20 bollas ordei (vel 10 sol. pro qualibet bolla), et 2 modia ordei (vel 5 sol.) argmentationis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 250.

116. Apud Striviling, 8 Jul.

REX dedit literas legitimisationis JOANNI HAY bastardo, filio naturali Willelmi H. in Canonia de Ros. xl. 51.

117. Apud Striviling, 8 Jul.

REX confirmavit cartam Andree com. de Rothes dom. Leslie &c., et Jacobi magistri de R. feudatarii domini de L. filii legitimi dicti Andree, — [qua concesserunt M. GULIELMO LUNDY de eodem, et ELIZABETHE LUNDY ejus conjugii, in vitali reddito, et ROBERTO LUNDY eorum filio legitimo primogenito in feodo, —terras de Auchtermerny cum molendino, multuris et sequelis, cum 2 acris arabilibus

terrarum de Kennoquhy dictis terris de A. spectantibus (jacen. contigue sub ecclesia parochiali de K. in territorio ejusdem), terras de Kennoquhy (excepta octava earum parte, heredibus quondam Gulielmi Archibald de Blakhall spectante), terras de Lalethyne et Auldie, cum numeribus, in baronia de Leslie, vic. Fyff: quas idem M. Gul. pro hac carta conficienda resignavit: —TENEND. dictis M. Gul. et Eliz. *ut supra*, dicto Rob. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Andree Lundy ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Davidi L. eorum fratri germano et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus dicti Rob. et assignatis quibuscunque, de baronibus de Leslie:—INSTRER dicti And. et Jac., pro pecuniarum summis persolutis, dictas terras &c. dictis personis de novo dederunt, cum communi pastura ad communiam de Kennoquhy, abusive nuncupat. *Commono of Dorew*:—RENDEND. servitium wardae &c., necnon servitium unius curie capitalis dicte baronie personaliter post festum S. Michaelis:—INSTRER dicti And. &c. concesserunt dictis personis wardam, relevium et nonintroitum dict. terrarum, cum maritagiis heredum cum contingerent, pro solutione 20 lib. annuatim tempore wardae &c., et 20 lib. pro relevio in introitu heredum:—et omnes dict. terras incorporaverunt in liberam tenandriam de Auchtermerny, ut unica sasina apud principalem mansionem de A. capienda pro omnibus staret:—cum precepto sasine directo Wil. Sibbald servitori dictorum And. et Jac.:—TEST. Thoma Forrester de Strathannie, Davide Cochrane, Wil. Sibbald, Georgio Ramsay, Walt. Traill, Geo. Aytone feudatario de Inchederny, M. Jac. A. ejus fratre germano, Davide Lindesay filio legitimo Joannis L. de Kirkforthir, Jo. Ramsay, servitoribus dictorum comitis et magistri respective, Roberto Schethow in Lundy, Patricio Glasfurde, Adamo Littiljohne, notariis publicis:—Apud Ballinbrech et Leslie, 24 Jan. 1589]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 105.

118. Apud Striviling, 8 Jul.

REX confirmavit et, pro bono servitio, de

novo dedit ALEXANDRO DOMINO LEVINGSTOUN, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, ejus legitimis et propinquioribus heredibus masc. quibuscunque cognomen et arma de Levingstoun gerentibus,—terras et baroniam de Callendare cum castro, terras de Airth, Slammannanemure, Kilsyth, Polmaitlis, Levylandis, Croftfiddereil, cum castris, molendinis, silvis, forestis, piscariis, tenentibus &c., advocacione ecclesiarum de Monybroch et Slammannan et ceterarum ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Striviling; dimidietatem baronie de Culter, cum molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., advocacione ecclesie de C., vic. Lanerk; terras de Caling et Calyndrade et de Douglas, terras de Terinteray, cum tenentibus &c., vic. Perth: omnes ab antiquo in unam baroniam de Callendare incorporatas: terras de Cattiscleuche, in baronia de Halbertschire, vic. Striviling; terras et baroniam de Fellys et Clochrane, vic. Perth; 6 mercatas 8 sol. 4 den. terrarum de Stanyburne cum mansione et capella, extenden. ad binam partem dictarum terrarum (et in speciale earum warrantum 7 mercatas terrarum ville de Levingstoun, ab antiquo per quondam Thomam Adie, Alex. Adie, Wil. Uchiltrie occupat.) in baronia de Levingstoun, vic. Linlithgow; cum castris, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c.:—quas idem Alex. pro hac carta conficienda resignavit; et quas terras &c. de Slammannanemure, Cattiscleuch et seqq., rex ad baroniam de Callender univit:—INSUPER rex dissolvit rectoriam et vicariam ecclesie parochialis de Callendrathe ab episcopatu de Dunblane, et advocacionem ejusdem ad dict. baroniam univit, constituendo dictum Alex. patronum ejusdem:—TENEND. cum libera foresta et warrenda:—REDDEND. pro castro de Callender et 20 libratibus terrarum antiqui extentus baronie de C. (viz. *lie* Strath, foresta de C. extenden. ad 5 librat., dimid. ville de Falkirk ad 5 mercat., duabus *lie* Carnwaris ad 10 mercat., duabus *lie* Auchtingevanis cum *lie* Glen ad 5 mercat., *lie* Elster Law [Jaw?] ad 2½ mercat., ant. ext.) unum den. argenti nomine albe firme; pro ceteris terris &c. ab antiquo dictae baronie annexi. tres sectas ad tria placita

capitalia vic. de Striviling, et alia servitia debita et consuet.; pro Cattiscleuch ½ libram cere, pro advocacione ecclesie de Callendrathe unum den. argenti, nomine albe firme; pro ceteris jura et servitia debita et consuet.:—PROVISO quod quodocunque terre &c. in warda tente in manibus regii devenirent ratione wardae, heredes eas possiderent, solvendo annuatim 360 libras durante warda, 360 lib. pro relevio post exitum wardae, 1000 lib. pro maritagio:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 113.

119. Apud Striviling, 9 Jul.

REX,—cum consensu &c. (19. 15. 27. 16.), —in feudifirma dimisit THOME M'CLELLANE, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—50 solidatas terrarum de Over Lynkinus antiqui extentus, in baronia de Dundranen, senesc. Kirkendbrycht;—que, prius per dictum Tho. et ejus predecessores de monasterio de Dundranen in feudifirma tente, regi devenerunt virtute acti annexationis:—SOLVEND. annuatim 5 lib. 10 sol.; ac tres sectas ad tres curias capitales dictae baronie:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 251.

120. Apud Striviling, 14 Jul.

REX confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit ARTHURO FORBES de Reres, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras, dominium et baroniam de Reres, cum fortalicio, molendinis, silvis, piscariis, et pertinentiis (viz. terras de Fairfeildis [Fawfeildis] *lie tra* Fairfeildis nuncupatas, terras de Frostleyis, Caberiswallis, Bowhillis, Cuammerlandis, cum earum carbonariis, terras nuncupatas *lie* Firthmur), cum advocacione ecclesiarum et capellaniarum ad dict. dominium spectan., et presertim capellanie *lie Sanct-Marie-Reres*, terras et baroniam de Leucharis-Forbes, viz. terras de Westhous et Brodland cum fortalicio et manerie, tertiam partem terrarum de Balbeuchlie, terras *lie* Kirktonn de Leweharis, Mylntoun, Pursk, Balquhinzie, Quhyteroft et Brigend, *lie* Auldhwres et Nethir-mwres, tertiam partem de Raschemyre, cum molendinis, silvis, piscariis, et presertim piscariis tam salmonum quam dulcium piscium vocat. *lie* Reid-sandis, cum piscaria super

aqua de Edin, cum *lie cobill, net, passage, forcing (ferreing)* et ceteris privilegiis, ter. de Brakmonth, cum fortalicio, manerie, molendino, multuris, *lie sokin*, terras de Sowthfeild cum manerie et molendino, cum tenentibus &c., vic. de Fyiff; cum terris de Straithboyis et Nethir Pirny, vic. Perth:—quas idem Arth. in favorem suum resignavit; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Reres, ordinando fortalitium de R. principale messuagium ejusdem fore:—REDDEND. jura et servitia debita et consueti; proviso quod quodocumque dicte terre &c. in manibus regis ratione wardae devenirent, heredes eas possiderent, solvendo 20 lib. annuatim durante warda, 20 lib. pro relevio post exitum wardae, 60 merc. pro heredis maritagio:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xl. 109.

121. Apud Edinburgum, 15 Jul.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit M. ROBERTO KEITH fratri germano Georgii comitis Mariscalli dom. Keith &c., heredibus ejus et assignatis quibuscumque, — terras et baroniam de Benholme, terras dominicales *lie Maynis de B.*, cum fortalicio, manerie, molendinis, terris molendinariis, multuris et sequelis, terras de Over et Nethir Knokes, Kirkton de Benholme, Inschmedden, Tulloch de Benholme, cum tenentibus &c., in unam baroniam de Benholme incorporatas, vic. Kincairdin; cum advocacione ecclesie et parochie de Benholme rectorie et vicarie ejusdem, prius ad dictam baroniam annexa; — quas Rob. dom. de Altrie in favorem dicti M. Roberti resignavit:—RESERVATO libero tenemento dicto Rob. dom. de A.:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xl. 104.

122. Apud Edinburgum, 15 Jul.

REX, — cum avisamento &c. (18.), — ad feudifirmam dimisit servitori suo JACOBO CLAPEN in Kingask, heredibus ejus et assignatis quibuscumque, — villam et terras de Russellis-mylne, cum molendinis granorum et fullonum, terris molendinariis, multuris, sequelis, in senese. de Fyiff; cum communia et communi pastura in mora *lie Eist-mure*, Edinsmure seu Cowparis-mure nuncupata:—que prius per regem dicto

Jac. in feudifirma locata erant:—REDDEND. 10 lib. 6 sol. 8 den. firme antique, et 6 sol. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xl. 111.

123. Apud Linlithgow, 20 Jul.

REX, — cum avisamento &c. (19. 20. 16. 10.), — confirmavit WILLELMO HOME in Bassendyne, heredibus ejus et assignatis, — *lie Mos* de Gordoun alias Abbotsmos, vic. Beruik; — quam, olim de monasterio de Kelso in feudifirma tentam, idem Wil. in favorem suum resignavit; et quam rex ei, pro ejus bono servitio, de novo dedit, cum pratis adjacent., et pute vocati *lie Grene-brais*, vic. Beruik:—REDDEND. 3 lib. 9 sol. firme antique, cum 53 sol. 4 den. augmentationis, in toto 6 lib. 2 sol. 4 den. feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxix. 110.

124. Apud Linlithgow, 20 Jul.

REX, — cum consensu &c. (19. 20. 27. 16.), — concessit JACOBO OGILVIE in Culane, heredibus ejus et assignatis, — terras de Messindew que prius ad hospitium de Messindew juxta burgum de Elgin pertinuerunt, cum terris Fratrum (*Freiristand*) per preceptores de Messindew possessis, cum mansionibus, loco et manerie, et officium preceptoratus dicti hospitii cum ejus privilegiis:—quas Jo. Innes de Lewcharis in favorem dicti Jac. resignavit:—et quas rex incorporavit in liberam tenandriam de Messindew, ordinando maneriem et locum de M. principale messuagium ejusdem fore:—TENEND. in feudifirma; cum pleno jure electionis talis numeri indigentium destinatorum sustineri in dicto hospitio sumptibus patrimoniis ejusdem per primam fundationem &c.:—REDDEND. 6 lib. devorie antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxix. 115.

125. Apud Striviling, 22 Jul.

REX concessit ALEXANDRO IRWING de Belteis, heredibus ejus masc. quibus-

cunq̄ue cognomen et arma de Irwing gerentibus, et eorum assignatis,—terras de Belteis-Gordoun, vic. Abirdene;—que, per dictum Alex. I. et ejus predecessores de Georgio quondam com. de Huntlie dom. Gordoun et Balyenoch et ejus antecessoribus tente, regi devenerunt ob forisfacturam dicti Geo.; et quas rex, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Alex. ejusque antecessores prestito, dicto Alex. de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 111.

126. Apud Striviling, 22 Jul.

REX,—cum consensu &c. (19. 24. 10. 6. 27.),—in feudifirma dimisit THOME CHEINE filio legitimo secundogenito M. Patriei C. burgensis de Abirleine, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—solarem dimedietatem ville et terrarum de Ardech, cum salmonum piscaria in aqua de Die dictis terris adjaecent., molendino, terris molendinariis, multuris, in parochia de Banquhorie-Dawnik, vic. de Kincairdin;—que olim fuit pars patrimonii monasterii de Abirbrothok:—REDDEND. 20 sol., cum aliis devoriis debitis et consuetis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 114.

127. Apud Edinburgh, 22 Jul.¹

REX,—cum consensu &c. (16. 19. 20. 10. 27.),—in feudifirma locavit WILLELMO COMITI DE MORTOUN dom. Dalkeith &c., heredibus ejus et assignatis,—terras de Tullois, Crwquhy, molendinum et terras molendinarias ejusdem, cum terris de Corstoun et earum feudifirmis, cum tenentibus &c., jacen. super australi latere aque de Eveny, in regalitate de Abirbrothok, vic. Forfar;—que olim fuerunt pars patrimonii monasterii de Abirbrothok:—REDDEND. annuatim 40 lib.²; et unum argenteum discum ponderem. 2 mercas strivilingas pro duplicatione feudifirme in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 20.

128. Apud Striviling, 22 Jul.

REX concessit PATRICIO FORBES filio legitimo ac maximo nato Willelmi F. de

Cors, ac LUCRETIE SPENS ejus sponse, —terras de Kirktoun de Kinkell, in parochia de Kinkell, regalitate S. Andree, vic. Abirdene;—que per episcopos S. Andree predecessoribus dicti Wil. assedate erant (per eos tanquam nativos et veteres tenentes ultra hominum memoriam possesse), et postea per quondam Geo. com. de Huntlie dicto Wil. in feudifirma locate sunt; et regi devenerunt ob forisfacturam Georgii olim com. de Huntlie (8 Jun. 1594):—TENEND. dictis Pat. et Luc. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquiorebus heredibus masc. dicti Pat. quibuscunque et assignatis, in feudifirma:—REDDEND. 7 lib. 5 sol. 3 den. tanquam firmam feudifirme antiquam; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 111.

129. Apud Edinburgh, 24 Jul.

REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 10. 6. 27.),—concessit et, pro bono servitio, quitteclamavit ALISONE ORROK relicte Joannis Clapen de Montager olim prepositi de Bruntyling, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—9 denariatas terrarum de Weyland, cum aquis piscariis, prope villam de Kirkwall, in parochia de Sanct-Olave, 9 den. terrarum de How in Sandy cum aquis piscariis, in parochia de Halycroce, regalitate et vic. de Orknay;—quas, olim de episcopo de Orknay in feudifirma tentas, Rob. Broun de Weland in favorem dicte Alis. resignavit:—REDDEND. pro Weyland barillam buttiri de Orknay, et 26 sol. 8 den., pro How celdram ordeï, cum 13 sol. 4 den., nomine feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 118.

130. Apud Edinburgh, 24 Jul.

REX concessit PATRICIO BARCLAY de Tollie, et heredibus ejus masculis quibuscunque cognomen et arma de Barclay gerentibus,—terras de Tollie (vel Towie), cum molendinis, multuris et pertinentiis,

¹ Dated an. reg. 28. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, hb. lxxvi. fol. 217.

² In *Reg. Sec. Sig.*, i.e., "46 lib."

viz. terras dominicales de T. cum fortalicio, manerie, molendino et multuris, terras de Tollieturnay, Petdoulis, Wodtoun et Auldmylne, terras de Meikill Seggat cum molendino et multuris, terras de Mekill Drumquhendill cum molendino, terris molendinariis, multuris, et pertinentiis, viz. 11 bovas earundem, (australem dimidietatem dietarum terrarum de Drumquhendill) cum molendino &c., borealem dimid. diet. terrarum de D. et terrarum vocatarum *lie Oulsettis* earundem, terras de Ardelane et Auchroddie, cum tenentibus &c., vic. Abirdene; terras de Auld-Bourtie et Hilbray, in regalitate de Garvioch, vic. Abirdene;—quas idem Pat. in favorem suum resignavit;—neon villas et terras de Wodend, Commaylue, Romeishill et Burrall-dailis, cum multuris et sequelis, in baronia de Fyvie, vic. Abirdene;—quas Georgius Meldrum de Fyvie, cum consensu M. Willelmi M. de Moncoffer fratris sui germani pro ejus interesse, et cum consensu D. Jacobi Creichtoun de Frendraucht militis, Jacobi C. ejus filii et heredis apparentis et Roberti Innes de eodem, quibus dicti Geo. et Wil. interdicti sunt, in favorem dicti Pat. resignavit;—neon terras de Inverthernie cum tenentibus &c., astrictas multuras et *lie knaischips* consuetas diet. terrarum, in baronia et parochia de Auchterles, vic. Aberdene;—quas dictus M. Willelmus, cum consensu dicti Geo. et dictorum interdictorum, in favorem dicti Pat. resignavit;—et quas omnes rex,—pro bono servitio dicti Patricii, ac pro pecunie summa soluta,—dicto Pat. de novo dedit, cum pendiculis de Towie vocatis Birkenhillis et Mearnisseat; et omnes incorporavit in liberam baroniam de Towie-Barelay, ut unica sasina apud fortaliciam et maneriem de Towie capienda pro omnibus staret:—TENEND. cum privilegiis liberarum forestarum ubi silve, moro vel *lie hainingis* fuerunt:—TEST. 65. 46. 47. 69. 32. 34. 49. 50. xlv. 85.

131. Apud Edinburgum, 26 Jul.

REX,—cum consensu &c. (18. 37.), et aliorum commissionariorum constitutorum ad modificand. compositiones infeofanentorum de terris dissolutis in parlamento tento 8 Jun.

1591,—pro 10000 marc. solutis, in feudifirma locavit et quitteclamavit WILLELMO STEWART commendatario de Pettinweme consiliario suo, nativo tenenti subscriptorum, heredibus ejus et assignatis,—terras, villam et terras dominicales de Houstoun, cum molendino, terris molendinariis, multuris, in dominio et vic. de Linlithgow:—REDDEND. 40 lib. 10 sol. firme antique, et 20 sol. augmentationis; neonon duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac solvendo ceteras devoriam debitas si que essent:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 113.

132. Apud Halyrudhous, 26 Jul.

REX,—cum consensu &c. (19. 20. 27. 6.), —in feudifirma locavit HENRICO MEMURDIE in Freirears, heredibus ejus et assignatis,—6 solidat. 8 denariat. terrarum de Ferdin-drumbaine alias Anuiligane, in parochia de Dunseoir, vic. Drumfreis;—que olim ad monasterium de Melros pertinuerunt:—REDDEND. 12 sol., et 16 den. augmentationis; neonon duplicando devoriam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 71.

133. Apud Halyrudhous, 26 Jul.

REX,—cum consensu &c. (19. 20. 27. 6.), —in feudifirma locavit JONETE BAXTER filie legitime et heredi quondam Joannis B. in Blangaber, heredibus ejus et assignatis,—13 solidat. 4 denariat. antiqui extentus terrarum de Blengaber, infra baroniam de Halywod, vic. Drumfreis;—que olim ad monasterium Sacri-nemoris pertinuerunt:—REDDEND. 31 sol. 4 den., et 20 den. augmentationis; neonon duplicando devoriam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 72.

134. Apud Edinburgum, 26 Jul.

REX concessit D. WALTERO OGHILWIE de Findlater militi, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Keithmore et Auchindoun, viz. maneriem *lie Manis* de A. cum fortalicio et nemoribus, villas et terras de Keithmoris, Clwnybeg, dimidietatem de Clunymoir, villas et terras de Myhnetoun, Tillochallum, *lie Oxir* et Nethir Tammonis, Smithstoun, Brigfeord

et Badcheir, molendinum de Auchindoun, terras molendinarias cum multuris et sequelis, silvas et forestas de Glenfuddiche et Blakwatter, *lic outscattis et schwallingis* dict. terrarum &c., cum tenentibus &c., vic. Banff; terras dualitatis de Invercheyrach, terras de Schanvell, tertiam partem de Balcherie, cum tenentibus &c., vic. Banff; terras de Keithbeg, cum tenentibus &c., in baronia de Marthalak, vic. Banff;—que regi devenerunt ob forisfacturam D. Patricii Gordoun olim de Auchindoun militis (Jun. 1594);—et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Auchindoun, ordinando fortalitium de A. principale messuagium ejusdem fore:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 115(i).

135. Apud Halyrathchous. 26 Jul.

REN, —cum consensu &c. (19. 20. 27. 6.), —in feudifirma locavit KATHERINE NEWLANDIS relicte Joannis Mureheid in Ferdinkilroy, in vitali redditu, et SAMUELI MUREHEID ejus filio, heredibus ejus et assignatis, hereditarie,—6 solidat. 8 den. antiqui extentus terrarum de Ferdinkilroy (per dictum Jo. occupatas), in parochia de Dunskoir, vic. Drumfreis;—que olim ad monasterium de Melros pertinerunt:—SOLVEND. annuatim 12 sol., et 16 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 200.

136. Apud Edinburgh, 26 Jul.

REN concessit GEORGIO ABRNETHIE, heredibus ejus et assignatis,—solum terre subscripte prope fontem ejusdem, cum pecia horti in orientali parte horrei ejusdem, dimidietatem solii in australi fine dicti horrei, cum $\frac{3}{4}$ dicti horrei, $\frac{3}{4}$ ustrine ejusdem, $\frac{3}{4}$ de *lic cobill* et dimedii putei dicte terre (que terra tunc fuit Mathei Loch et olim Joannis Loch), in burgo de Edinburgh sub muro castri, ex australi parte vici regii;—necnon, in speciale warrantum ejus, terram anteriorem Roberti Loch, per Jo. L. ejus fratrem ei alienatam,

jacentem ibidem, et tres acras terrarum arabilium communis more dicti burgi (juxta *lic* Bowbarne);—que regi devenerunt ob decessum Ricardi Stratoun polentarii, burgensis dicti burgi, bastardi:—TENEND. in libero burgagio:—TEST. 65. 46. 47. 69. 32. 34. 49. 50. xliii. 277.¹

137. Apud Edinburgh, 27 Jul.

REN, —cum consensu &c. (18.), —confirmavit cartam Alexandri domini Home,—[qua vendidit consanguineo suo (servitori regis) JOANNI HOME fratri germano quondam Alexandri II. de Manderstoun, heredibus ejus et assignatis quibuscumque, —terras de Tynneis, cum turre et manerie, in dominio de Ettrik-forrest, vic. Selkirk:—TENEND. de rege in feudifirma:—REDDEND. annuatim 50 lib.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Alex. Hoppringill in Bukholme:—TEST. M. Jo. Nisbet, Wil. Lauder, Wil. Davidson, servitoribus dicti domini, Hectore Clawy in Cannogait:—Apud villam de Cannogait, 4 Jun. 1593]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Jo. H., dictas terras ei de novo in feudifirma dimisit:—REDDEND. *ut supra*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxix. 122.

138. Apud Edinburgum, 27 Jul.

REN, —cum avisamento &c. (19. 10. 6. 27.), —confirmavit cartam factam per Davidem Pitcairne filium et heredem quondam Davidis P. de Wester Drummis, Davidem Durie de eodem et Rob. Durie feudatarium de eodem,—[qua,—cum consensu Eliz. Ogilwie relicte dicti Dav. P. senioris, et Joannis Grahme tunc ejus conjugis pro ejus interesse, et curatorum dicti Dav. P. junioris,—pro perimptione contractus de data presentium, vendiderunt D. THOME LYOUN de Auldbar militi, thesaurario Scotie, et Domine EUPHAMIE DOWGLAS ejus conjugi,—terras de Wester Drummis, cum molendino et terris molendinariis, multuris et sequelis, in dominio de Brechin, vic. Forfar:—TENEND. dictis Tho. et Euph. eorumque alteri diutius viventi in

¹This charter contains the following names of adjoining owners:—unquihile John Wilsoun,

(unquihile) Jas. Loch, John Adamesoun, sometime Tho. Cant.

conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Thome quibuscunque, absque redemptione, de rege (virtute acti annexationis) in feudifirma:—REDDEND. annuatim 43 lib. 1 sol.; necnon duplicando dictam feudifirmam in introitu cujuslibet heredis ad dictas terras:—cum

precepto sasine directo Willelmo Paterson: TEST. Joanne Wischart de eodem, M. Davide Auchmowtie ballivo civitatis Andree, Willelmo Thamsoun advocato in Dundie, Jac. Lyon in Eister Ogill, M. Jac. Durie, Davide Daglies: Apud Dundie, 11 Nov. 1593];—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 229.

ANNO REGNI 28.

ANNO DOMINI 1594.

139. Apud Striviling, 1 Aug.

REX confirmavit cartam factam per Gilb. magistrum de Somervell, fratrem et heredem quondam Willelmi magistri de S. et filium et heredem apparentem Hugonis dom. Somervell,—[qua,—pro perimplatione contractus de data 3 Jun. 1592, in libris concilii registrati,—vendidit WALTERO KER de Littilden, assignati Andree Ker ejus filii ad dictum contractum,—terras et baroniam de Lintoun, cum castris, moleninis, silvis, piscariis, tenentibus &c., advocacione ecclesie parochialis de Lintoun, vic. Roxburgh:—TENEND. dicto Walt. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, absque reversione, de rege:—REDDEND. unam rosam, et 10 mercaas *lic-castell-wairdis*, nomine albe firme:—cum precepto sasine directo Wil. Nowby nuncio:—TEST. Andrea Haitllie de Sney, Jac. Levingsstoun juniore de Jeriswod, Hugone Somervell burgen. de Edinburgh, Jac. Ker, M. Roberto Ker, M. Marco Ker commendatario de Cauldstreme, Simone Fischer in Libbertoun, And. Plumar in Edinburgh, Jac. Ker filio Andree K. de Greineheid:—Apud Edinburgh, 16 Nov. 1593];—INSUPER, pro bono servitio, dicto Walt. superscripta de novo dedit:—REDDEND. *ut sup.*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 90.

140. Apud Strivilinge, 3 Aug.

REX,—cum avisamento &c. (19 20. 10. 6. 27.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit JOANNI LEITH in Luesk, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Bonytoun, molendinum granorum, ter. molendinarias,

cum astrictis multuris consuetis et earum sequelis, cum *lie outskittis* vocatis Freifeidill et Murihillak, terras de Cokmur per tenentes et colonos de Bonytoun occupat., in baronia et parochia de Raynie, vic. Abirdene; et in specie astrictas multuras et *lie knaif-schipis* dualitatis terrarum de Lentush, umbralis dimedietatis de Lytil Warthill, totius ville et terrarum de Cusestoun, cum earum sequelis;—que olim fuerunt pars temporalitatis episcopatus de Abirdene:—REDDEND. annuatim 50 lib. 12 sol.; necnon duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxix. 126.

141. Apud Striviling, 13 Aug.

REX concessit et, pro bono servitio, quitteclamavit ALEXANDRO IRVING juniore de Drum, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de duabus Cullarleyis, cum earum molendino, terris molendinariis, multuris, silvis, forestis, in comitatu de Huntlie, vic. de Abirdeine;—que fuerunt Alexandri Irving junioris (senioris?) de Drum, patris dicti Alexandri junioris, de Georgio olim com. de Huntlie tente; et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Geo.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 122.

142. Apud Striviling, 29 Aug.

REX confirmavit cartam factam per M. Davidem Seryngeour, capellanum capellanie altaris S. Spiritus infra maneriem de Lyttill-Gourdy, et per Jac. Seryngeour de Fardyll patronum ejusdem,—[qua,—pro reedificatione tenementi subscripti tunc ruinosi, et pro 300 lib. nomine gressume persolutis,—virtute contractus de data presentium, concesserunt consanguineo suo

REX concessit THOME BARBOUR scribe in Edinburgh, heredibus ejus et assignatis, — terram posteriorem orientalis tenementi terrarum olim pertinentium ad heredes quondam Wil. Abjjoy, et boreale cellarium ejusdem, in burgo de Edinburgh ex parte australi vici regii (inter tenementa quond. Jo. Towris et quond. Ric. Lausoun); — que olim fuerunt quond. Joannis Forret bastardi, filii naturalis quond. D. Joannis Forret capellani, vel Davidis Girdwod et quond. . . . Forret ejus sponse (bastarde filie naturali dicti D. Jo.), per infeofamentum eis per dictum D. Jo. confectum; et regi devenerunt ob decessum dictorum bastardorum:—TENEND. in libero burgagio:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 238.

ANNO REGNI 29.

329. Apud Edinburgh, 30 Jul.

REX, — cum consensu &c. (18.), — in feudifirma disposuit ANDREE KER de Lintoun (nativo tenenti et apparenti feudifirmario terrarum subscript.), et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masculis quibuscunque, cognomen et arma de Ker gerentibus, — terras et forestam *lie forrest-steid* de Fairinyle, cum molendinis, multuris, terris molendinariis, in foresta de Ettrik, warda de Tweid, vic. Selkirk:—REDDEND. 50 lib. devorie antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac sustentando mansionem de lapide et calce, cum plantatione arborum et politiarum solo corresponden.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 35.

330. Apud Falkland, 1 Aug.

REX confirmavit cartam Patricii McKie de Larg, — [qua vendidit MARGARETE STEWART filie (quondam) Alexandri S.

ANNO DOMINI 1595.

de Gairleis, in ejus pura virginitate, in vitali reddito, — 3 mercatas terrarum antiqui extentus de Clawchart, 20 solidat. de Clynnamyr, 20 solidat. de Garrowdrustane, ant. ext., in senese. de Kirkeudbrycht:—REDDEND. regine unum denarium argenti nomine albe firme:—TEST. D. Waltero Stewart rectore de Myrcho, M. Jo. Stewart, Walt. Stewart de Barely:—Apud Gairleis, 22 Dec. 1550]:—NEXON aliam cartam ejusdem Pat., — [qua concessit Margarete Stewart sponse sue, in vitali reddito, — dimedietatem piscarie salmonum de *lie Puill* aque de Chree subtus ecclesiam parochialem de Monygoiff (*fra the overdam above to the rak beneth the said puill southeistrart*), *lie skilathous* cum ceteris domibus adjaen., cum clausura ejusdem de Keredrochaig-laichyaird subtus ripam, *with the brayis and grene eird adjaen to the said skilathous on ather syde*, terras de Littill-Park et Dounance adjaen. et in carta dicti Pat. unitas, ant. ext., in parochia de Monygoiff, senesc. de Kirkeudbrycht:—

TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Alex. M'Kie de Schriwoile (Stranord?), Pat. M. ejus fratre germano, Dunc. M'Kie filio dicti Pat. M. de Larg, Jo. M'Qubir:—Apud locum de Larg, 2 Maii 1582]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 32.

331. Apud Falkland, 1 Aug.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit ROBERTO FORRESTER de Coustoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras de Davidstoun, Coustoun, Petnappie et molendinum nuncupat. *lie* Mylnehoill cum terris molendinariis et multuris, peciam terre *lie Orchard* de Davidstoun, cum tenentibus &c., vic. Forfar:—quas Jac. Gray, filius legitimus Patricii dom. Gray de Foulis, in favorem dicti Rob. resignavit:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 237.

332. Apud Falkland, 1 Aug.

REX confirmavit cartam Francisci com. Errolie dom. Hay ac constabularii Scotie, —[qua confirmavit D. WALTERO OGILVIE de Findlatter equiti aurato, et Domine MARIE DOWGLAS ejus conjugii, —terras dominicales (*the Manis*) de Pettmedden cum fortalicio, cum crofta vocata Lesleis-croft, terras de Torrie cum molendino, terris molendinariis, astrictis multuris et sequelis, in parochia de Ellon, vic. Abirdeine; — quas idem Walt. in favorem suum et dicte Marie personaliter resignavit:—TENEND. dictis Walt. et Mar. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Walt. et assignatis quibuscunque, de dicto Franc. tanquam barone de Slanis:—REDDEND. unum den. albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Jo. Leslie de Balquhane, Jac. Ogilvie de Blarak, Pat. Con de Auchry, Waltero Barclay de Drumdelgy, M. Rob. Paip advocato, M. Geo. Barclay vicecomitatus de Banff scriba, Georgio Andersoun, notariis publicis:—Apud Turrell, 15 Apr. 1594]:—PRETEREA, pro bono servitio dicti Walt., suprascripta dictis Walt. et Marie de novo dedit, post forisfacturam dicti Franc.:—REDDEND. regi *ut supra*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 242.

333. Apud Falkland, 2 Aug.

REX, —cum consensu &c. (19. 15. 27. 6.), —confirmavit cartam factam per quondam Mich. commendatarium perpetuum de Melhos, et ejusdem conventum, —[qua ad feudifirmam dimiserunt (quond.) JOANNI M'GOWAN, heredibus ejus et assignatis, —4 solidatas 4 den. terrarum in Over Meklewod antiqui extentus (per Joannem M'Gowin in Barlosche occupat.), in dominio suo de Kylismure, vic. Air:—REDDEND. dicto monasterio 5 solidos firme antique cum bondagiis, arreagiis, carreagiis solvi consuete, et 4 den. augmentationis; et commendatario duplum, conventui simplum feudifirme in introitu heredum; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Mauchling; et asportando grana ibi crescentia ad Haughmyle, multuras consuetas solvendo; et si in solutione deficerent per tres terminos concurrentes, hoc infeofamentum annullaretur:—cum precepto sasine directo Jo. Fischear:—Apud dictum monast., 20 Jul. 1565]:—INSUPER dictas terras JOANNI M'GONE seniori filio legitimo dicti quond. Jo., heredibus ejus et assignatis, de novo ad feudifirmam dimisit:—REDDEND. annuatim regi 5 sol. 4 den.; ac triplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia apud locum de Mauchling:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 38.

334. Apud Falkland, 4 Aug.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit ANDREE OGILVY, filio legitimo secundogenito Alexandri O. de Boyne, —terras baroniam et thanagium de Boyne, cum castro, manerie, molendinis, silvis, piscariis tam in aqua dulci quam salsa, tenentibus &c., et advocacionibus ecclesiarum et capellaniarum, cum annuo reddito 6 merc. de burgo de Banff, necnon burgum et portum de Portsoy ab antiquo in liberum portum et burgum baronie erectum, vic. Banff; —exceptis 4 bovatis terrarum de Aird et Damis in dicta baronia; —quas et quos dictus Alex. in favorem dicti Andree resignavit:—RESERVANDO liberum tenementum omnium dicto Alex., cum libertate alienandi sub reversionibus minime exceden. 20000 lib., et assedationes

longas seu breves colonis et tenentibus fuudi absque diminutione rentalis locandi; necnon Domine Marie Betoun, sponse dicti Alex. Ogilvy, liberum tenementum terrarum in quibus tunc infeodata est:—**PRETEREA** rex de novo creavit villam et **BURGUM DE PORTSOY**—in liberum burgum baronie cum libero portu; cum potestate dicto Andree ballivos, burgenses, officarios &c. faciendi; et cum potestate burgensibus ad *lie pak, peill*, et emendi et vendendi &c.; necnon cum potestate dicto And. habendi pretorium et crucem foralem, ac forum heptomadatim die Mercurii, cum liberis nundinis bis in anno, viz. ad festum S. Michaelis archangeli ac pro 4 diebus, et festum S. Thome 30 Dec. pro uno die, cum custumis &c.; necnon cum potestate anchoragias, custumas, thelonias et *lie toll-penneis* dicti portus levandi, resignationes terrarum &c. recipiendi et easdem disponendi, heredes intrandi, et curias burgales tenendi &c.:—**INSUPER** rex dict. terras, ann. red., portum &c., de novo incorporavit in liberam baroniam et thanagium de Boyne, ordinando castrum de B. principale messuagium fore:—**TENEND.** dicto And. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficietibus, Roberto O. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*):—**REDDEND.** jura et servitia debita et consuea:—**TEST.** *ut in aliis cartis &c.*

xl. 172.

335. Apud Falkland, 13 Aug.

REX confirmavit cartam Joannis Hammiltoun in Nungait, — [qua, cum consensu Eliz. Reid sponse sue, vendidit **ROBERTO DOBIE** et **CRISTINE DREGHORNE** ejus sponse in conjuncta infeodatione, heredibusque et assignatis dicti Rob. quibuscunque, — tria tenementa terrarum cum horto contigue jacentia in vico monialium *lie Nungait* (inter terras Jo. Hepburne, aquam de Tyne et Qulithinghame-lone):—**TENEND.** de dicto Jo. in feudifirma sive alba firma:—**REDDEND.** dicto Joanni unum den. albe firme, et priorisse et conventui de Hadingtoun 7 den. feudifirme:—**TEST.** Jo. Hepburne in Nungait, Patricio Lyell, Wil. Wilsoun, burgen. de Hadingtoun, Thoma Arnott, Jo. Muire in Newtoun, Tho. Stevin

notario:—Apud Nungait, 12 Apr. 1569]:
TEST. *ut in aliis cartis &c.* xl. 163.

336. Apud Falkland, 13 Aug.

REX confirmavit cartam Alexandri Crieltoun de Nauchtane, [qua, — pro impletione contractus de data presentium, vendidit **DAVIDI BALFOUR** de Balledmounth, heredibus ejus et assignatis, absque redemptione, — terras de Wormett, cum molendino, terris molendinariis, multuris et sequelis, piscariam de Wormet Langeraug nuncupatam, cum tenentibus &c., superioritatem partis sue ville et terrarum de Inverdovet (per Agnetem Rynd relictam Rollandi Henrysoun et And. Kirkealdy tunc ejus sponsam occupat.), in baronia de Nauchtane, vic. Fyiff:—**REDDEND.** regi jura et servitia warde &c. debita et consuea:— cum precepto sasine directo M. Jac. Durie fratri germano Roberti D. feudatarii de eodem:—**TEST.** M. Hen. Balfour, Joanne Haliday, advocatis, Davide Balfour, M. Davide Persoun, servitoribus (dicti) M. Hen., Jac. Falcone servo dicti Dav. Balfour de Balledmounth, Davide Walker servo dicti Jo.:— carta per Wil. Caudwell servitorem Adami Cuper scripta:—Apud Edinburgh, 6 Mar. 1594]:—**PRETEREA**, pro fidei servitio dicti Dav., suprascripta ei de novo dedit:—**TEST.** *ut in aliis cartis &c.* xl. 168.

337. Apud Falkland, 13 Aug.

REX confirmavit cartam Willelmi Turinge de Foverne, — [qua, — pro pecuniarum summis per Alexandrum Strathachin de Thornetoun sibi ultra dotem persolutis, — vendidit **MARGARETE STRATHAUCHIN** conjugi sue, filie dicti Alex., in vitali reddito, — maneriem de Foverne cum fortalicio et loco maneriei, cum piscariis tam alborum quam rubrorum piscium ei incumbentibus, villas et terras de Kirkhill, Drummis, Aikinhill, Saak, Mylnetoun de Foverne et Petmillen, Meikill Tibbertie, Vateschmure, Vateschill, Petgeirsho, molendina tam nova quam vetera, terras molendinarias, multuras et sequelas, astrictas multuras totius baronie de Foverne, in parochiis de Foverne et Logidurno, vic. de Abirdeine:—**TENEND.** de rege:—cum precepto sasine directo And. Strathachin

de Gregis-Ardo :—RESERVANDO Jonete Leslie relicte Willelmi Turing de Foverne avi sui, Helene Carnegy relicte Roberti T. de F., Dorathie Cheyne matri sue relicte Willelmi T. de F. patris sui, tertias et conjunctas infeodationes eis incumbentes, pro earum vitis :—TEST. M. Roberto Paip advocato burgen. de Abirdeine, And. Gray et Jac. Reidfurd famulis dicti Wil., Jo. Sibbald burgensi de Abirdeine, M. Geo. Chalmer notario publico Abirdonen. (scriptore presentis carte) :—Apud Abirdeine, 19 Mar. 1594] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xl. 169.

338. Apud Falkland, 13 Aug.

REX confirmavit cartam Jacobi Spens de Wormestoun, et Agnetis Durie ejus sponse, —[qua, —pro perimplatione contractus inter se (cum consensu M. Davidis S. fratris dicti Jac. pro ejus interesse) ab una, GULIELMUM TURNEBILL mercatorem et incolam burgi de Edinburgh ab altera partibus, de data apud Edinburgh et Wormestoun, . . . Sept. 1594, —vendiderunt dicto Willelmo Turnebill, heredibus ejus et assignatis, irredimabiliter, —terras de Pettinereiff vulgo *lie Manis* et Bank de P. (inter Marie crucem qua itur ad passagium de Portincraig, et alias bondas inibi specificatas), cum earum communi pastura et focali in communia de Cuper et Erlismure, cum mansione, manerie &c. (per Alex. Wedderburne, Tho. Nicolsoun, Jo. Philp, Tho. Williamsoun, Jo. Brysoun et Alex. Sympsoun burgenses de Cupro occupatas), vic. Fyiff; —exceptis *the Orchard* de Pettinereiff cum 2 acris arabilibus ei adjacen. (per Pat. Glasfurd notarium publicum occupat.), et 3 rudis ex parte boreali de Cuperburne, ab antiquo in feudifirma seu potius in alba firma tenentibus ejusdem dispositis (per Davidem Weyland et Alex. Jamesoun occupat.); —necnon tenementum sive magnam mansionem cum horto, in burgo de Cupro ex parte boreali *the Kickerwald* (inter tenementa Wil. Crystesoun et Jac. Andersoun, hortos Davidis Duncane, Jo. Moreis et Jo. Philp); —necnon, in speciale warrantum omnium suprascriptorum, terras et baroniam de Wormestoun, cum tenentibus &c., advocacione ecclesiarum et capellaniarum, man-

sione et manerie, vic. de Fyiff;—TENEND. dict. tenementum de preposito et ballivis de Cupro in libero burgagio, ceteras de rege :—REDDEND. annuatim pro Pettinereiff 4 den., pro Wormestoun 4 den. argenteos, nomine albe firme; pro tenemento servitia burgalia debita :—cum precepto sasine :—TEST. (apud Edinburgh) M. Jo. Russell de Grantoun advocato (scriptore carte), M. Alex. Cumming et Wil. Makesoun servitoribus dicti M. Jo., Wil. Naper de Wrichtishousis, Rob. Turnebill de Bogmylne, Jo. Makesoun clerico burgi de Craill ac notario publico; (apud Wormestoun) dictis Rob. Turnbill, M. Alex. Cummyng et Jo. Makesoun, Davide Philp notario publico, Wil. Lauder servitore dicti Joannis Makesoun :—Apud Edinburgh et Wormestoun, 4 et 9 Sept. 1594] :—PRETEREA rex suprascripta dicto Wil. de novo dedit (dicto tenemento omisso) :—REDDEND. *ut supra* :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xi. 252.

339. Apud Falkland, 13 Aug.

REX confirmavit [1] cartam Jo. Strathachin de Lenturkis, —[qua vendidit (quondam) JOANNI STRATHAUCHIN de Thornetoun, heredibus ejus et assignatis, —terras de Culquhorsie, Kirketoun de Echt, Knocharne et Hilsyd, cum molendinis, tenentibus &c., in baronia de Cluny, vic. Abirdene;—REDDEND. (quondam) Georgio comiti de Huntlie domino Gordoun et Badynoch &c. 12 den. aut unum par calcarium apud *lie Graystaine* de Cluny nomine albe firme :—RESERVANDO liberum tenementum dicto Jo. S. de L., et rationabilem tertiam sponse sue cum contingeret :—TEST. Rob. Carnegy de Kynmaird, Wil. Strathachin de Tipperta, Joanne Strathachin de Dulywardis, Jo. Strathachin de Monbothow, Jac. Miller;—Apud Edinburgh, 24 Jul. 1548];—[2] cartam factam per Eliz. Davidson cum consensu Willelmi Seytoun ejus mariti, et Marjoriam Davidson cum consensu Willelmi Barclay ejus mariti, et per dictos Wil. S. et Wil. B. pro eorum interesse, —[qua vendiderunt (dicto) Jo. Strathachin de Thornetoun, et ejus heredibus, —terras de Ardgowis, in dictis baronia et vic.;—REDDEND. dicto comiti unum den. ad ejus capitale messuagium de

Chuny nomine albe firme:—TEST. Magistris Rob. Lumisden de Clowayth, Geo. Middiltoun, Alex. Cruschank burgen. de Abirdeine, M. Willelmo Davidsson, Alex. Burnet de Chuny, Rob. Lumisden, Monano Hoge:—Apud Abirdeine, 2 Nov. 1567]:—PRETEREA,—pro servitio sibi et progenitoribus suis per ALEXANDRUM STRATHAUCHIN tunc de Thornetoun et ejus predecessores prestito, ac pro compositione persoluta,—dictas terras dicto Alex. et ISSOBELLE KEYTH ejus conjugii eorumque alteri diutius viventi, eorumque heredibus et assignatis, de novo dedit, post forisfacturam dicti com. de Huntlie:—REDDEND. regi *ut supra*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 10.

340. Apud Falkland, 14 Aug.

REX confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit M. WILLELMO SCOTT, cancellarie directori et uni clericorum ordinariorum collegii justitie, et JEANNE SKEINE ejus sponse,—terras et baroniam de Ardros et Carmwrie, cum fortaliciis, maneriis, silvis, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocacione ecclesiarum et capellaniarum, vic. de Eyiff;—quas idem Wil. pro hac carta conficienda resignavit:—TENEND. dictis Wil. et Jean. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti M. Wil. quibuscunque:—REDDEND. unum nummum argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 171.

341. Apud Falkland, 14 Aug.

REX dedit literas remissionis NICOLAO ROS de Culnahall, et WALTERO ROS de Tutumtarrach fratri Willelmi Ros de Invercharroun, pro eorum vita duraturas, —pro arte et parte interfectionis capitanei Jacobi Ros;—quia thesaurarius *lie letter of shewis* eis concessam viderat. xli. 241.

342. Apud Falkland, 15 Aug.¹

REX,—cum consensu &c. (19. 15. 27. 16.), —in feudifirmam dimisit WILLELMO

WALLACE filio legitimo secundogenito Willelmi W. de Dullaris, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, terras cum prato olim preceptoris capelle S. Leonardi in territorio burgi de Air, jacen. in dicto territorio (inter terras S. Crucis, terras domus de Falldurd et alias bondas specificatas);—quarum dictus Willelmus senior ejusque predecessores et autores fuerant antiqui et nativi possessores ultra hominum memoriam:—REDDEND. annuatim 45 sol. 8½ den., et 15 den. augmentationis, in toto 47 sol.; ac duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 176.

343. Apud Falkland, 15 Aug.

REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 10. 6. 27.),—ad feudifirmam dimisit HUGONI ROS de Tollie filio et heredi quondam Hugonis R., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Tollie, in comitatu de Ros, vic. Invernes;—que olim fuerunt pars temporalitatis capellanie de Kildermor seu Tollye:—INSUPER rex ratificavit cartas dicto quond. Hugoni ejusque predecessoribus per capellanos dicte capellanie desuper factas; et, pro bono servitio dicti Hugonis, dictas terras quitteclamavit:—REDDEND. 13½ mere. feudifirme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 178.

344. Apud Falkland, 16 Aug.

REX,—cum consensu &c. (19. 20. 27. 16.), —in feudifirma disposuit M. LAMBERTO KENNEDY de Kirkmichaell, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque, cognomen et arma de Kennedy gerentibus, —20 solidatas terrarum vocatas terras glebarias vicarie de Kirkmichaell, in parochia de K., comitatu de Carrik, vic. Air;—que olim pertinerunt ad dictam vicariam:—REDDEND. 5 libras 12 den., et 12 den. augmentationis; necnon duplicando

¹ Dated an. reg. 25. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxviii, fol. 12 verso.

feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xl. 37.

345. Apud Falkland, 16 Aug.

REX,—cum consensu &c. (19. 15. 27. 6.), —confirmavit cartam factam per quondam Michaellem commendatarium perpetuum de Melros, et ejus conventum,—[qua ad feudifirmam dimiserunt (quond.) JACOBO HODGE in Weltoun, heredibus ejus et assignatis,—10 denariat. terrarum de Weltoun antiqui extentus (per eum occupat.), in dominio de Kylismure, vic. Air:—REDDEND. dicto monast. 6 sol. 8 den. firme antique, et (3½ den.) augmentationis; et commendatario duplum, conventui simplum feudifirme in introitu heredum; ac 3 sectas ad tria placita capitalia apud locum de Mauchling; et portando grana ibi crescen. molendinis de Mauchling, multuras consuetas persolvendo, molares asportando &c.; et cum dictis commendatario et conventu ambulando, equitando et partem capiendo in defensione libertatum dicti monast., et in guerris regis contra hostes regnum invadentes; et liceret dictis commendatario &c. molares, arbores et alios lapides quoscunque pro sustentatione dict. molendinorum et loci de Mauchling, et carbones, cespites et alia quecunque pro sustentatione dicti loci, ubilibet intra bondas dictarum terrarum fodere absque extremo incommodo fundi; et si feudifirmam in solutione deficerent per tres terminos concurrentes, aut contra dictum monast. partem caperent (autoritate regia dempta), hoc infeofamentum nullius esset roboris:—cum precepto sasine directo Geo. Campbell de Mongrisnod:—Apud monast. de Melros, 6 Mar. 1564]:—INSUPER superscripta de novo ad feudifirmam dimisit JACOBO HOLME, filio legitimo ac natu maximo Martini H. et Katherine Hodge filie legitime et heredis dicti Jacobi Hodge:—REDDEND. regi 6 sol. 11½ den.; ac triplicando feudifirmam in introitu heredum; et observando ceteras clausulas antiqui infeofamenti:—SALVO vitali reddito dictis Mart. et Kath.:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xl. 243.

346. Apud Strivilinge, 21 Aug.

REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 10. 6.

27.)—confirmavit LAURENTIO MERSEER de Newtoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras de Claveg, in regalitate de Dumblaine, vic. de Perth;—quas idem Laur. pro hac carta conficienda resignavit; et quas rex ei, pro ejus bono servitio, de novo dedit, cum molendinis, silvis, piscariis:—TENEND. de rege (loco episcopi Dumblanensis) in feudifirma:—REDDEND. annuatim 43 merc.; cum presentibus ad 3 placita capitalia apud civitatem Dumblanen., et ad alias curias ibidem cum requisiti essent; et in exercitu regis contra invasores et Anglos cum rege pergerent, seu cum regis ballivo aut deputato unum equestrem *with jak, knaipiska, speir and sword* et ceteris necessariis propriis sumptibus mitterent; ac 4 carcagia longa infra 30 miliaria a dicta civitate facerent; et si in solutione deficerent per duos terminos continuos, aut contra regem arma gererent, caderent a jure; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; cum prohibitione alienandi majorem partem superscriptorum absque licentia regis:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xl. 34.

347. Apud Striviling, 21 Aug.

REX confirmavit cartam M. Willelmi Meldrum de Montcoffer, — [qua, — pro perimptione contractus inter se (cum consensu Roberti Innes de eodem, Joannis Urquhart de Culbo tutoris de Cromertie, Joannis Innes de Luchris, Alexandri I. ejus fratris germani, quibus putatum est dictum M. Wil. M. esse interdictum), onus acceptantem pro Eliz. Innes sponsa sua, ex una, et GEORGIUM OGILVIE de Dunlugus equitem auratum ex altera partibus, de data presentium,—cum consensu dict. virorum, vendidit dicto Geo., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, —suam dimedietatem umbralem terrarum dominicalium de Muntcoffer cum manerie, dimed. umbralem terrarum de Goweny et Corskie, cum dimed. piscarie salmonum super aqua Doverne dictis terris adjaen., cum tenentibus &c., vic. de Abirdeine:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Tho. Meldrum in Fulci, Joanne Urquart in Ferritoun, Tho. Mortimer in Casteltoun, M. Geo. Barclay advocato in

Abirdeine, Georgio Andersoun, Donaldo Urquart, notariis publicis:—Apud Banff, 12 Jan. 1592]:—INSUPER rex, pro bono servitio dicti Geo. Ogilvy, suprascripta ei de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 251.

348. Apud Hamniltoun, 1 Sept.

REX, pro servitio sibi impenso et impendendo, concessit servitori suo WILLELMO STEWART generoso homini cubiculi sui, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —4 mercatas terrarum de Ardindorie, 4 mercatas de Ardinkinkail, 40 sol. de Cultis, 40 sol. de Kirktonn de Blair, cum crofta ad finem prati ejusdem, 4 libratas de Blairrichter, 40 solidat. de Wrrarbeg, in parochia de Blair, 4 mercat. de Lowesbeg, 4 mercatas de Luasmoir, et 4 mercatas de Dauchalalous, in parochia de Kilhawe-winok, omnes infra antiquum comitatum de Atholl, vic. de Perth;—que fuerunt quondam Joannis com. de Atholl; et per ejus decessum absque heredibus masculis de corpore procreatis, per specialem provisionem in antiquis infeofamentis dicti comitatus contentam, regi reverse sunt:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 36.

349. Apud Glasgow, 5 Sept.

REX confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit PATRICIO GRANT de Ballandallach, et HELENE OGILVIE ejus sponse,—terras de Tullochcarroun, Ballaneill, Drumnagrene et Aewin, cum salmonum piscariis super aqua de Spey et Aewin eis adjacen., cum earum manerie, silvis, parcis, molendinis, astrictis multuris, sequelis et *knaijschippis*, tenentibus &c., in parochia de Inverawin, vic. Banff;—quas idem Patricius pro hac carta conficienda resignavit; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Tullycharroun, ordinando maneriem de T. principale fore messuagium:—TENEND. dictis Patricio et Hel. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Pat. de corpore legit. procreandis, quibus def., heredibus masculis legitime oriundis de quondam Joanne Grant de Ballindallach et Barbara Gordoun ejus sponsa, avo et

avia dicti Pat., quibus def., heredibus masc. Joannis Grant de Freughlic dom. Grant, quibus def., legitimis et propinquieribus heredibus masc. quibuscunque dicti Pat., cognomen et arma de Grant gentibus:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 12.

350. Apud Glasgow, 5 Sept.

REX confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit WALTERO INNES de Auchintoule, et MARIE OGILVIE ejus sponse, —terras de Towehis et Petfour, cum molendino, astrictis multuris, sequelis, terris molendinariis, tenentibus &c., prius in unam baroniam de Towehis incorporatas, vic. Abirdeine;—quas idem Wait. pro hac carta conficienda resignavit; et quas rex in liberam baroniam de Towehis incorporavit, ordinando maneriem de T. principale fore messuagium:—TENEND. dictis Waltero et Mar. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquieribus heredibus masc. et assignatis quibuscunque dicti Walteri in ejus priore infeofamento dicte baronie specificatis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 43.

351. Apud Glasgow, 5 Sept.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit GEORGIO OGILVY secundo filio legitimo D. Georgii O. de Dumlugus militis, et MARGARETE OGILVY ejus sponse,—terras et baroniam de Carnowseis, cum fortalicio et manerie, tenentibus &c., silvis, (molendino), piscariis, *lie outsettis*, et salmonum piscationibus super aqua de Doverne, terras de Crannoch, Crannochbog, Crannochmyne et Blaklaw, vic. Banff;—quas dictus Geo. O. senior pro hac carta conficienda resignavit; et quas omnes rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Carnowseis, ordinando fortaliciam de Carnowseis principale fore messuagium:—RESERVATO libero tenemento dicto Geo. seniori:—TENEND. dictis Geo. juniore et Margarete in conjuncta infeodatione, et heredibus (masculis) inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Geo. quibuscunque:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 44.

352. Apud Falkland, 6 Sept.

REX dedit literas remissionis JOANNI WALLACE de Corsflat, pro ejus vita duraturas,—pro ejus proditorio raptu et violenti abductione Joanne Stewart, filie legitime Willelmi S. de Gallowhillis burgi de Paislay, ex ejus domicilio et horto de Paislay mense Jul. 1583; necnon pro ejus proditoria omissione ad veniendum ad regis equitatum, cui rex mandaverat sibi obviam venire apud burgum de Edinburgh 30 Sept. 1594, et inde cum rege progredi ad burgum de Abirdeine ibidemque commorari, cum 30 dierum commeatu a die adventus, ad prosequendos regis declaratos proditores et rebelles; et pro ceteris ejus offensis preteritis. xli. 13.

353. Apud Falkland, 16 Sept.

REX confirmavit cartam Henrici episcopi Rossen.,—[qua concessit consanguineo suo (quondam) THOME URQUHART, filio (quondam) Alexandri U. vicecomitis de Crombathie,—terras de Craig, cum fortalicio et manerie, in diocesi Rossensi, vic. Invernes;—quas Stephanus Kincaid in favorem dicti Tho. personaliter resignavit:—TENEND. dicto Tho. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Arthuro U. ejus fratri et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jacobo U. ejus fratri et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Joanni U. ejus fratri et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Waltero U. de Balblair eorum fratri seniori et heredi apparenti dicti Alex., et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. dicti Walt. absque divisione, et eorum assignatis respective, de dicto episc. in feudifirma:—REDDEND. annuatim 56 sol. 8 den., cum uno muttone, 6 pultreis, uno hedo, 20 ovis, $\frac{1}{2}$ bolla avenarum *lie suggeroun-aittis*, et $\frac{1}{4}$ marte; necnon tres sectas ad tria placita capitalia apud Canoniam Rossen.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. Rob. Carnegy de Kynard milite, M. Jo. Leslie rectore de Une, Hen. Levingstoun de Falkirk, Jac. Levingstoun, D. Alex. Pedder notario publico:—Apud Edinburgh, 13 Mar. 1561]:—PRETEREA,—cum avisamento &c. (19. 20.

10. 16. 27.),—dict. terras de novo in feudifirmam dimisit JOANNI URQUHART de Culbo, legitimo heredi tallie dicti Tho., et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, propinquitibus heredibus ejus masc. quibuscunque, arma et cognomen de Urquhart gerentibus, eorumque assignatis:—REDDEND. regi *ut supra*, et 12 den. augmentationis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 7.

354. Apud Falkland, 16 Sept.

REX,—cum avisamento &c. (19. 20. 10. 16. 27.),—confirmavit cartam factam per Wil. Sinclair rectorem de Olrik canonicum Cathanen., commissarium Henrici episcopi Rossen. ad infrascripta specialiter constitutum,—[qua, cum consensu decani et capituli Rossen., ad feudifirmam dimisit (quondam) ARTHURO URQUHART, filio legitimo quond. Alexandri U. vicecomitis de Crombathy,—terras de Eister Balblair alias Kirkmichaell, extenden. ad $\frac{1}{4}$ davate, brasinam *lie aithous* de Kirkmichaell cum crofta, in diocesi Rossen., vic. Invernes:—TENEND. dicto Arthuro et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Thome U. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Jacobo U. eorum fratri germano, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Joanni U. eorum fratri germano, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Waltero U. vicecomiti de Crombathie eorum fratri seniori, et heredibus ejus masc. quibuscunque arma et cognomen de Urquhart gerentibus, de dicto episc.:—REDDEND. pro terris 53 sol. 4 den., $\frac{1}{4}$ marte, 1 muttonem, 3 capones, 3 pultrias, 1 libram canapis, 60 onera focalium *lie twiffis*, 2 firloas avenarum *lie suggeroun-aittis*, 17 sol. 10 den. pro gressuma, et 14 sol. 3 den. augmentationis; et pro brasina 12 sol., 6 capones, 6 auseres, 4 sol. pro gressuma, et 3 sol. 2 $\frac{1}{2}$ den. augmentationis; in toto 5 lib. 4 sol. 7 $\frac{1}{2}$ den. monete; cum arreagiis, carteargiis et servitiis debitis et consuet.; et compellendo occupatores molere grana ibi crescentia ad molendinum de Kinbeachy, et solvere multuras et debita servitia dicto molendino consueta; et si unus terminus in alterum vel duo in tertium

current insoluti, duplicarentur; si vero firme $1\frac{1}{2}$ annorum in quartum terminum recurrerent insolute, hec infeodatio nullius esset roboris; et dicti feudifirmarii, et tenentes et inhabitores dictarum terrarum, venirent ad curias dicti episcopi apud Canoniam Rossen, quotiescunque summonerentur; necnon feudifirmarii prestando tres sectas ad tria placita capitalia ibidem; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac juramentum fidelitatis homagii dicto episc. prestando in quolibet introitu; una cum prohibitione alienandi sine licentia dicti episc.; et si equitarent et pedestres essent contra dictum episc. (autoritate regia excepta), aut in deforciamiento officarii, arrestationum fractione comprehenderentur, perderent hereditatem:—cum precepto sasine directo Walt. Innes de Kyndruiff, et Ric. Irving:—TEST. M. Tho. Urquhard portionario de Davidstoun, Jo. Dundas, Willelmo Robesoun, Magno Robesoun, Jo. Chalmer, Tho. Smyth:—Apud ecclesiam cathedralem Rossen., I Maii 1564]:—PRETEREA, pro bono servitio, suprascripta de novo in feudifirma dimisit JOANNI URQUHARD de Culbo, heredi tallie dicti Arthuri, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., propinquioribus legit. heredibus ejus masc. quibuscunque, cognomen et arma de Urquhard gerentibus, eorumque assignatis:—REDDEND. regi *ut supra*, necnon 12 den. nove augmentationis:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 8.

355. Apud Falkland, 16 Sept.

REX,—cum consensu &c. (19. 20. 27. 16.), —in feudifirma locavit ALEXANDRO INNES de Pettie, heredibus ejus et assignatis,—terras et villam *lie* Kirkstoun de Auchterles, cum molendino, terris molendinariis, silvis, in parochia de A., vic. Abirdeine;—que olim ad rectoriam ecclesie parochialis de Auchterles pertinerunt:—REDDEND. 4 lib., et 40 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 12.

356. Apud Falkland, 17 Sept.

REX,—cum consensu &c. (20. 27. 6.),—

in feudifirma disposuit JOANNI WAL-
LACE filio natu maximo legitimo et heredi
apparenti Roberti W. junioris de Carnel,
heredibus ejus et assignatis,—33 solidat.
4 den. terrarum antiqui extentus de Broim-
hill (per quondam Geo. Ros de Haning et
ejus tenentes occupatos), in regalitate et
baronia de Glasgow, vic. de Lanerk;—que
olim spectaverunt ad episcopatum de Glas-
gow:—REDDEND. annuatim 33 sol. 4 den.,
necnon molendino de Partik 6 firlotas
polenti *lie grant mall*, et 10 firl. farine
avenaticæ; cum 5 solidis augmentationis;
necnon duplicando feudifirmam in introitu
heredum; ac prestando 3 sectas ad 3 placita
capitalia apud civitatem Glasguen., et com-
parendo ad ceteras curias dicte regalitatis
quando requisiti essent:—TEST. *ut in aliis
cartis &c.* xli. 170.

357. Apud Falkland, 24 Sept.

REX confirmavit cartam Joannis Mure in
Utermure de Auchinmaid,—[qua,—pro per-
impletione contractus matrimonialis inter
se (pro se ipso et pro Joneta Carswell
sponsa sua et Jacobo M. filio suo et herede
apparente) ab una, et Jac. Howie in Blook
et Margaretam H. ejus filiam legitimam ab
altera partibus, de data apud Irving, 2
Oct. 1591, — vendidit dicto JACOBO
MURE, heredibus ejus et assignatis,—5
solidat. terrarum antiqui extentus nuncu-
pat. Utermure de Auchinmaid, in parochia
et regalitate de Kilwynning, balliatu de
Cunynghame, vic. Air:—TENEND. de rege
(vice commendatarii et conventus de
Kilwynning) in feudifirma:—RESERVANDO
dictis Jo. et Jonete liberum tenementum
dimedietatis dict. terrarum cum omnibus
domibus:—TEST. Jacobo Putycane satore,
Rob. Dunlop, Davide Mure filio dicti Jo.:
—Apud Utermur, 10 Nov. 1591]:—TEST.
ut in aliis cartis &c. xli. 45. et 254.

358. Apud Falkland, 24 Sept.

REX confirmavit cartam Joannis Neilsem,
filii et heredis quondam Thome N. in
Over Auchintiber,—[qua vendidit ADAMO
STELL filio legitimo Gilberti S. in Blook-
mylne, heredibus ejus et assignatis, absque
redemptione,—10 solidat. terrarum antiqui
extentus de Over Auchintaber, in regalitate

et parochia de Kilwyning, balliatu de Cunynghame, vic. Air:—TENEND. de rege (vice commendatarii et conventus de Kilwyning) in feudifirma:—REDDEND. 2 bollas 2 firlotas 2 peccas 2 mensuras vocatas *helf-pairtis* farine avenatice, 2 firl. 2 pec. 2 mensuras ordeï, 20½ petras casei, pro firmis et decimis (quia firme a decimis nunquam separabantur, eo quod dicte terre ac rectoria ecclesie parochialis de Kilwyning ad commendatarium de Kilwyning pertinerunt); cum multis consuetis; et comparando personaliter in 3 curiis capitalibus dicte regalitatis, cum servitiis in curiis iusticiarii et camerarii cum contingerent; ac duplicando feudifirmam introitu heredum:—cum precepto sasine:—TEST. Tho. Neving juniore de Monkriding, Jo. Nevin juniore de Kirkwod, notariis publicis, Nigello Den de Auchintiber, Arch. Thampson pellitore, Gib. Hunter fullone:—Apud Auchintiber, 30 Jul. 1590]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xl. 46.

359. Apud Falkland, 24 Sept.

REX,—intelligens incolas ville et burgi sui de NEWTOWN DE AIR eorumque antecessores omnibus libertatibus liberi burgi omnibus temporibus retroactis possedisse, et quedam scripta antiqua per regis progenitores produxisse quibus antiqua fundatio dicti burgi clare testata est, quamvis occasione bellorum, pestis temporumque turbulentorum antique evidentie destructe erant,—considerato etiam bono servitio sibi et progenitoribus suis per dictos inhabitantes prebito,—de novo concessit burgensibus et inhabitantibus dicti burgi, et eorum successoribus, —dictum burgum in liberum burgum pro perpetuo, cum ejus terris, annuis redditibus, piscariis &c., et cum *lie common mos* et *muir* ejusdem, omnibusque privilegiis antiquis; cum potestate terras communes, acras et particatas ejusdem dividendi, et easdem in feudifirma seu rentali aut alias assedandi burgensibus et liberis civibus et incolis dicti burgi et nullis aliis (nec liceret aliquam partem dict. terrarum alienare aut impignorare nisi burgensibus liberisque civibus et inhabitantibus); cum potestate molendina, terras molendinarias et aqueductus super

dictis terris communibus construendi, ballivos &c. eligendi, crucem forealem diemque mercalem hebdomadatim die Mercurii tenendi, edificandi pretorium, curias burgales tenendi, emendi et vendendi &c.:—REDDEND. firmas burgales et devorias debitas et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xl. 253.

360. Apud Falkland, 25 Sept.

REX,—cum consensu &c. (19. 15. 27. 6.), —ratificavit cartam feudifirme per quond. D. Rob. Dudingstoun vicarium ecclesie parochialis de Dudingstoun (cum consensu quond. Joannis abbatis de Lundoris administratoris monasterii de Kelso, et conventus ejusdem, tanquam patronorum dicte vicarie) factam quondam Joanni Murray servitori Jac. V. regis, de data 26 Jul. 1538,—de terris infrascriptis:—necnon de novo ad feudifirmam dimisit ROBERTO KER portionario de Dudingstoun (qui jus feudifirme ab hereditariis feudifirmariis earundem obtinuerat), heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras ecclesiasticas dicte vicarie, jacen. in villa et territorio de Wester Duddingstoun ex orient. dicte ville, liberas a solutione decimarum garbaliū sicuti temporibus retroactis possesse fuerant (viz. II *lie riggis* in *lie* Langland de Wester Dudingstoun, 15 rigas inter viam a villa de Dudingstoun ad Nudry et viam a dicta villa ad villam de Mussilburgh, 6 rigas in *lie* Clayis, 1½ acras infra croftas dicte ville vocatas Cairnebukkis), extenden. in integro ad 14 acras terrarum, vic. de Edinburgh:—REDDEND. 16 merc.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xli. 36.

361. Apud Perth, 3 Oct.

REX dedit literas legitimationis WILLELMO WALLACE bastardo, filio naturali quondam Alexandri Wallace in Gardnerstoun.

xl. 180.

362. Apud Linlithgow, 23 Oct.

REX concessit THOME BURNET filio et apparenti heredi Alexandri B. de Craigour, et JONETE MONCUR ejus sponse,—terras de *lie* Manis de Craigmyle, Pet-

meddein et molendinum ejusdem cum militaris, in baronia de Cluny, vic. Abirdeine;—que fuerunt dicti Thome et ejus predecessorum, de Georgio olim Huntlei comite in alba firma tente; et regi deveniunt ob forisfacturam dicti Geo.:—TENEND. dictis Tho. et Jon. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Tho. quibuscunque, de rege in alba firma:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xl. 164.

363. Apud Lynlythgow, 27 Oct.

REX,—cum consensu &c. (19. 20. 10. 27. 16. 18.),—ratificavit cartas per quascunque personas in favorem JACOBI MAGISTRI DE OGIUVIE et JEANNE RUIHVEN ejus conjugis, et JACOBI DOMINI OGILVIE DE AIRLIE, factas penes infrascripta (ita ut non extenderentur in favorem alicujus tertie persone contra eos); et specialiter [1] indenturam factam apud monasterium de Abirbrothok, 15 Apr. 1544,¹ inter quondam Walt. abbatem dicti monast. et conventum ejusdem ab una, et quond. D. Jo. Ogilvie de Linth(re)chin militem ab altera partibus,—penes locationem ad feudifirmam dicto Jo., et ejus heredibus, terrarum de Bitake (Brake?), Balischeain et Keambreid cum mora *lie* Firth et communi pastura, et cum communitate et mora vocata Montrichmont; et constituendo dictum Jo., et heredes ejus masc.,—hereditarios ballivos regalitatis de Abirbrothok, cum potestate deputandi; dando dicto Jo. hospitalitatem consuetam et ballivatus privilegium, viz. pro ipso et ejus familia, quoties ad dictum monast. repararent, victualia et interteneamenta pro eorum honore sufficientia ac debita et consueta; necnon pro ejus feodo feudifirmas terrarum de Kynnalmont et Littell Kenne, decimasque garbales de Litill Kenne, Kynneneill et Kenne-Mekill, vic. Forfar; cum omnibus privilegiis dicti ballivatus:—[2] cartam feudifirme de data apud Dumfermeling, 11 Jul. 1519, per quondam And. archiepisc. S. Andree, cum consensu capituli ejusdem, super resigna-

tione quond. Jacobi dom. Ogilvie de Airly, factam quond. Jacobo magistro de Ogilvie, filio et heredi apparenti dicti domini, et quondam Helene Sinclair ejus sponse in conjuncta infeodatione, heredibusque masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti dom. quibuscunque,—de terris de Kiunell cum molendinis granorum et fullonum, in baronia de Rescobie, regalitate S. Andree, vic. Forfar:—[3] cartam feudifirme de data apud monast. de Abirbrothok, 6 Feb. 1528, super resignationem dicti quond. magistri de Ogilvie, tunc domini de O., per quond. Davidem abbatem de Abirbrothok, et conventum ejusdem, factam dictis Jac. et Hel. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. et assignatis quibuscunque,—de dict. terris de Brekko et Ballistoun (Ballischeain), cum manerio, in regalitate de Abirbrothok, vic. Forfar:—[4] cartam confirmationis de data apud capitulum de Abirbrothok, 8 Jul. 1529, factam per dictum Dav. et ejus conventum, ratificando dict. indenturam in eadem incorporatam:—[5] preceptum clare constat, de data apud Edinburgh, 11 Sept. 1558, factum per quondam Jo. archiepisc. S. Andree, pro sasina danda Jacobo tunc dom. Ogilvy de Airly, tanquam heredi quond. Jacobo dom. O. de A. ejus avo,—de terris &c. (*in carta* [2] *supra*):—[6] preceptum clare constat, de data apud monast. de Abirbrothok, 30 Sept. 1558, factum per quond. Joannem commendatarium de Abirbrothok, et ejusdem conventum, pro sasina danda eidem domino, tanquam nepoti et heredi apparenti dicti ejus avi,—de terris &c. (*in carta* [3] *supra*):—[7] duo instrumenta sasine super dictis preceptis, utrumque sub nota et subscriptione quond. Willelmi Pittillok notarii publici, de data 3 Oct. 1558:—[8] cartam alienationis, de data . . . 1592, per dictum dominum, cum consensu Domine Jeanne Forbes domine Ogilvy ejus conjugis, factam dictis Jac. magistro de Ogilvy et Jeanne Ruithven

¹ This date is evidently wrong. There is another indenture between the parties named, in

the *Registrum Nigrum de Aberbrothok*, p. 74, dated 15 Apr. 1443.

in conjuncta infeodatione, heredibusque masc. inter eos legitime procreatis, quibus def., heredibus masc. dicti magistri quibuscunque,—de terris dominicalibus de Ballischeain cum manerie, pascuis et cotagiis, molendino granorum de Kynnell cum multuris terrisque molendinariis, cum tenentibus &c., in parochia de Kynnell, vic. Forfar:—et, in speciale warrantum earundem, de baronia et terris de Airly, viz. terris dominicalibus ejusdem cum fortalicio et manerie, Walton, molendino granorum de Dullywaird, terrisque de Halyardis et Tullymod:—et hoc in excambium in dicta carta mentionat:—TENEND. de dicto domino in alba firma:—[9] cartam alienationis de data apud Fernewall, 18 Jun. 1592, per dictum Jac. dom. O., cum consensu diete Jean. Forbes, factam dictis Jac. magistro de O. et Jean. Ruithven in conjuncta infeodatione, et heredibus &c. (*ut in carta* [8] *supra*).—de terris dominicalibus de Ballischeain, terris vocat. Manisbank earundem, cum manerie, pascuis et cotagiis, cum pendiculo vocato Pitnekie, et molendino granorum de Kynnell cum ejus terris, tenentibus &c.:—et hoc in excambium in dicta carta mentionat:—TENEND. de rege:—et hoc non obstante quod pretensi amici dicti magistri, querentes sua commoda et mutilationem hereditatis familie de Airly, dictas cartas abstraxerant:—INSUPER rex,—pro servitio sibi et progenitoribus suis per dictum magistrum et ejus predecessores impenso, et pro compositione soluta,—de novo ad feudifirmam dimisit dictis Jac. magistro de O. et Jean. Ruithven in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti magistri et assignatis quibuscunque,—dictas terras de Brekkie, Balischeain, Keambreid, Manisbank, Pitnekie, et *lie Firth*, cum communi pastura et communitate in mora de Montrichmont, dict. terras de Kynnell cum molendinis &c., cum castris, maneriebus, silvis, molendinis, piscationibus, tenentibus &c.:—et de novo constituit dictum magistrum, et dictos heredes ejus masc.—ballivos diete regalitatis, cum suprascriptis privilegiis &c. (omissis decimis de Kenne-Mekill):—

REDDEND. pro Brekko &c. (usque ad Montrichmont) 5 lib. 6 sol. 8 den. feudifirme antique, et 40 den. augmentationis; et 3 sectas in 3 curiis capitalibus infra regalitatem de Abirbrothok, cum presentis in ceteris curiis diete regalitatis quoties citarentur; et duplum feudifirme in introitu heredum et assignatorum;—pro Kennell 6 sol. 8 den. feudifirme antique, et 16 den. augmentationis; cum 3 sectis ad 3 placita capitalia apud Rescobie; et duplum feudifirme &c. (*ut supra*);—pro dicto officio servitia ballivatus debita et consueta, cum ballivorum jurejurando et fidelitate:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xli. 233.

364. Apud Lánlitqw, 4 Nov.

REX,—quia progenitores sui ultra hominum memoriam, et presertim rex David, VILLAM DE INVERBERVIE in liberum burgum regalem erexerant; et pro servitio sibi suisque predecessoribus per burgenses et inhabitatores dicti burgi prestito,—ratificavit cartas per progenitores suos dicto burgo concessas, cum terris, piscariis, annuis redditibus et aliis privilegiis in eisdem contentis:—PRETEREA,—cum avisamento &c. (18.),—de novo erexit dict. villam et burgum, cum ejus domibus, tenementis, acris, molendinis, et aliis jacen. infra rudas burgales et territorium ejusdem, cum libero portu dicti burgi,—in liberum burgum regalem de Inverbervie cum libero portu;—et disposuit et incorporavit dicto burgo, et preposito, ballivis, consulibus liberisque burgensibus ejusdem, eorumque successoribus,—dictas domos &c., cum rudis burgalibus, *lie infeitld et outfeitld landis*, cum ceteris terris ad eum spectantibus, cum communibus pasturis, cum piscariis tam alborum quam rubrorum piscium supra litus de Bervie et in aquis ejusdem, cum custumis et anchoragiis dicti portus, et presertim *lie assyis-boll* ejusdem, cum ceteris privilegiis dicti burgi:—INSUPER concessit dicto burgo, et dictis preposito &c.,—plenum jus libere commone in terris que ad eos in *lie commoun propertie* ultra hominum memoriam pertinerant (intra bondas specificatas);—cum potestate burgensibus eligendi prepositum,

ballivos, thesaurarium, consiliarios, burgenses, officarios &c.; et ad *lie pak, peill*, emendi et vendendi &c.; et habendi pretorium, crucem forealem, et forum heptomadatum die Jovis, cum liberis nundinis bis in anno, viz. . . Maii *lie Halifurisdag*, ac *the Letter-Mary day*, cum privilegio forum tenendi ad unamquamque nundinam pro 6 diebus, ac theloniis &c.; cum potestate preposito et ballivis resignationes dietarum terrarum recipiendi, et easdem personis jus habentibus disponendi, heredes sasinandi, curias burgales tenendi, transgressores decollandi, pendendi, submergendi, in exilio mittendi &c.:—TENEND. in feudifirma et libero burgagio:—REDDEND. 3 lib. 14 sol., cum servitio liberi burgi regalis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xl. 166.

365. Apud Edinburgum, 11 Nov.

REX confirmavit WILLELMO COKBURNE tunc de Langtoun, filio et heredi quondam Willelmi C. de L., et heredibus ejus masculis quibuscunque cognomen et arma de Cokburne gerentibus,—terras et baroniam de Langtoun, cum castro, manerie, (molendinis), silvis, piscariis, tenentibus &c., vic. Beruik; cum officio ostiarii regis principalis, per ipsum cum duobus armigeris ac duobus architenentibus cum eorum equis et servitoribus administrand. ei et dietis heredibus in exerectione dicti officii, cum devoriis et privilegiis dicti officii;—quas idem Wil., cum consensu Patricii Cokburne de Eist-Borthuik tutoris sui pro ejus jure, pro implemento voluntatis et obligationis dicti quond. Wil., in favorem suum resignavit:—INSUPER rex,—pro servitio sibi et predecessoribus suis per progenitores dicti Wil. junioris multis temporibus elapsis impenso, et intelligens eum consensum vicarii de Langtoun ad effectum subsequentem obtinuisse, et pro pecuniarum summis persolutis,—concessit dietis Wil. &c.—advocationem vicarie ecclesie et parochie de Langtoun (que ab antiquo ad donationem commendatarii et conventus de Kelso pertinuit); et dictam advocationem dicte baronie univit:—TENEND. cum privilegio libere foreste:—cum potestate faciendi VILLAM DE LANGTOUN—liberum burgum in baronia; et habendi in

eadem crucem, et forum heptomadatum, et liberas nundinas bis in anno, cum aliis privilegiis in burgensium creationem, administrationem justitie et executionem, electionem ballivorum &c. (proviso quod burgenses aliis privilegiis non uterentur quam iis que per dietos Wil. et heredes concessa essent):—REDDEND. unum den. albe firme:—TEST. 65. 46. 69. 32. 70. 49. 50. xlii. 10.

366. Apud Linditqw, 12 Nov.

REX ad feudifirmam dimisit ARCHIBALDO MAXWELL filio legitimo secundogenito Archibaldi M. de Kowhill, heredibus ejus et assignatis quibuscumque,—5 solidatas terrarum de Newtoun (vel Newlandis), $\frac{1}{2}$ mercat. de Langmyresyde, antiqui extentus (olim occupat. per quondam Rob. Carroly et quond. Harbertum M'Carroly ejus filium), infra baroniam de Halywod, vic. Drumfreis;—que olim ad monasterium Sacri-memoris *lie Halywod* pertinuerunt:—REDDEND. 36 sol., et 3 sol. 4 den. nove augmentationis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon sustinendo politiam necessariam solo corresponden.; et si in solutione deficerent &c. (*ut in carta 646*):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 307.

675. Apud Halyruidhous, 4 Mar.

REX concessit JACOBO COLVILE de

¹ This charter reads *Westerstoun* for *Watterstoun*, and does not name the crofts or their occupiers.

Eister Wemys—terras de Camroun, in dominio et vic. de Fyiff;—quas Andreas Abirerumbie de Camroun, cum consensu Katherine Sibbald sponse sue, in favorem dicti Jac. resignavit (in excambium cum terris de Straruiddie et Tempillandis earundem, in dominio Lochquhorsehyre, vic. Fyiff, et cum summa pecunie sibi per dictum Jacobum persoluta, conformiter contractui de data apud Edinburgh et Strarudie, 24 et 30 Maii 1597);—et quas rex, pro bono servitio dicti Jac. ejusque antecessorum, dicto Jac. de novo ad feudifirmam dimisit, cum manerie loco, carbonibus, molendino granario de C. (quod post concessionem originalis infeofamenti predecessoribus dicti And. constructum erat), terris molendinariis, multuris, sequelis, ustrinis, horreis, bovilibus, tenentibus &c.:—TENEND. dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legit. procreat. absque divisione, quibus def., ejus legit. et propinquioribus heredibus masc. quibuscunque:—REDDEND. 8 libras (cujus summe 6 lib. fuerunt in augmentationem rentalis et pro 12 caponibus), 10 bollas ordeï, 20 bol. avenarum; necnon decimum onus carbonum luerandorum; necnon duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta 235*):—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 309.

676. Apud Halyrudhous, 4 Mar.

REX confirmavit et de novo dedit JOANNI DOWGLAS de Tilliequhillie, et MARIE YOUNG ejus sponse, filie legitime M. Petri Young de Seytoun domini elemozinarij regis,—villam et terras de Stracathro, cum earum piscariis in *the North-Watter*, molendino fullonum, terris brasinariis, ceteris molendinis, in dominio de Brechin, vic. Forfar;—quas idem Jo. resignavit:—TENEND. dictis Jo. et Mar. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque:—REDDEND. 23 lib. 4 sol., cum 30 caponibus (saltem 14 sol. pro qualibet duodena), 5 duodenis et 4 pultreis (saltem 6 sol. pro duodena), duodena anserum (saltem 18 sol. pro ea), 4 bollis *hors-corne*

(saltem 5 sol. pro bolla), barela salmonum (saltem 40 sol. pro ea); necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; ac prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia coram ballivis episcopatus de Brechin; et solvendo (serviendo?) dictis ballivis in exercitibus regiis; et deferendo grana ibi crescentia ad *the Mytuedene* molenda pro astricta multura consueta:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 316.

677. Apud Halyrudhous, 4 Mar.

REX in feudifirma locavit DAVIDI M'KYNNAY, filio et heredi apparenti quondam Andree M. in Skynfurde,—10 solidat. terrarum antiqui extentus de Skynfurde, in baronia de Halywode, vic. Drumfreis;—que olim ad abbatiam de Halywode pertinuerunt:—TENEND. dicto Davidi et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Eliz. M. ejus sorori germane, et heredibus inter eam et Jo. Smyth in Ferdingrus ejus sponsum legitime procreatis, quibus def., heredibus dicti Jo. quibuscunque:—REDDEND. 18 sol. 4 den., et 20 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 320.

678. Apud Halyrudhous, 4 Mar.

REX concessit PATRICIO MAKKIE, legitimo primogenito filio quondam Alexandri M. filii et heredis apparentis Patricii Makkie de Larg,—10 librat. terrarum de Camlodane antiqui extentus, cum fortalicio, manerie, molendinis et piscationibus, in parochia de Monygooff, senesc. Kirkeudbrycht; 40 sol. terrarum de Barrawer, 13 sol. 4 den. de Calcathane, 40 sol. in villa et territorio de Biach, 40 sol. in villa de Caridden, 6 mercat. de Fyntillacht, cum insula infra lacum ejusdem, mercatam de Clonlouchagach, 40 solidat. de Garser, cum tenentibus &c., 5 mercat. de Baryarrok, 2½ mercat. de Barjargane, vic. Wigtoun; 6 mercat. de Clonquhard, in senesc. Kirkeudbrycht;—quas dictus Pat. senior resignavit: et quas rex, pro bono servitio dicti Patricii senioris, incorporavit in liberam baroniam de Larg, et voluit quod fortalitium de Culgour esset principale messuagium:—RESERVATIS vitali redditu dicto

Pat. seniori; et Margarete Stewart ejus sponse ferris in quibus jam in conjuncta infeodatione seu vitali reddito infeodata est:—PROVISO quod liceret dicto Patricio seniori in ejus vita dict. terras alienare sub reversione non excedente 5000 merc.:—TENEND. dicto Pat. juniori et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Patricio Makkie filio legitimo dicti Pat. senioris, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., heredibus masc. dicti Pat. nepotis quibuscunque, cognomen et arma de Makkie gerentibus, quibus def., Alexandro Makkie de Stronord et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jacobo M. in Corsbie et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus masc. dicti Pat. senioris quibuscunque, arma et cognomen de M. gerentibus, in feudifirma:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta.—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 375.

679. Apud Halyrudhous, 8 Mar.

REX confirmavit cartam factam per quondam Jo. abbatem¹ de Lundoris, et ejusdem conventum,—[qua, pro 80 merc. persolutis, ad feudifirmam dimiserunt (quond.) DAVIDI CHALMER de Balbuthein, et (quond.) ELIZABETH CHALMER ejus sponse,—terras de Craigforthie (per Wil. Chalmer occupatas), in baronia sua de Fintrey, regalitate de Lundoris, vic. Abirdene:—TENEND. dictis Dav. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Davidis quibuscunque, de dicto monast.:—REDDEND. 6 libras (viz. 4 merc. pro firmis, 4 mercas pro gressumis, *lie kain-foullis, custum-mert-sylver, custum-waldler-silver, multir-maill, multir-maill, lie cain-aittis*, arriagiis, carriagiis et aliis devoriis, et 13 sol. 4 den. augmentationis); necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum; cum 3 sectis ad tria placita capitalia de Fyntra; et comparando ad curias dicti monast. justiciarie et camerarie per ipsos vel essonios dum requisiti essent; cum servitio sive expensis faciendis in

sustentatione $\frac{1}{4}$ equi et servi pedestris in exercitu regio contra invasores regni; et molendo grana ibi crescentia ad molendinum de Fintray, solvendo *lie knaifschip* duntaxat, seminibus exceptis; et si firma ab uno termino in alterum transiret insoluta, vel si alienationem sive excambium sine consensu superioris fecissent, hec infeodatio nullius esset roboris:—Apud monast. de Lundoris, 5 Jan. 1557]:—PRETEREA, pro bono servitio et pro compositione persoluta, dict. terras JOANNI CHALMER tunc de Balbuthan, filio et heredi dicti Davidis, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, de novo in feudifirmam dimisit:—REDDEND. regi *ut supra*, et 3 sol. 4 den. augmentationis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 277.

680. Apud Dundie, 8 Mar.

REX confirmavit cartam Joannis Weir feodatarii de Clouburne,—[qua,—virtute contractus matrimonialis initi cum quondam Willelmo Inglis de Eist-Scheill et Wil. Weir de Syllis pro EUPHAMIA INGLIS sorore dicti Willelmi Inglis, de data apud Edinburgh, 1 Feb. 1594,—et quia dicta Euphania consensit ad cartam concessam Abagille Carmichael relicte Hugonis W. fratris sui primogeniti, feodatarii de Clowburne, de annuo reddito 60 bollarum victualium de terris de Syllis subscriptis, que dicte Euph. pro ejus vita in dicto contractu obligate erant,—vendidit dicte Euph., in vitali reddito,—terras et molendinum de Clowburne cum (manerie loco et) astrictis multuris, bovata terre in villa occidentali de Petyuane (per quond. Jacobum Pillune occupatam), dimeid. suam 10 librarum de Syllis et Westoun in parochia de Pettynane, vic. de Lanerk:—TENEND. dicte Euph. *ut supra*, et heredibus masc. inter se et eam legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus fem. inter se et eam legit. procreandis, sub reversione in dicto contractu specificata, quibus def., dicti Joannis heredibus masc. et tallie, cognomen et arma de Weir gerentibus, et assignatis quibuscunque, de rege:—REDDEND. pro Clouburne et dicta bovata unam

¹ In introductory clause "commendatarium."

albam rosam nomine albe firme; pro ceteris 6 lib. 8 sol. 4 den. firme antique (monasterio de Jedburgh solvi solite), et 5 sol. augmentationis, nomine feudifirme, necnon duplicando dict. feudifirmam in introitu heredum:—RESERVATO libero tenemento Hugoni Weir (seniori de Clowburne) patri dicti Jo., et post ejus obitum dicto Jo.:—cum precepto sasine:—TEST. Rob. Weir fratre germano dicti Jo., Rob. Scott in Pettynane, Jac. Gray in Lannarco et Jac. Hammiltoun ejus servitore (scriptore carte) connotariis publicis:—Apud Clouburne, 23 Feb. 1597]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 413.

681. Apud Halierudhous, 10 Mar.

REX concessit DAVIDI STRATOUN filio et heredi apparenti Davidis S. de Cragy, heredibus ejus et assignatis,—terras de Cragy-Nethir et Ruthershill alias Maynis de Cragy, cum tenentibus &c., in parochia de Eglishreg, vic. Kincardin;—quas dictus Dav. senior resignavit:—RESERVATO libero tenemento dicto Dav. seniori:—REDDEND. 2 den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 416.

682. Apud Dundie, 11 Mar.

REX concessit ROBERTO TAILYEFER pistori incole de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—orientalem dimedietatem tenementi quondam Wil. Ogill scribe, continentis terras edificatas et vastas, hortum, horreum, *lie kobill* et 2 puteos (excepta pecia terre vaste quond. Joanni Stalker alienata, continente in longitudine $3\frac{1}{2}$ ulnas et digitum, in latitudine $2\frac{1}{5}$ ulnas), polentarium cellarium alias *malt-siller* jacens subtus *lie gallerie* dicti Jo., dimedium ustrine in occidentali dimed. dicti tenementi, jacens ex parte australi vici regii burgi de Edinburgh ultra arcum inferiorem (juxta *lie Strand*);—que regi devenerunt ratione eschaete per obitum Thome Wricht mereatoris burgen. de Edinburgh, bastardi, filii naturalis quond. Adami W.:—TENEND. in libero burgagio:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 310.¹

683. Apud Halyrudhous, 17 Mar.

REX dedit literas remissionis JACOBO WEYMIS de Lathoker, pro ejus vita duraturas,—pro arte et parte interfectionis Alexandri Broun incole burgi de Couper, mense . . . 1596. xli. 269.

684. Apud Halyrudhous, 18 Mar.

REX dedit literas remissionis PATRICIO HAMMILTOUN (de) Sammelstoun, Joanni Hammiltoun et Willelmo Carnis ejus servitoribus, pro eorum vita duraturas,—pro interfectione Jacobi Aytoun burgen. de Hadingtoun; ac pro ceteris eorum offensis quibuscunque ante diem date commissis. xli. 311.

685. Apud Halyrudhous, 20 Mar.

REX confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit MALCOLMO ROS de Cambuscurrie, heredibus ejus et assignatis,—molendinum granorum de Murechie, cum ejus terris molendinariis, erofta molendinaria *lie Mylne-croft*, astrictis aliisque multuris, sequelis aliisque proficinis, vic. Invernes;—quas (olim de sacrista ecclesie collegiate de Tayne in feudifirma tentas) idem Malcolmus resignavit:—REDDEND. 20 merc. tanquam antiquam devoriam, et 6 sol. 8 den. nove augmentationis, nomine feudifirme; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 263.

686. Apud Halyrudhous, 20 Mar.

REX concessit et, pro bono servitio Duncani Campbell capitani de Carrik, de novo dedit COLINO CAMPBELL, ejus filio natu maximo et heredi apparenti,—5 mercatas terrarum antiqui extentus de Douehlas, in dominio de Rosneth, vic. Dumbartane;—quas dictus Dunc. in favorem dicti Col. resignavit apud Falkland:—RESERVATO libero tenemento dicto Dunc.:—TENEND. dicto Col. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Duncano C. fratri germano dicti Colini, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., dicto Dunc. seniori et heredi-

¹ This charter names the following adjoining owners:—umquhile Rob. Rannald, Wil. Craik,

umq. Edw. Thomsoun, Pat. Loch, heirs of umq. Rob. Urquhart.

bus masc. ejus de corpore legit. procreatis reversuras;—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xli. 536.

687. Apud Halierudhous, 20 Mar.

REX,—cum consensu &c. (63. 80.),—concessit ANDREE ARBUTHNET de eodem, in vitali redditu, et PATRICIO ARBUTHNET ejus filio legitimo natu minimo hereditarie,—villam et terras de Nethir Pitforthais, in baronia de Kethik, dominio de Brechin, vic. Forfar;—quas, olim de episcopo Brechinen. in feudifirma tentas, Alex. Cokburne de Nethir Petforthie (cum consensu Joannis C. de Clerkingtoun, Domini Ricardi C. de Athornesye olim secretarii regis tunc vero secreti sigilli custodis, Patricii Fortoun burgensis de Hadingtoun, curatorum suorum pro eorum interesse, et cum consensu dictorum And. et Pat. A. qui eas de quond. Joanne C. de Nethir P. et tunc de dicto Alex. ejus filio et herede tenuerunt) in favorem dictorum And. et Pat. A. resignavit; et quas rex,—pro servitio per dictum Andream ejusque predecessores sine defectione prebito, ac pro compositione persoluta,—dictis personis de novo ad feudifirmam dimisit, cum *lie Cottoun*, et cum pecia terre de *lie Sward-cird* ejusdem ab antiquo warda vicarii nuncupata, jacen. ex parte boreali more dict. terrarum;—TENEND. dicto And. *ut supra*, dicto Pat. A. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Jacobo A. ejus fratri germano, filio legitimo dicti And. secundogenito, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti And. et assignatis quibuscunque, absque reversione:—REDDEND. 40 mercas, duodenam caponum, et duodenam pultricarum, ac 3 sectas ad 3 placita capitalia apud palatium de Brechin, et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. 65. 16. 74. 72. 70. 19. 50. xlii. 24.

688. Apud Halynudhous, 21 Mar.

REX,—pro ipso et tanquam administrator &c. (*ut in carta 174*),—concessit familiari consiliario suo Magistro GEORGIO LAUDER de Bas, in vitali redditu, et

GEORGIO LAUDER ejus filio et heredi apparenti, heredibusque masculis ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, dicto M. Georgio et heredibus ejus masc., arma et cognomen de Lauder gerentibus, et assignatis quibuscunque, hereditarie,—terras de Beill alias carucatum de Piteokis ex boreali parte aque de Beill, ter. de Johnisclench et Cluttis (Clintis?), cum fortalicio, manerie et molendinis de Beill, tenentibus &c., terras de Poppill vocat. Lauders-landis et Hattlois-landis alias Qubitlawis-landis, Newhall cum tenentibus &c., 42 lib. annui redditus de dictis terris de Newhall et de terris de Ballingrug, Hawdene, Hewmureoce, Wodeheid et Wodfitt, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; terras de Edgrenetoun (Ed-dringtoun), cum piscariis de Eddirmouth et Coillistail, cum molendinis, tenentibus &c., terras et molendinum de Mersingtoun, terras molendinarias earundem, cum tenentibus &c., vic. Bervik; terras de Waster Spott, Grenedenheid et Nukis, cum tenentibus &c., terras de Petcokkis tam orientalem quam occidentalem partes earundem jacen. ex australi parte aque de Beill, cum advocacione ecclesie et prebendarie de P. et capellanie vocate Burnehousis, terram husbandiam vocat. Blakkawis in villa et territorio de Stentoun;—necnon dicto M. Geo. et ELIZABETHE HEPBURNE conjugibus in vitali redditu, dicto Geo. juniore et heredibus supradictis hereditarie,—terras de Craig, de Ballugan, cum tenentibus &c.;—necnon dicto M. Geo. in vitali redditu, dicto Geo. juniore et heredibus supradictis hereditarie,—tarres *lie Wardelandis* de Tynninghame, Grenespott, Briggis Eister et Wester, Baxterland alias Ducat-aiker, cum principali mansione, fortalicio et columbario de Tynninghame super Wardland situat., terras vocatas Lochhousis extendentes ad 2 terras husbandias, 6 acras ad eas pertinentes in villa de Tynninghame (super parte quarum dict. maneries &c. construte sunt), cum tenentibus &c., terras de Scowgall cum tenentibus &c., terras de Knowis (*ut in carta 89 enumeratas*), terras de Eister Penkaitland, cum molendinis, advocacione capellanie vocat. . . . in ecclesia parochiali de Northberuik, cum

tenentibus &c., terras de Stentoun, de Dewehary, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—quas (preter Knowis et Blaklawis) idem M. Geo., Knowis Walt. Henrisoun de Dungere scriba signeti regii, Blaklawis Jac. Dowglas pistor burgen. de Hadingtoun et Margareta Gilsoun conjuges, apud palatium de Halyrudhous resignaverunt in favorem dicti M. Geo. &c.; et quas rex,—pro servitio per dictum M. Geo. ejusque predecessores sine defectioe impenso, et pro compositione persoluta,—dictis personis de novo dedit, una cum libertate pasturandi animalia, glebas et focalia *lie fewall, faille et derot* effodiendi per omnes partes orientalis et occidentalis communium morarum de Lammernure, Comitum Marchie communis more nuncupat., et cum pertinentiis de Stentoun et Ducharie, viz. Rammersyde, Mikill-rig, Liehous, cum silvis vocat. Presmannane, Akkiesyde et Dodd; et easdem (exceptis Wardlandis &c. usque ad Lochhousis, que remanent pars baronie et regalitatis de Tynninghame) incorporavit in liberam baroniam de Beill, ordinando fortalitium et manerium ejusdem principale fore messuagium; et declaravit quod terre de Knowis, Inche et Scowgall remanent subiecte regalitati de Tynninghame simili modo ac si sub dicta unione minime comprehenderentur; et quod (si opus esset) liceret dicto M. Geo. vendere dict. terras vel annum redditum de eis; et quod liceret dicto M. Geo. in ejus vita tantum supradicta a dicto Geo. juniore redimere solutione vel consignatione *ten crownis of gold* (vel alicujus partis earundem decem distinctis temporibus, solutione unius corone unoquoque tempore) infra ecclesiam Sancti Egidii de Edinburgh apud illam partem in qua sepultura Jacobi com. Moravie edificata est, super premonitione 8 dierum (consignatione facienda in manibus thesaurarii vel decani gilde burgi de Edinburgh);—TENEND. Stentoun et Ducharie de principe et senescallo Scotie, ceteras de rege:—REDDEND. pro Beill &c. (usque ad Mersingtoun) 3 paria calcarium deauratorum et 4 denarios argenti nomine albe firme; pro Stentoun &c. unum den. argenti nomine albe firme; pro Wester Spott &c. 15 libras, et 10 sol.

augmentationis, cum ceteris feudalibus devoriis si que essent, et cum duplicatione devorie in introitu heredum, pro Petcokkis 20 libras, et 20 sol. augmentationis, cum ceteris &c. (*ut supra*), pro Blaklawis 29 sol., et 6 den. augmentationis, cum duplicatione &c. (*ut supra*), nomine feudifirme; pro ceteris jura et servitia debita et consueta:—INSUPER rex taxavit wardam et nouintroitum de Craig et Ballowgoun ad 350 merc., de Eister Pencaitland ad 400 merc., de Wairdelandis cum fortalicio &c. ad 7½ mercas, de Lochhousis ad 30 mercas, de Grenespot, Briggis Eister et Waster ad 7½ mercas, de Skowgall ad 150 mercas, de Knowis ad 60 lib., extenden. in integro ad 1000 merc. annuatim (retornata devoria extendente ad 178 merc. aut eocirca), et relevium earundem ad 178 merc., et maritagium ad 5000 merc.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 361.

689. Apud Halierudhous, 22 Mar.

REX,—cum consensu &c. (81.),—concessit et, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, de novo ad feudifirmam dimisit LAURENTIO GRAHAME filio legitimo quond. Joannis G. de Callender, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—40 solidatas terrarum de South Kinkellis, in dominio de Stratherne, vic. Perth;—quas Jac. Monereiff, frater germanus et heres quond. Hen. M. de South Kinkell, resignavit in favorem dicti Laur.:—REDDEND. 3 lib. 6 sol. 8 den., cum parte marte et parte dimedietatis marte, et 3 sol. 4 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; et faciendo politiam solo correspondentem:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 313.

690. Apud Halyrudhous, 23 Mar.

REX, pro bono servitio, concessit et de novo dedit ANDREE EDMONSTOUNE de eodem, heredibus ejus masc. et assignatis,—binam partem terrarum et baronie de Nuddrie - Merscheill, cum manerie, fortalicio, carbonibus, bina parte molendini, multuris et sequelis, una cum advocacione ecclesie seu capelle de N., terram husbandiam terrarum dominicalium de Gilmertoun *lie Bogisland* nuncupat., ter. husb.

ville et terrarum de G. nuncupatam Lunisland, dicte binc parti baronie annexis, 10 libratas terrarum et ville de Gilmertoun, 10 mercat. terrarum dominicalium de G., cum manerie, mansione, tenentibus &c., vic. Edinburgh;—que fuerunt quondam Archibaldi Wauchop junioris de Nuddrie-Merschell (saltem dictus Arch. infeodandus erat in eisdem virtute contractus matrimonialis inter quond. Wil. W. de N. ejus avum et quondam Rob. W. de N. ejus patrem eorumque sponsas et dictum Arch. ab una, et Rachaelen Makgill dominam de Rossyth ab altera partibus, de data 24 et 28 Apr. 1584, in libris concilii registrati; saltem tanquam heres apparens dictis patri et avo jus succedendi habuit); et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Arch., et D. Jacobo Sandilandis de Slammanomure disposite erant, et per eum in favorem dicti And. resignate:—*TEST. ut in aliis cartis &c.* xli. 318.

691. Apud Halierrudhous, 23 Mar. REX,—cum consensu &c. (81.),—in feudifirma dimisit ELIZABETHIE DUCHALLI, seniori filie et heredi quondam Alexandri D. de Ardochbeg,—40 solidatas terrarum antiqui extentus de Ardochbeg, in comitatu de Lennox, vic. Dumbartane;—quarum

dicta Elizabeth ejusque predecessores ultra hominum memoriam fuerant antiqui feudifirmarii et nativi tenentes, et que per progenitores regis dicto Alex. ejusque predecessoribus in feudifirma locata erant:—*TENEND.* dicte Eliz. et heredibus masc. inter eam et Arch. Cunyughame ejus conjugem, filium et heredem apparentem Donaldi C. de Aikinbar, legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicte Eliz. de corpore legitime procreatis, quibus def., seniori heredum fem. dicte Eliz. absque divisione:—*REDDEND.* 6 mercas 5 sol., et 3 sol. 4 den. augmentationis; ac duplicando &c. (cum ceteris clausulis *ut in carta 308*):—*TEST. ut in aliis cartis &c.* xli. 321.

692. Apud Halyrudelous, 24 Mar. REX concessit ARCHIBALDO DOWGLAS de Quhittinghame uni senatorum collegii justitie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Ardrie et Sipseis cum manerie locis, vic. Fyfl;—que fuerunt Jacobi Lumnisden de Ardrie et ejus predecessorum, de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ob alienationem earum, saltem majoris earum partis, factam absque consensu regio:—*TEST. ut in aliis cartis &c.* xli. 319.

ANNO DOMINI 1598.

ANNO REGNI 31.

693. Apud Halyrudhous, 28 Mar. REX confirmavit [1] cartam factam per M. Geo. Robertsone ministrum Evangelii Christi, filium legitimum Patricii Robertson burgensis de Edinburgh,—[qua,—pro impletionem contractus de data 24 Mar. 1594, in libris concilii registrandi,—vendidit JOANNI ROBERTSON, mercatori burgensi de Edinburgh, absque reversione,—duodecimam suam partem australis quarterie terrarum et ville de Auchtermuchtie, extendentem ad libratam terre, cum jure libere et proprie communie (*of frie proper commountie*) in monte de Auchtermuchtie ac *lie* Quheitfeild secundum ratam, in dominio et vic. de Fyife:—*TENEND.* dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficien-

tibus, seniori heredum fem. absque divisione, de rege in feudifirma:—*REDDEND.* 2 bollas 1 firloam tritici, 2 bol. 3 firl. 1 peccam ordeï, 2 bol. 1 pec. avenarum, 27 sol., 3 pultreas, 1¼ anseres, cum servitiis consuetis, et 6 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Jac. Maxwell portionario de Auchtermuchtie:—*TEST.* Jo. Arnot mercatore burgensi de Edinburgh, Wil. et Jacobo Arnottis ejus filiis legitimis, Henrico Merchell servitore dicti Jo. R., Joanne Robertson ejus filio legitimo:—carta scripta per M. Jae. Harlaw servientem Richardi Cas scribe signeti regii:—Apud Edinburgh, 28 Mar. 1596]:—[2] cartam factam per M. Jo. Scrymgeour, cum consensu Jacobi S. de Myris

ejus fratris germani et Cristine Blair conjugis dicti Jac. pro eorum interesse,—[qua,—pro impletione contractus de data 17 et . . . Jun. 1596, in libris concilii registrandi, et pro 6000 mercarum persolutis,—vendidit Joanni Robertsoun mercatori burgen. de Edinburgh, et JONETE JOHN-ESTOUN ejus conjugi, absque redemptione,—sextam suam partem borealis quarterie dict. ville et terrarum, extenden. ad 2 libratas, vocat. Buistis-land, cum jure communie predicto (intra bondas specificatas):—TENEND. dictis Jo. et Jonete in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus def., seniori heredum fem. absque divisione, de rege in feudifirma:—REDDEND. 4 bollas 2 firl. tritici, 5 bol. 2 firl. 2 pec. ordei, 4 bol. 2 pec. avenarum, 54 sol. 8 den., 6 pultreas, 2½ anseres, cum serviitiis consuetis; necnon duplicando &c. (*ut supra*):—cum precepto sasine directo Jac. Maxwell portionario et ballivo de Auchtermuchtie:—TEST. (apud Edinburgh) Jac. Merser fratre Laurentii M. de Saling, Jacobo Maxwell, Jo. Bonar, portionariis de Auchtermuchtie, Roberto Joly, Jo. Byris, burgensibus de Edinburgh, Thoma Wilsoun servo Richardi Cas scribe (scriptore carte); (apud Myris) Wil. Airth portionario de Auchtermuchtie, dicto Jac. Maxwell, Walt. Cruikshank servo Andree Henrisoun camerarii de Scona, Gilb. Gray et Wil. Robertsons notariis:—Apud Edinburgh et Myris, 17 et 26 Jun. 1566]:—[3] cartam Jo. Bonar portionarii de Auchtermuchtie,—[qua,—pro impletione contractus de data apud Edinburgh, . . . 1596, in libris concilii registrandi,—vendidit dicto Joanni Robertsoun, absque redemptione,—decimam sextam suam partem de *lie* Bond-half dict. ville et terrarum, extenden. ad libratam terre, cum dicto jure communie:—TENEND. *ut in carta* [1] *supra*:—REDDEND. 2 bollas tritici, 2 bol. 2 firl. ordei, 1 bol. 3 firl. 2 pec. avenarum, 24 sol. 8 den., 2 pultreas, 1 anserem, cum serviitiis consuetis; necnon duplicando &c. (*ut sup.*):—cum precepto *ut in carta* [1] *supra*:—TEST. Jo. Blak in Cannogait de Edinburgh, Jo. Byris burgen. de Edinburgh, Ricardo Cas scribe signeti regii, M. Jacobo Harlaw et Tho. Wilsoun (scriptore carte) ejus servis:

—Apud Edinburgh, 12 Aug. 1596]:—[4] cartam Joannis Robertsoun senioris, mercatoris burgen. de Edinburgh,—[qua concessit JOANNI ROBERTSOUN, filio suo secundogenito,—omnes terras &c. supradictas:—RESERVANDO liberum tenementum dicto Jo. seniori, et dicte Jonete liberum tenementum de Buistislandis:—PROVISO quod si dictus Jo. senior in vita sua excludendo heredes et assignatos) dicto Joanni juniori persolveret (aut in manibus thesaurarii aut decani gilde burgi de Edinburgh consignaret) infra ecclesiam parochialem de Edinburgh vocat. *Sawet-Geillis-kirk* tres *lie rois nobilis of gold and wecht*, sub premonitione 40 dierum, haberet regressum ad suprascripta:—TENEND. *ut in carta* [1] *supra*:—REDDEND. *ut supra*:—TEST. Jo. Johnestoun mercatore burgen. de Edinburgh, Ric. Cas scriba signeti, M. Jacobo Harlaw (scriptore carte) et Jo. Cas ejus servis, Jo. Robertsoun filio dicti Jo. senioris:—Apud Edinburgh, 8 Mar. 1597]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 388.

694. Apud Halierudehous, 1 Apr. REX concessit ROBERTO LUMMISDEN mercatori, fratri Davidis L. de Blanerne, heredibus ejus et assignatis,—terras de Ardrie et Sipseis cum manerie locis, vic. Fyiff;—que fuerunt &c. (*ut in carta* 692):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 317.

695. Apud Haliruidhous, 13 Apr. REX dedit literas legitimacionis JOANNI ARNOT, filio naturali Joannis A. de Pitmedden. xli. 270.

696. Apud Halyrudhous, 16 Apr. REX confirmavit cartam Thome Traill portionarii de Denebry,—[qua,—cum consensu Cristine Young sponse sue et Margarete Vilsoun matris sue, extra presentiam suam jurantium se ad consentiendum minime fuisse compulsas,—pro perimptione contractus de data presentium, vendidit PATRICIO MONYPENNY de Pilrig, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—dimedietatem suam ville et terrarum de Danebry, in dominio prioratus S. Andree, regalitate ejusdem, vic. Fyiff:—TENEND. de rege, loco commenda-

tarii et conventus S. Andree, in feudifirma: —REDDEND. 6 lib. 9 sol., 6 capones, cum aliis servitiis, aragiis, caragiis debitis et consuet.; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia infra civitatem S. Andree; ac duplicando dict. pecunie summam in introitu heredum; et plantando arbores solo congruentes; et servando limites immunes, vel regi fideliter intimando; cum prohibitione alienandi sine licentia superioris; et si in solutione sic quod duo termini in tertium decurrerent, vel in aliquo premissorum deficerent, hec infeodatio nullius esset roboris:—TEST. M. Davide Kinneir, M. Georgio Mernis advocato, Geo. Lumisden, Andrea Deuar, civibus Andreanis, Alano Watson filio Caroli W. notarii (scriptore carte), Joanne Lawsoun notario publico:—Apud Sanctandrus, 20 Oct. 1597]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 382.

697. Apud Halyrudhous, 17 Apr.

REX ad feudifirmam dimisit WILLELMO RYND de Cars in vitali redditu, et JOANNI RIND ejus filio et heredi apparenti, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, hereditarie,—terras de Cars cum manerie loco, in baronia de Rescobie, regalitate S. Andree, vic. Forfar;—que olim ad archiepiscopatum Sancti Andree pertinerunt;—ac dicto Wil. et MARGARETE OGILVY ejus conjugi in vitali redditu, dicto Jo., heredibus &c. (*ut sup.*), in feodo, —villas et terras de Carsburne et Myresyd, vic. Forfare;—que olim pertinuerunt ad prioratum de Restennoth qui fuit cella abbatis de Jedburgh:—REDDEND. pro Cars servitium warde et relevii, necnon petram cere nomine cane, cum communi secta in curiis dicte regalitatis apud Rescobie; pro Carsburne 5 merc., pro Myresyde 40 sol., feudifirme, necnon duplicando dict. feudifirmas in introitu heredum:—INSUPER rex ratificavit omnia infeodamenta, assedationes aliasque securitates quascunque dicto Wil. ejusque predecessoribus vel autoribus concessas de superscriptis:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 257.

698. Apud Halyrudhous, 17 Apr.

REX in feudifirmam dimisit PATRICIO RIND filio legitimo Willelmi R. de Cars,

heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —terras de *lie* Mylnetoun de Rescobie, molendinum de R. cum multuris et *lie suckin, the Wardlandis and Serjantlandis* earundem, cum piscaria super lacu de R., in baronia de R., regalitate S. Andree, vic. Forfar;—que olim ad archiepiscopatum S. Andree pertinerunt: REDDEND. 8 lib.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis &c.*

xli. 258.

699. Apud Halyrudhous, 17 Apr.

REX concessit ALEXANDRO DOMINO HOME, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —terras de Burncastell, cum manerie, molendinis, silvis, (piscariis), tenentibus &c., in dominio de Lauderdaill, vic. Beruik;— que fuerunt quondam Joannis Cranstoun de Moriestoun, de rege tente per servitium warde:—necnon quartam partem terrarum de Kadisly et Haggis, cum molendinis, silvis, piscationibus, in balliatu de Lauderdaill, vic. Beruik;—que fuerunt dicti Jo. C., tente de rege loco monasterii de Dryburgh;—necnon terras de Wester Moriestoun, cum turre, manerie, molendinis, silvis, piscariis, in parochia de Lidgertwode, vic. . . .;—que fuerunt dicti Jo., tente de rege, una dimedietas loco . . . S. Andree, altera dimed. loco monasterii de Melros; et que omnes regi devenerunt ob forisfacturam M. Thome Cranstoun filii legitimi natu maximi et propinquioris heredis dicti Jo.:—REDDEND. pro Burncastell jura et servitia debit. et consuet.; pro ceteris firmas feudifirmarias ac devorias in antiquis infeodamentis contentas:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 279.

700. Apud Halyrudhous, 19 Apr.

REX dedit literas legitimationis JOANNI MAKALLAN in Kirkdomine, filio naturali quondam . . . Makallan. xli. 378.

701. Apud Halyrudhous, 22 Apr.

REX confirmavit PETRO HAY de Kirkland, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —terras ecclesiasticas vicarie de Melginsche, cum gleba et mansionem (per quondam Issobellam Quhyte matrem quond. M. Joannis Rattray occupatas),—

reservata vicario dicte vicarie una pecia terre vocata Sancti Martini acra jacente contigue cum orientali introitu cimiterii ecclesie de M., pro mansione et horto dicto vicario construendis si apud dict. ecclesiam remaneret,—vic. Perth;—quas, olim de dicto vicario tentas, idem Pet. resignavit; et quas rex,—pro servitio sibi et progenitoribus suis a dicto Pet. et quondam Petro H. de Melginsche ejus patre prestito, ac pro compositione persoluta,—dicto Pet. de novo ad feudifirmam dimisit:—REDDEND. 13 mercas feudifirme antique, et 2 sol. augmentationis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 261.

702. Apud Halyrudhous, 22 Apr.

REX ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit DAVIDI RAMSAY portionario de Newgrange et ISSOBELLE PATER-SOUN ejus sponse in vitali reddito, necnon JACOBO RAMSAY de Corstoun eorum filio et heredi apparenti in feodo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—dimeidietatem terrarum et ville de Newgrange de Balmerinoch, cum 2 acris relique partis ejusdem (exceptis illis reputatis 12 acris terrarum de Bandane ex antiquo in feudifirma assedatis quondam Paulo Stirck), dimeid. terrarum de Clekeanisleuch et Battellaw (exceptis 2 acris ex occidentali parte dicte terre vocatis Crocefauld cum toftis croftis adjacen.), duas acras ville et terrarum de Cultray (predecessoribus dicti Davidis in feudifirma concessas pro dictis 2 acris de Crocefauld), dimeid. terrarum de *Outfild* de *lie* Byris cum *lie* Watteisfauld, 4 acras terrarum arabilium de Cultray cum animalium pasturagiis, terras de Bangoif extenden. ad 13 acras arabiles, 3 acras de *lie* Hardlandis, acram arabilem in *lie* Wodflett, cum *lie* *beidrig* ad finem borealem de *lie* Wodflett, item terras de Duchrone extenden. ad 16 acras arabiles, cum animalium pasturagiis, in baronia de Balmerinoch, vic. Fyiff;—que olim ad abbatiam de Balmerinoch pertinuerunt:—PRETEREA rex ratificavit omnia infeofamenta dict. personis ceterisque eorum predecessoribus desuper concessa:—REDDEND. 51 lib., necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia baronie de Balmerinoch in monasterio

tenenda, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; et veniendo ad superius principale molendinum cum granis de Newgrange molendis, et solvendo liberam multuram viz. batum (*ane peck*) pro 6 firlothis cujuscunque grani; et si dictum molend. aqua careret, liceret dictis Davidi &c. adire aliud molendinum ubi eis visum esset pro granis molendis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 264.

703. Apud Halyrudhous, 27 Apr.

REX concessit COLINO CAMPBELL filio et heredi apparenti Caroli C. feodatarii de Straquhir, heredibus ejus et assignatis,—20 solidat. terrarum de Stukchabill, 20 sol. de Boyneglas, 20 solidat. de Culloquharie, 20 sol. de Clochibratan, 2 mercatas de Cullytermoir, $\frac{1}{2}$ mercat. de Inverinarren, $\frac{1}{2}$ mercat. de Nether Callyter, mercatam de Caryark, 2 mercatas de Inverhaggronye, mercatam de Litle Inverhaggronye, tres mercat. de Inverchhill, unam mercatam de Portnellan, mercatam de Inverardran, 5 librat. de Ardechyhill, $\frac{1}{2}$ mercat. de Condanchie, extenden. ad 26 mercat. terrarum antiqui extentus, in baronia de Glenfallach, vic. Perth; 3 mercat. terrarum de Socheur, 4 mercatas de Scochlewan, 4 mercat. de Kynneg, 3 mercat. de Dewirling, 4 mercat. de Ballemenoch, 2 mercat. de Gairowlye, 3 mercat. de Str(a)quhirmoir, 3 mercat. de Straquhirbeg, 3 mercatas de Inverglen, 3 mercatas de Crauhend (Craigend?), extenden. ad 32 mercat. ant. ext., in baronia de Straquhir, vic. Argyle;—quas dictus Carolus, cum consensu Everi C. de Straquhir patris sui, resignavit:—RESERVATO libero tenemento dictis Car. et Ev.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 273.

704. Apud Halyrudhous, 29 Apr.

REX confirmavit cartam Alexandri Hay de Dalgattie, — [qua, — virtute literarum obligatorium de data presentium,—vendidit BARBARE FORBES, relicte Roberti Allardes feodatarii de eodem ac sorori germane Joannis dom. Forbes, in vitali reddito, et ALEXANDRO HAY filio per se cum dicta Barb. procreato in feodo,—terras et baroniam de Dalgattie,

cum molendinis fullonum et granorum, silvis, petariis, lapiciliis, tenentibus &c., terras et baroniam de Arlgraine, Caudwallis et Piltachie, cum molendino granorum, terris molendinariis et astrictis multuris, tenentibus &c., vic. Abirdene; terras de Dronlaw, Gurgristoune, Tempiltoun et molendinum earundem, cum tenentibus &c., in baronia de Erroll, vic. Forfar:—RESERVANDO liberum tenementum dicto Alex. seniori; et quod dicte terre &c. essent redimabiles per dictum Alexandrum Hay seniore et ejus assignatos duntaxat (secludendo heredes) per solutionem unius *lie ros-nobill* sub 40 dierum premonitione in ecclesia parochiali de Turrell, aut consignationem ejusdem in manibus alicujus parochianorum dicte ecclesie qui solvendo esset:—TENEND. dicte Barb. *ut supra*, dicto Alex. juniore et heredibus masculis, cognomen et insignia de Hay gerentibus, ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Gulielmo H. filio eorundem Alex. senioris et Barb., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto Alex. seniori legitimisque et propinquioribus heredibus suis masc., cognomen et insignia de Hay gerentibus, et assignatis quibuscunque reversuras, de rege:—REDDEND. pro Dalgattie servitia debita et consueta; pro ceteris servitium warde &c.:—cum precepto sasine:—TEST. M. Jo. Cheyne de Fortrie, Jac. Davidsoun notario publico, Jac. Mowatt servitore dicti Alex. senioris, Alex. Middiltoun scriptore carte:—Apud Pitcarie, 19 Mar. 1596]:—INSUPER suprascripta quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 262.

705. Apud Halierudhous, 1 Maii.

REX ad feudifirmam dimisit ARCHIBALDO EGLINGTOUN notario burgensi de Glasgow, heredibus ejus et assignatis,—3 acras terrarum aut cocirea vocat. terras capellanie S. Lesseni, (in) crofta aque de Clyd, in villa de Udeinstoun, parochia de Bothuill, vic. Lanerk; necnon acram terre in Nethir Pollok vocat. terras de . . . , in parochia de Eistwode, vic. Ranfrew;—que olim ad capellanos dicte capellanie et ad vicarios parochialis ecclesie de Eistwode respective pertinnerunt:—REDDEND. pro dictis 3 acris 40 sol., et 6 den. augmenta-

tionis; pro dicta acra 13 sol. 4 den., et 1 den. augmentationis; in toto 1 merc. 10 den.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 406.

706. Apud Halierudhous, 1 Maii.

REX,—cum consensu &c. (86.),—concessit M. MATHEO ROS de Hanyng, heredibus ejus et assignatis masc. quibuscunque,—33 solidat. 4 den. terrarum antiqui extentus de Bromehill, in regalitate et baronia de Glasgow, vic. Lanerk;—quas, olim ad episcopatum Glasguensem pertinentes, Jo. Wallace de Carnell resignavit:—REDDEND. *ut in carta* 356:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 407.

707. Apud Halyruiddhous, 3 Maii.

REX confirmavit cartam Joannis com. de Mar domini Erskene et Garioche,—[qui concessit JOANNI BUCHANNAN, filio primogenito (quondam) Joannis B. de Arnepryor et Issobelle Schaw ejus sponse,—terras de Arnepryor cum earum molendino, et astricta multura terrarum de Garden, Arnepryor et Kept eidem astrict., terras de Kept cum communi pastura solita intra terras de Garden, vic. Perth; terras de Schargartoun, in senesc. de Menteth, vic. de Perth;—quas dictus Jo. B. senior in favorem dicti Jo. B. junioris resignavit:—TENEND. dicto Jo. juniore et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Andree B. filio secundogenito dictorum Jo. senioris et Is., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Davidi B. eorum filio tertio genito, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Willelmo B. eorum filio quartogenito, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus masc. propinquioribus legitimis dicti Joannis B. senioris quibuscunque, de dicto com. de Mar in feudifirma:—REDDEND. pro Schargartoun 13 merc.; pro ceteris 15 lib. 3 solidos 10 den., cum aragiis et earagiis debitis et consuet.; et 3 sectas ad 3 placita capitulia apud terras de Cardrous; necnon faciundo servitium dicto com. in guerris regiiis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et si duo termini current in tertium solutione minime facta,

caderent a jure:—cum precepto sasine directo Andree Wricht in Arnepryor:—RESERVATIS libero tenemento dicto Jo. B. seniori; et dicto Issobelle vitali redditu de Schlargartoun; et dicto Jo. B. seniori potestate alienandi sub reversione continente summam 4000 merc.:—TEST. Davide commendatario de Dryburgh, D. Jo. Murray de Tullibardiu milite, Wil. M. ejus filio et herede apparente, M. Ric. Haddiu et And. Buchannan servitoribus dicti comitis, Jo. Adamsoun in Striviling notario publico (scriptore presentium):—Apud castrum de Striviling, 11 Dec. 1597]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 451.

708. Apud Halyrudhous, 17 Maii.

REX,—quia ROBERTUS HOME filius legitimus natu maximus Roberti II. de Heuch, cum Francisco olim com. de Bothnell in servitio existens, inde super eum attendere coactus in diversis proditoriis attemptatis contra regem commissis, pro quibus sententia forisfacture tam contra dictum Rob. quam contra dictum Franc. data erat;—et quia dictus Rob. super conspirationum per dictum Franc. contra regem commissarum precognitione nullo modo extitit neque ullam malam intentionem contra regem habuit,—dictum Rob. contra dictam forisfacturam rehabilitavit.

xli. 265.

709. Apud Halyrudhous, 17 Maii.

REX confirmavit cartam Patricii domini Glamis,—[qua,—pro perimptione contractus de data presentium,—vendidit (familiari consiliario regis) D. THOME LYOUN de Auldbar militi, et heredibus ejus masc. quibuscunque, irredimabiliter,—terras et baroniam de Tannadas, cum salmonum piscariis et aliis piscariis, tenentibus &c., vic. Forfar:—REDDEND. regi unum nummum argenti nomine albe firme:—cum precepto sasine directo Andree Hwime:—TEST. Alexandro dom. Urquhart preside collegii justitie, M. Jo. Scharp de Houstoun advocate, M. Wil. Oliphant de Newtoun advocate, M. Jac. Fotheringhame rectore de Ballumbie, M. Patricio Murray advocate, Adamo Lautie scriba, Davide Andersoun ejus servitore

(scriba presentium):—Apud Edinburgum, 13 Nov. 1596]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 266.

710. Apud Halyrudhous, 18 Maii.

REX dedit literas legitimacionis ABRAHAMO HOME in villa de Home, bastardo, filio naturali quondam Willelmi H. de Sanct-Leonardis. xli. 272.

711. Apud Halierudhous, 20 Maii.

REX, pro servitio sibi impenso, ac pro compositione persoluta, ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit JACOBO M^CCARTNAY de Arborg, in vitali redditu, et M. JACOBO M^AKCARTNAY medicine doctori ejus filio natu maximo, heredibus ejus et assignatis, hereditarie,—domus et hortos cum torrili et horreo per quondam Adamum M. patrem dicti Jac. constructis, in Clauchan de Dundranane, cum acra terre in *lie* Flatt dictis torrili et horreo adjacente, cum crofta apud partem superiorem occidentalis lateris de Gill, cum pasturatione 3 summarum pecorum seu catellorum *lie cattell* in *lie* Maynis et communia de Newla, in senesc. Kirkcubrycht;—que olim ad monasterium de Dundranane pertinnerunt:—REDDEND. 3 sol. firme antique, et 4 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 411.

712. Apud Halyrudhous, 22 Maii.

REX, pro bono servitio, in feudifirma dimisit MATHEO HAMMILTOUN in Achintosen, et KATHERINE CUTHBERT ejus sponse, et heredibus inter eos legit. procreatis,—6 solidat. 3 den. terrarum in orientali parte quarterii de Mекle Govane, 6 sol. 3 den. in Ballahowstene-quarter Mekill Gowane (per eos et eorum subtenentes occupatas), in dominio et regalitate de Glasgow, vic. Lanerk;—que ad regem pertinnerunt virtute acti annexationis:—REDDEND. 13 sol. 4 den., 9½ *lie pekhis* polenti, 9½ *lie pekhis hors-corne*, 1½ capones, 1½ salmones, 2 pultreas, cum astrictis multuris ad molendinum de Partik, et aliis servitiis debit. et consuet., et 2 sol. augmentationis; neenon dupli-

cando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis &c.*
xli. 268.

713. Apud Halyruiddhous, 23 Maii.

REX confirmavit cartam Jacobi Home de Freirlandis de Dunbar, — [qua, pro perimplatione contractus de data presentium, vendidit GEORGIO HOME feudatario de Drumeroce, heredibus ejus masc. et assignatis,—*lic* Freirlandis de Dunbar olim de ministro ecclesie Sancte Crucis de Peblis et conventu ejusdem tentas, in territorio burgi de Dunbar,¹ in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—REDDEND. regi 30 mercas feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Wil. Kelly burgensi et thesaurario burgi de Dunbar:—RESERVATO libero tenemento dicto Jac.:—TEST. Andrea et Geo. Homes fratribus germanis dicti Jac., M. Joanne Manwell ludimagistro de Dunbar, Jo. Kelly notario publico:—carta scripta per Jo. Cas servum Ricardi Cas scribe signeti regii:—Apud Dunbar, 21 Jan. 1597]:—INSUPER, pro bono servitio, dict. terras dicto Geo. Home de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis &c.*
xli. 389.

714. Apud Halyruiddhous, 24 Maii.

REX confirmavit cartam D. Thome Lyoun de Auldbar militis, et Domine Euphamie Dowglas ejus sponse,—[qua,—pro perimplatione contractus de data presentium, in libris dominorum concilii registrandi,—vendiderunt JOANNI OGILVY de Colyane, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, sub reversione,—terras et villas de Mekle et Littell Cowellis, in baronia de Tannadyse, vic. Forfare:—REDDEND. regi unum den. albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Pat. Ogilvy in Drymmie, Alex. Gutlrie in Craquhy-mylne, Joanne Ramsay commissario Brechinen., Willelmo Thomesoun procuratore in Dundie, Jac. Strathachin et Geo. Wricht notariis:—

carta scripta per Jac. Ramsay servitorem dicti Willelmi Thomesoun:—Apud Auldbar, 11 Maii 1598]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.*
xli. 271.

715. Apud Halyruiddhous, 24 Maii.

REX confirmavit cartam Davidis Seytoun de Parbroth, — [qua,—pro perimplatione contractus inter M. Edw. Bruce commentarium de Kinlos unumque senatorum collegii justitie a prima, Geo. B. burgen. de Culros fratrem germanum dicti Edw. a secunda, dictum Dav. a tertia partibus, de data apud Edinburgh, 24 Maii 1598,—vendidit dicto M. EDUARDO BRUCE, et MAGDALENE CLERK ejus sponse,—annuum redditum 800 merc. de teris suis nuncupat. *the thrie Urquhartis*, in parochia de Stramiglo, vic. Fyiff;—in speciale warrantum $1\frac{1}{2}$ quarteriarum terrarum et ville de Wester Gellettis cum decimis garbalibus inclusis (per Jo. Smetoun et . . . Dowglas occupatarum), in parochia et regalitate de Dumfermeling, vic. Fyif, eis per se irredimabiliter alienatarum:—TENEND. dictis Edw. et Magd. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquiorebus heredibus et assignatis dict. Edw. quibuscunque:—REDDEND. dicto Dav. unum den. albe firme:—cum precepto sasine directo Laurentio Patersoun in Northwell (Norvell):—TEST. Allano Cowttis de Wester Resseyth, And. et Jo. Seytoun filiis legitimis dicti Dav., Davide Ezatt servitore dicti Edwardi, Adamo Lawtie scriba, Davide Andersoun (scriptore carte) et Daniele Melvile ejus servitoribus:—Apud Edinburgum, 24 Jun. (*sir*) 1598]:—NECNON aliam cartam ejusdem Dav. S.,—[qua,—pro perimplatione *ut sup.*,—vendidit dicto GEORGIO BRUCE, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—annuum redditum 800 merc. de dictis Urquhartis;—in speciale warrantum $1\frac{1}{2}$ quarteriarum dict. terrarum &c. de Wester Gellettis (occupat. per And. Trumbull et . . . Sandis), ei per

¹ For detailed description of these lands see *Registrum Magni Sigilli*, A.D. 1546–1580, No. 3037. This charter does not mention the tenements in Dunbar there conveyed. The following are named as adjoining owners:—the laird of

Gammilscheillis, umquhile William Bonele, umq. George Hepburne, umq. John Lamb, umq. Wil. Aitkin, umq. John Kyle, Andrew Kinhew, umq. Hugh Wode, umq. Sir Thomas Achisoun, umq. Geo. Gibsoun.

se irredimabiliter alienatarum :—REDDEND. &c. *ut sup.*] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 111.

716. Apud Halyruidhous, 29 Maii.

REX in feudifirmam dimisit WILLELMO MAKFADZEAN in Beirdwall, heredibus ejus et assignatis,—12 solidatas 6 den. terrarum de Hethir Barschewally antiqui extentus (per eum possessas), in parochia de Dunscoir, vic. de Drumfreis ;—que olim ad abbatiam de Melros pertinuerunt :—REDDEND. 20 sol., et 8 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et si in solutione deficerent per tres terminos insimul currentes, hoc infeofamentum nullius esset roboris :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 358.

717. Apud Halyruidhous, 29 Maii.

REX concessit WALTERO OGILVY filio natu maximo et heredi apparenti D. Georgii O. de Dunlugus militis, heredibus ejus mase. quibuscunque et assignatis,—terras de Alvetl et Inverrichmie, cum earum salmonum piscationibus super aquam de Doverne, molendinis, tenentibus &c., vic. Banff;—quas, olim de monasterio de Coupro tentas, dictus Geo. in favorem dicti Walt. resignavit; et quas rex, pro bono servitio, dicto Walt. de novo in feudifirma concessit, cum advocacione tam rectorie quam vicarie

parochie et ecclesie de Alveth:—REDDEND. 20 lib., et 3 sol. 4 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredium et assignatorum:—RESERVATO libero tenemento dicto Geo.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 459.

793. Apud Halyruidhous, 31 Oct.

REX dedit literas remissionis JOANNI KEYTH fratri Georgii com. Mariscalli &c., pro ejus vita duraturas,—pro arte et parte proditorii incendii loci et domorum de Crovie et granorum hujusmodi, Joanni Cheyne portionario de Crovie spectantium, mense Feb. 1593 commissi; necnon pro incendio quorundam granorum Jacobi Cheyne de Stralochie tunc in horto granario de Crovie existentium, vic. Banff, mense Nov. 1597 perpetrato; et pro arte et parte interfectionis Gilberti Petre in Fintrie; proque ceteris ejus offensis ante diem date commissis;—proditoria traditione in regis persona, arte magica, adulterata moneta et mulierum raptu exceptis. xlii. 102.

794. Apud Halyrudhous, 4 Nov.

REX dedit literas legitimationis . . . SEYTOUN bastardo, filio naturali Roberti S. vicarii de Logy. xli. 424.

795. Apud Halyruidehous, 4 Nov.

REX confirmavit cartam M. Joannis Hay, rectoris de Renfrew,—[qua,—cum consensu M. Andree H. ultimi rectoris et usufructuarii dicte rectorie et prebende de Ranthrow, necnon decani seu presidentis et capituli Glasguen.,—ad feudifirmam dimisit JOANNI RANKENE lathomo, civi Glasguensi, et ELIZABETHE KNOX conjugibus in conjuncta infeodatione, heredibus eorum et assignatis,—vastum tenementum et collapsum nuncupat. mansum de Renfrew cum horto et clausura (per eos jamdiu occupatum), in civitate Glasguen. prope castrum (inter terras seu mansum comitis de Lennox vocat. Stable-greine ad occiden. et boream, et mansum prebende de Govane ad austrum);—quod omni domo inhabitabili caruit, et extitit indebitatum in annuo reddito subscripto, qui nisi tenementum repararetur de dicta rectoria exigi voluit:—REDDEND. dicto rectori 7 mercas

pro relevamine ejus annui redditus debiti pauperibus hospitalis S. Nicolai in dicta civitate, et 12 den. augmentationis:—cum precepto sasine Jo. Fowlar nuncio regis:—TEST. M. Jo. Hammiltoun de Barneclwyth, M. And. Hay juniore, Archibaldo Gibsoun, M. Jac. Hay, M. Hen. Gibsoun notario:—Apud civitatem Glasguen., 20 Maii 1590]:—INSUPER de novo dedit dict. tenementum dictis personis:—REDDEND. regi *ut sup.*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 495.

796. Apud Halyruidhous, 18 Nov.

REX confirmavit cartam Joannis Home de Coldaneknowis,—[qua, pro perimptione contractus de data presentium, vendidit JACOBO KER de Spynie, heredibus ejus et assignatis quibuscunq., irremediabiliter,—terras de Syndlawis, cum molendinis, terris molendinariis &c., vic. Roxburgh:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Hen. Hume fratre germano dicti Jo., Thoma Cranstoun, Tho. Kyle, Jacobo Wallace, servitoribus dicti Jo., Geo. Cuming notario publico ac burgensi de Elgin:—carta scripta per Jac. Kinneir servitorem Henrici Bikeartoun scribe signeto regis:—Apud Coldaneknowis, 15 Nov. 1598]:—INSUPER, pro bono servitio, superscripta dicto Jac. Kar de novo dedit, cum silvis et piscariis eorundem:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 419.

797. Apud Halyrudhous, 18 Nov.

REX confirmavit cartam Joannis Charteris de Kinphanis,—[qua,—quoniam antique possessiones jamdiu per se et predecessores suos insignia et cognomen de Charteris gerentes continuo possesse, tunc, se heredem masc. de corpore suo neminem habente, in extraneos et diversos a cognomine Charteris subito transferende erant, quocirca nobilem adolescentem HENRICUM LYND SAY, germanum fratrem Davidis com. Crafordie ac sibi consanguinitate propinquum, in filium adoptivum et CHARTERIS vocandum elegerat,—pro perimptione contractus inter dictos Dav. et Hen. ab una, dictum Jo. ab altera partibus, de data apud Edinburgh, . . . Sept. 1581,—concessit dicto Hen., et heredibus masculis ejus de corpore procreandis, quibus deficientibus,

legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Hen. ex familia de Crawford oriundis quibuscumque, arma et cognomen de Charteris gesturis,—terras de Craigtoun, cum brasina, terris brasiatoriis, et piscariis nuncupatis Pilgartheuch, Camnispule et Cruik, cum ceteris piscariis in aqua Tave inter Woddyik et Kinnoule et bondas terrarum de Littill Segyden, in dominio et regalitate monasterii de Seona, vic. Perth:—REDDEND. monasterio de Seona 65 merc. 8 sol., necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia apud dictum monast., cum duplicatione dicte summe in introitu heredum, nomine feudifirme:—RESERVATO libero tenemento dicto Jo.:—cum precepto sasine directo Jo. Pait seniori in Hagishall:—TEST. Davide comite de Crawford, Davide Lyndsay de Kinnettillis, Davide Dempster burgen. de Brechen, Jac. Ogilwy, Rob. Dempstar, Wil. Chalmer, M. Stephano Wilson rectore de Moffett, Alex. Patersoun in Corspatrik, M. Wil. Kellie, connotariis publicis:—Apud Charterishall, 29 Nov. 1584]:—INSUPER, pro bono servitio, suprascripta dicto Hen. de novo delit:—REDDEND. regi *ut supra*, cum ceteris devotiis consuetis:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlii. 139.

798. Apud Halyruidhous, 22 Nov. REX,—cum consensu &c. (81.),—confirmavit cartam Issobelle Maxwell portionarie de Auchtermuchtie,—[qua,—pro perimptione contractus inter se et Rob. Buist filium suum et heredem apparentem ab una, et Jo. Schuilbreiddis in Pitmunzeis ab altera partibus, de data presentium,—cum consensu dicti Rob. pro ejus interesse, vendidit dicto JOANNI SCHULBREIDIS, et JONETE HOG ejus sponse,—peciam terre (in *lie* Pitmunzeis) librate sue terre in *lie* Bondhalff de Auchtermuchtie, per dictos Jo. et Jon. occupatam (inter terras Jac. Gilnure et Rob. Maxwell, et terras de Pitmedden), cum jure communie in monte de Auchtermuchtie et terris de Quhytfeild, necnon in aliis communis, secundum ratam dicte pecie, in senesc. et vic. de Fyiff:—TENEND. dictis Jo. et Jonete in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. quibus-

cunque, absque reversione, de rege in feudifirma:—REDDEND. 6 solidos 8 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. Jacobo Maxwell seniore burgensi et uno ballivorum de Auchtermuchty, Jac. Maxwell juniore ibidem, Tho. Robertsoun scolemagistro ibid., Rob. Steidman ibidem, Hugone Hog in Pitmunzeis, Allano Hog ibid., Alex. Luiklaw, Gilberto Gray scriba communi burgi de Auchtermuchty (scriptore carte), notariis publicis:—Apud Auchtermuchtie, 23 Feb. 1595]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 436.

799. Apud Halyruidhous, 24 Nov. REX confirmavit cartam quondam Roberti M'Phaill civis de Dornoch,—[qua,—pro implemento contractus matrimonialis de data presentium,—cum consensu Mariote Reid Neilson sponse sue, vendidit DONALDO MAKFAILL filio suo, et EURIE MURRAY ejus sponse affuturæ (filie legitime Angusii Murray civis de Dornoch) in ejus pura virginitate,—croftam terre nuncupat. Croft-mydok, in orientali parte urbis de Dornoch (inter montem crucis nuncupat. Gallowhill ex oriente, Lonereich ex borea, et torrentem ex australi parte de Dornoch decurrentem ex occidente), in patria et comitatu Suthirlandie, vic. de Invernes:—TENEND. dictis Don. et Eu. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto Don., heredibus ejus et assignatis quibuscumque reversuram, de rege in libero burgagio:—RESERVATO libero tenemento dictis Rob. et Mariote:—REDDEND. ecclesie S. Gilberti in Dornoch secundum tenorem antique carte feudifirme:—TEST. Tho. Paip ministro apud Rogart, Joanne Murray fratre germano Angusii M., Rob. Trumill officiaro burgi de Dornoch, Carolo Pape notario publico:—cum sigillo Ricardi Murray unius ballivorum de Dornoch, resignationem dicti Rob. M. accipientis et sasnam dantis dictis Donaldto et Eurie de dicta crofta; et cum attestatione dicti Car., ducentis manum dicti Rob. M. scribere nescientis:—Super fundo dicte crofte, hora circiter 7 a.m., 12 Jul. 1594]:—INSUPER dict. croftam dictis personis de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 432.

800. Apud Halyruiddhous, 29 Nov.

REX confirmavit cartam Davidis comitis Craufurdie domini Lyndsay,—[qua, pro perimptione contractus de data presentium, vendidit GULIELMO FULLERTOUN de Ardo, heredibus ejus et assignatis, absque redemptione,—terras dominicales de Megill, cum loco, manerio, terris fabrilibus, terris brueriis, cum marresio de M., *lie bog*, crofta et prato dict. terrarum, et earum parte Corslett appellata, cum privilegio pasture et aliis privilegiis consuetis in comunia de Qulhythillis, in baronia de Megill, vic. de Perth:—REDDEND. regi unum den. argenteum nomine albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Davide Lyndsay de Kinnetlis, Davide L. ejus filio et herede apparente, Jo. Lyndsay de Balhall, M. Alex. Wedderburne scriba curie Deidonane, Jo. Pattone notario (scriptore carte):—Apud Finevin, 1 Jun. 1598]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 438.

801. Apud Halierrudehous, 1 Dec.

REX confirmavit cartam M. Hectoris Monro de Fowlis,—[qua,—pro perimptione contractus de data apud Invernes, 31 Oct. 1590,—vendidit HUGONI MONRO de Assin in vitali reddito, et HECTORI MONRO ejus filio legitimo primogenito, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Willelmo M. ejus filio legitimo secundogenito, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., M. Joami M. ejus filio legitimo tertio genito, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Hug. quibuscumque cognomen et arma de Munro gerentibus,—terras de Mekle Daan, davatam terrarum de Davach-Carstell (vel Davach-Carbistell) et Taynynver, cum molendino et astrictis multuris et salmonum piscaria earundem, in Straythcharron, et Kilmachalmok in Straythokell cum *lie* Ochtow et salmonum piscaria earundem ex utroque latere aque de Kylsokell, in comitatu Rossie, vic. Invernes; terras de Fernecosky, viz. Inverran cum molendino, *lie aillhous* et Aillhouscroft, et salmonum piscaria dimedietatis de *lie Es* aque de Schin, terras de Linceteroy, Lincetmoir, Altesbeg, Altesmoir, cum Inver-

nalt (vel Inveralt), Auchtanee cum silvis et salmonum piscariis, cum silvis, *lie grossingis*, *schellingis* omnium dict. terrarum, cum superioritate terrarum de Creichmoir, in baronia de Fernecosky, comitatu Sutherlandie, vic. Invernes; cum tenentibus &c.:—TENEND. de rege:—RESERVATIO libero tenemento dicto M. Hectori:—cum precepto sasine directo Geo. Monro in Lincetmoir:—et voluit quod unica sasina pro omnibus stare:—TEST. Lanchlano M'Intosche de Downachtane, Rodorico M'Kenzie de Ardaiphallie, Wil. Baillie de Dumane, Gilb. Gray de Sordell, Adamo Dunbar notario:—Apud Invernes, 1 Nov. 1590]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 434.

802. Apud Halierrudehous, 1 Dec.

REX confirmavit cartam Joannis Grenour alias Tennent de Pitfure,—[qua,—pro perimptione contractus de data apud Canoniam Rossen., . . 1598,—vendidit JOANNI DUNBAR feudatario de Avach, heredibus ejus et assignatis,—bovatam terrarum de Killane, in dominio de Ardmanach, vic. Invernes:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Roberto Grahame archidiacono Rossensi, Roberto Grant, Jo. Fraser, Tho. Robertsson, burgensibus Canonie Rossensis, Jo. Leslie filio Roberti L. burgensis ibidem, M. Georgio Monro cancellario Rossen., M. Jo. M'Kenzie rectore de Dingwell:—Apud Canoniam Rossen., 31 Maii 1598]:—PRETEREA, pro servitio sibi et predecessoribus suis per dictum Jo. D. impenso, dict. bovatom ei de novo ad feudifirmam dimisit, cum pecia more vocat. Blairphod dicte bovate adjacent. (inter fontem *lie* Guiswall de Killane prout idem currit in *lie* Guisburne, et alias bondas specificatas), cum communi pastura super montibus vocat. Milbui et Ordbill ex australi et boreali earundem;—que pecia nunquam antea per regem disposita erat:—REDDEND. jura et servitia debet. et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 435.

803. Apud Halyruiddhous, 5 Dec.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—concessit GEORGIO COMITI DE CATHINES, heredibus ejus et assignatis, in feudifirma,

—tres *lie farthingland* de Kirk, tres *lie ottaristland* in Myrelandnorne, in dominio de Weik, vic. Invernes;—quas (olim de episcopo de Cathnes tentas) Wil. Harraldsoun portionarius de Kirk, cum consensu Henrici Sinclair in Cannesby pro ejus jure, apud Falkland resignavit pro hac carta concedenda:—PRETEREA rex ratificavit omnes cartas per episcopos de Cathnes dicto Wil. vel ejus predecessoribus desuper concessas, et signanter cartam per quondam And. episc. Cathanen. fact. quond. Willelmo Harraldsoun;—et dicto Geo. de novo dedit suprascripta, necnon tenementum per Jac. Doule in Weik occupat., cum vasta pecia terre vocat. *lie Bischopis-toure*, tenementum vocatum tenementum Willelmi Sinclair de Dumbeth (olim occupat. per quond. Jac. Gibsoun ibidem), tenementum *lie Dowglas-tenementis* (per Wil. Bruce de Stans[t]ell, Alex. Mowat et Finlaum Grott possess.), edificia quond. Alexandri Stewart (occupat. per Katherinam Neilsoun), tenementum Wil. Donettis (occupat. per Finlaum Grott), tenementum *lie Grottis-tenement* (possess. per Geo. Mermis), tenementum dicti Geo. eidem adjacens, tenementum And. Ewinsoun, tenementum Jo. Mansoun, tenementum Jo. Suddirlane, tenementum per And. Ewinsoun possessum, tenementum Jacobi Doule (occupatum per . . . Wallace), *lie Birsbaines-biggings, the Bischopis lie girnell*, tenementum Alex. Suddirlane alias Robiesoun, tenementum *lie Toftingallis-tenement* supra villam de Weik, tenementum Adami Tailyeour (occupat. per Alex. Suddirlane filium Domini Alexandri S.), tenementum quond. M. Thome Keir (olim occupat. per Arch. Hepburne), tenementum Laurentii Oliphant (occupat. per Jo. Doule), tenementum Davidis Andro Jamiesoun (per Alex. Jamiesoun ejus fratrem occupat.), et tenementum *lie Toftingallis-tenement* (occupat. per Tho. Suthirlane), omnia in villa de Kirk de Cathnes, cum eorum hortis, *lie stalkhullis*, privilegiis *lie fowall* et pasturagiis solitis super communem pasturam et moram dicte ville de Weik;—que ad sedem episcopalem de Cathnes prius pertinerant:—REDDEND. pro dictis *farthingland* et *ottaristland* 6 firloas 2 batos victualium, unam fir. 1 garbas avenarum, 2 sol. *lie*

pleusche-silver, cum parte marte, projectione et ductura glebarum, areagiis, carreagiis, homagiis, sectis ad curias et aliis servitiis debitis et consuet., et 3 sol. 4 den. augmentationis; pro unoque tenemento 2 sol., et 3 sol. 4 den. nove augmentationis, in integro 45 sol. 4 den.; necnon duplicando feudifirmam pecuniariam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 494.

804. Apud Edinburgum, 9 Dec.

REX concessit et quitteclamavit ROBERTO HEPBURNE de Markill, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Foulfurde, vic. Edinburgh;—que fuerunt quondam Joannis Carkettill de Over-Libertoun, de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ob alienationem per dictum Jo. factam Edwardo C. ejus filio legitimo tertio genito et aliis personis, absque licentia superioris:—cum potestate actionem recognitionis prosequendi:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 439.

805. Apud Halyruidhous, 9 Dec.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—concessit et, pro servitio sibi et suis progenitoribus prestito, de novo dedit WILLELMO CWNYNGHAME de Capringtoun, heredibus ejus et assignatis,—10 libratas terrarum de Cambuskeith antiqui extentus, cum fortalicio, manerie, molendino granorum, multuris, *lie sukku* et *knaifschip*, in balliatu de Cunynghame, vic. Air;—quas Jo. Hammiltoun de Cambuskeith pro hac carta conficienda resignavit:—TENEND. de Henrico principe et senescalco Scotie:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 490.

806. Apud Halierudehous, 10 Dec.

REX,—cum avisamento &c. (81.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JONETE ROBERTSOUN filie et heredi quond. And. R. et quond. Margarete Spens ejus sponse, ac JOANNI COWPER burgen. de Falkland ejus sponso,—unam libratam illarum 1 libratarum terrarum australis quarte partis de Auchtermuehtie ex australi latere earundem cum occidentalibus *lie westmest* 6 libratas terrarum adjacen. 2

libratis per quond. Jo. Rankene occupat., et cum tofta seu mansione olim per Jonetam Richardsoun inhabitat., in senesc. et vic. de Fyill; cum jure communie montis *lie Hill* de Auchtermuchtie (intra bondas specificatas), et portionis terrarum de Quhytfeild (intra bondas specificatas);—quas David Murray, frater germanus quond. D. Andree M. de Arnegosk militis, in eorum favorem resignavit:—TENEND. dictis Jon. et Jo. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. inter eos legit. procreat. absque divisione, quibus def., heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque, in feudifirma:—REDDEND. 27 sol. 6 den., 2 bollas 1 firlotam tritiei, 2 bol. 3 firl. 1 peccam ordei, 2 bol. 1 peccam avenarum, 1¼ anseres, 3 pul-treas; neonon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 449.

807. Apud Halyruidebonis, 10 Dec.

REX,—cum consensu &c. (92.),—concessit et, pro bono servitio, de novo ad feudifirmam dimisit M. JACOBO STEWART commissario Dunkeldensi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras de Ladywell, cum molendino, terris molendinariis &c., terris de Lytill-waird et Dowgallis-hauch, et *lie Over-Gryt-waird*, cum decimis tam rectorie quam vicarie que a franco minime separari solebant, in dominio Dunkelden., vic. Perth;—et, in speciale warrantum dimedietatis earundem, 20 mercat. terrarum de Fancastell, vic. Perth;—quas Jo. Stewart de Tullypowreis et Margareta Cairwod ejus conjux (quibus per quondam Jo. com. de Atholl cum consensu Domine Marie Ruthven comitisse de Atholl ejus conjugis disposite erant) resignaverunt pro hac carta conficienda:—REDDEND. pro Ladywell &c. (que olim de episcopo Dunkelden. tente erant) 16 lib. 13 sol. 4 den., et pro decimis 3 lib. 6 sol. 8 den., et 6 sol. 8 den. ann. mitionis; neonon duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia baronie de Dunkeld cum requisiti essent; et si tres termini in unum current minime persoluti, hoc infeofamentum

expiraret:—pro Fancastell (in casu evictionis dicte dunel.) firmas feudifirmie aliasque devorias debitas et consuetas:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 453.

808. Apud Halyrudhous, 11 Dec.

REX concessit ALEXANDRO WODDELL portionario de Newtown, et HELENE HANGANDSYDE ejus conjugi,—terras de Hangandsyde, vic. Roxburgh; tertiam partem terrarum et molendini et terrarum dominicalium *lie Maais* de Ltill Newtown, cum 2 caru(c)atis *lie Boisucillis-landis* nuncupatis in eadem villa, et terra *lie Soutouris-land*, cum tenentibus &c., in balliatu et regalitate de Lauderdaill, vic. Bernik;—quas eadem Helena et Barbara II. ejus soror, filie et heredes portionarie quondam Alexandri II. de eodem, cum consensu dicti Alex. sponsi dicte Hel. et Roberti Waddell ejus fratris sponsi dicte Barbare pro eorum interesse, in favorem dictorum Alex. et Hel. resignaverunt; et quas rex dictis personis, pro eorum bono servitio, de novo dedit, specialiter cum jure suo ratione alienationis per quondam Ric. Hangandsyde de eodem aut quond. Alex. II. ejus filium factam absque licentia regis:—TENEND. dictis Alex. et Hel. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Alex. et ejus legit. et propinquieribus heredibus et assignatis quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 445.

809. Apud Halyrudhous, 12 Dec.

REX,—cum consensu &c. (81.),—pro compositione persoluta, et pro servitio sibi et predecessoribus suis prestito,—ad feudifirmam dimisit ARCHIBALDO NAPER, filio legitimo natu maximo et heredi apparenti Joannis N. feodatarie de Merchistoun (nativi tenentis et feudifirmarii subscriptorum),—terras de Auchlenshee cum molendino, in dominio de Menteyth, vic. Peith:—TENEND. dicto Archibaldo et heredibus nase. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legit. procreand. absque divisione, quibus def. legit. et propinquieribus heredibus ejus masc. quibuscunque:—REDDEND. pro terris (ex-

tenden. in antiquo rentali ad 4 libratas) 8 lib., pro molendino 8 bollas farine, et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et edificando mansionem cum politis solo respondentibus; eum prohibitione alienandi, nisi sub reversione, absque licentia regis; et si de murthuro &c. (cum ceteris *ut in carta* 306. omissis multuris):—TEST. 65. 46. 74. 72. 70. 49. 50. xli. 462.

810. Apud Halyruiddhous, 14 Dec.

REX dedit literas legitimacionis JOANNI GOWANE janitori collegii Glasguensis, bastardo, filio naturali Joannis G. in *lie* Manis de Eistwode. xli. 465 (i).

811. Apud Halierudhous, 16 Dec.

REX confirmavit ALEXANDRO CUMMING de Cultar et HELENE WODE ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Alex. quibuscunque cognomen, et arma de Cumming gerentibus,—terras et baroniam de Tullieboy tam proprietatem quam tenandriam, cum molendinis, silvis, lacubus, piscationibus, tenentibus &c., in baronia de Cultar-Cumming, vic. Kincardin;—necnon dicto Alex., et heredibus supradictis,—terras et baroniam de Cultar tam proprietatem quam tenandriam, cum molendinis &c. (*ut supra*), in baronia de Cultar-Cumming, vic. de Abirdene;—quas omnes, in baroniam de Cultar-Cumming incorporatas, idem Alex. resignavit; et quas rex, pro bono servitio, eis respective de novo dedit, viz. baroniam de Tullyboy comprehenden. villam et terras de Kilduthie, cum manerie, nemoribus, *lie boiggis*, molendinum diete baronie cum ejus terris &c., terras de Wester et Eister Drumquharne, Hirne, Bothill, Lochwode, Hallow, Craigtoun cum torrente et nemoribus *lie boiggis*, ac cum monte de Fair eis adjaeen., et silvis, terras de Standandstanes cum torrente et silva, villas et terras de Cairnyquhin, Rewmoir, Tilnabo, Catterloch, et *lie* Eistsyde maresii

lie myre, cum silvis &c. (inter terras de Glascull ad episc. S. Andree pertinentes, fontem de Tuberuskye, terram de Gorneg quondam ad Allanum Durward pertinen., et alias bondas specificatas), baroniam de Cultar (ex antiquo Cultar de Arlboyk nuncupat.) comprehenden. *lie* Maynis de C. cum manerie, fortalicio et pertinentiis, et presertim *lie* Insche de C. (tunc jacen. per aquarum inundationem ex australi parte aque de Dee, et ex boreali antiqui aqueductus ejusdem), cum arboribus, ceterisque *lie* Insches, cum salmonum piscaria diete aque de Die ex adverso diete baronie, villas et terras de Robertistoun, Hilsyde et Tullieoche, molendinum granorum *lie* Holmylne cum ejus terris &c., molendinum fullonum *lie* Denemylne cum ejus terris et proficuis, villas et terras de Over Contlay, Bainischill, Nethir Contlay et Laichtis alias Lastis, cum aliis villis, terris et molendinis super dictis terris &c., cum silvis &c. (inter torrentem de Auchinnasolich tunc vocat. de Cultar, Fethnabradach alias tunc vocat. Feddiebraydiach, torrentem de Cardanay tunc vocatum de Gardine, terras olim episcopi Abirdonen., et alias bondas specificatas); et easdem de novo incorporavit in liberam baroniam de Cultar-Cumming, ordinando quod maneries de Cultar esset principale messuagium:—REDDEND. 3 sectas ad 3 placita capitalia vic. de Abirdene, necnon wardam &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 443.¹

812. Apud Halyruiddhous, 18 Dec.

REX confirmavit cartam Roderici Murray de Beghous, — [qua,—pro perimptione contractus initi cum Roderico M'Kenze de Ardefailye procuratore pro Wil. M'Ky subscripto, de data apud Invernes, 28 Jul. 1597,—vendidit WILLELMO MAKKY de Balnakail, et ISABELLE MAKKENZIE ejus sponse,—terras de Beghous et duabus Trontailis, viz. Trontailmoir et Trontailbeg, terras de duabus Forresseis, viz. Forssienayne et Forssinaird, jacen. in Straythhalledull, diocesi Cathanen., vic. Invernes:—TENEND. dictis Wil. et Is. in

¹ The boundaries given in this charter are taken from the charter of Alexander II., printed

in "Antiquities of Aberdeen and Banff" (Spalding Club), iii. 337.

conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis et assignatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wilhelmi quibuscunque et assignatis, de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Rob. Grhame archidiacono Rossen., Georgio G. ejus filio et apparente herede, Kennedo M'Kenzie de Kilchrist, Luca Patersoun burgen. de Invernes, Jac. Waus burgen. ibidem, M. Wil. Gregour notario publico famulo Joannis Grant de Freuchrie:—Apud Invernes, 8 Nov. 1597]:—PRETEREA, pro bono servitio dicti Wil. M., dictas terras quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 481.

813. Apud Halyruiddhous, 19 Dec.

REX confirmavit cartam Jacobi Colville feudifirmarii de Eist-Weymis,—[qua, pro perimptione contractus de data presentium, vendidit ROBERTO COLVILLE, filio suo legitimo et heredi apparenti,—terras et baroniam de Eist-Wemis, viz. *lie Manis de E.*, terras de Bukhevin, cum fortalicio de E., molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocacione ecclesiarum et capellaniarum, vic. de Fyiff:—RESERVATO libero tenemento dicto Jacobo:—TENEND. dicto Rob. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis reversuras, quibus def., Roberto C. de Cleische et heredibus ejus masc., quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Jacobi quibuscunque, de rege in feudifirma, libera baronia et libera foresta:—cum precepto sasine directo Geo. Swyne in Eist-Weymis:—TEST. Roberto Colville de Cleische, Rob. Colville fratre germano quondam Jacobi C. de Balbethie, Hen. Colville filio legitimo quondam Jacobi C. in Culrois, Thoma Liddell servo dicti Jac. C. de E., Jac. Prymrois notario publico (scriptore carte):—Apud Eist-Weymis, 9 Jun. 1597]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 463.

814. Apud Halyruiddhous, 20 Dec.

REX,—cum consensu &c. (92.),—confirmavit cartam factam per quondam Jo. commendatarium de Coldinghame, et per ejusdem conventum,—[qua confirmaverunt

(quondam) JOANNI LUMSDENE de Blanerne, et ejus heredibus,—terras de Eister Lumisdene, cum tenentibus &c. (viz. *begynnaul at the Meir-burne-stuell, haldand frathguc up the Meir-burne as it gaugis quhill it cum to the heid thairof in the mure, and fra the heid thairof haldand linaly south till the common gait in the mure callit the Croshaw-gait, and fra thyme haldand west the same gait quhill it cutir in the furde callit Rentoun-furde, thairfra haldand down the burne as it ryms fra the said furde quhill it cutir in the sey*), cum communia et communi pastura in universa communia et communi mora de Coldinghame;—necnon dicto Jo., heredibus ejus et assignatis,—terram in *lie Corsgait* in fine occidentali ville de Coldinghame ex boreali vici regii, cum domibus &c., terras de Northcroft et Pastaris, cum 18 acris in *lie Southercroft*, peciam terre cum domo et tofta juxta domum quond. Hely pistoris, terras quond. Roberto Burnegaw super Milrig et Stobfurland, terras quond. Jo. Coldinghame, et 6 acras in Coldinghame quas quond. Gilbertus Lumisdene tenuit de quond. Jo. Lumisdane, et terram cottagiam et hortum in Haymonth, in villis et territoriis de Coldinghame et Haymonth, baronia de Coldinghame, vic. Beruik;—quas omnes idem Jo. resignavit:—INSUPER dicti commendatarius &c. voluerunt quod unica sasina apud villam de Eister Lumisdene capienda pro omnibus staret:—REDDEND. dicto monast. pro Eister Lumisdene 2 sol., et unam sectam in curia capitali dicte baronie in festo Michaelis; pro ceteris 18 solidos 10 den. nomine annualis redditus; necnon wardam &c.:—Apud predictum monast., 30 Aug. 1555]:—PRETEREA, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, suprascripta de novo dedit DAVIDI LUMSDENE tunc de Blanerne, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque cognomen et arma de Lumisdene gerentibus:—REDDEND. regi *ut supra*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 450.

815. Apud Halyruidehouis, 20 Dec.

REX concessit et, pro bono servitio ac pro

peculiarum summis persolutis, de novo ad feudifirmam dimisit GEORGIO BRUCE burgensi de Culros, heredibus ejus et assignatis,—carbonem majorem et minorem existen. infra bondas communis more de Culros, territorii ejusdem et acrarum villam de C. circumjacentium, necnon ceteros carbones ad personas subtus specificatas infra dominium de Culros spectantes, cum privilegio effodiendi *lie coilpottis*, et transitus pro carbonum transportatione ad patellas salinas de C. &c. efficiendi;—qui fuerunt M. Eduardi Bruce commendatarii de Kinlos, Roberti Colvill parentis de Eister Weymis, Joannis commendatarii de Culros et dicti Geo. equaliter; et quas illi in favorem dicti Georgii resignaverunt:—REDDEND. regi (loco monasterii de Culros) 20 libras; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum privilegio nihilominus regi carbonem ad ignem regis lucrandi:—PROVISO quod si nulli carbones ibi essent lucrabiles, dictus Geo. solveret 40 sol. annuatim tantum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 456.

816. Apud Edinburgh, 20 Dec.

REX ad feudifirmam dimisit GUILLIELMO COKBURNE de Chouslie (favorabili et nativo *lie kyullie* tenenti infra scriptorum), et SIBILLE SINCLAIR ejus conjugii,—2 terras husbandias de Symprene, ab antiquo ad vicariam de S. vel ad abbatiam de Kelso pertinentes, infra villam de S., vic. Berwik:—TENEND. dietis Guil. et Sib. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Guilielmi et assignatis quibuscunque:—REDDEND. 50 sol., et 2 sol. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 489.

817. Apud Halyrudhous, 20 Dec.

REX,—cum consensu &c. (81.),—concessit et, pro bono servitio, de novo in feudifirma dimisit PATRICIO GRAHAME de Inchebrekkie, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legit.

procreat., quibus def., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—occidentalem umbralem quarteriam terrarum de Drumphingallie, in senesc. de Stratherne, vic. Air (Perth);—quam David Murray de Letterbonachtie et Agnes Moncreiff ejus sponsa, ac Walterus Murray portionarius de Drumdewane et Helena Stewart ejus sponsa, in favorem dicti Pat. resignaverunt:—REDDEND. 50 sol., cum parte martis (vel 6 sol. 8 den.), et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et edificando mansionem, edificia et politias solo corresponden.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 491.

818. Apud Halierrudhous, 22 Dec.

REX,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit JACOBO STEWART de Allantoun et HELENE SOMERWAILL ejus sponse in vitali reddito, et JACOBO STEWART eorum filio maximo natu et heredi apparenti, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Jac. seniori et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto Jac., heredibus ejus¹ et assignatis quibuscunque,—5 mercat. terrarum de Daldavie (-Wester), per dictum Jac. et ejus subtenentes occupat., in baronia de Glasgow, vic. Lanerk:—REDDEND. 57 sol. 6 den., 4 bollas 2 firloas astrictae multure avenaticae, 4 bollas 1 fir. astrictae multure polenti, 2 bol. 2 fir. *lie hors-corne*, 3 capones, 2 gallinas, et 2 sol. 6 den. augmentationis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. 65. 46. 74. 72. 70. 49. 50. xlii. 224.

819. Apud Halyrudhous, 25 Dec.

REX,—cum consensu &c. (81.),—ad feudifirmam dimisit ALEXANDRO LAWDER in Belhevin, in libero tenemento, et GEORGIO LAWDER ejus filio heredique apparenti, et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, seniori heredum ejus fem. absque divisione legitime procreand., quibus def., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—decimam sextam partem (unum *lie rig*) ville et terrarum de West Bannis, cum

¹ The *Tenendas* clause adds *masculis*.

quarta parte ($\frac{1}{2}$ *lie rig*) terrarum de Rig et Fluris, in dominio de Dumbar, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—SOLVEND. 16 $\frac{1}{2}$ bollas frumenti, 16 $\frac{1}{2}$ bol. ordeï, cum $\frac{3}{4}$ pecece tritici et $\frac{3}{4}$ pec. ordeï augmentationis; et 10 libras pro duplicatione in introitu heredum; et edificando &c. (cum ceteris clausulis *ut in carta* 486):—TEST. 65. 46. 74. 72. 49. 70. 50. xlii. 158.

820. Apud Halyrudehous, 25 Dec.

REX,—cum consensu &c. (81.),—ad feudifirmam dimisit WILLELMO KELLIE, filio legitimo quondam Cuthberti Kellie burgensis de Dumbar,—1 $\frac{1}{2}$ rigas terrarum vocat. Rig et Fluris (per eum occupat.), in territorio et dominio de Dumbar, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—TENEND. dicto Wik. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum ejus fem. absque divisione legitime procreat., quibus def., heredibus ejus et assignatis quibuscunque:—SOLVEND. &c. *ut in carta* 819:—TEST. *ut in carta* 819. xlii. 159.

821. Apud Dalkeith, 26 Dec.

REX,—cum avisamento &c. (81.),—concessit et, pro bono servitio, quitteclamavit THOME FERMOUR, filio legitimo seniori et heredi apparenti Davidis F. portionarii de Kingis-bernis,—octavam partem ville et terrarum de Kingis-bernis, in senesc. et vic. de Fyiff;—quam dictus Dav. in favorem dicti Tho. resignavit:—RESERVATO libero tenemento dicto Davidi:—TENEND. dicto Tho. et heredibus inter eum et Agnetem Huntar ejus sponsam legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Thome quibuscunque, in feudifirma; cum communi pastura &c. (*ut in carta* 153):—REDDEND. &c. *ut in carta* 294:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 496.

822. Apud Halyrudhous, 28 Dec.

REX confirmavit cartam Joannis domini Forbes,—[qua,—pro magnis pecuniarum summis persolutis per Jo. com. de Mar dom. Erskin &c., . . . Seytoun de Touch, consanguineos ex parte matris ARTHURI FORBES filii sui primogeniti inter se et

Dominam Jonetam Seytoun sponsam suam procreati, aliosque consanguineos et amicos dicti Arth.,—vendidit dicto Arthuro—dominium et baroniam de Forbes, comprehendend. terras et baroniam de Fuddes, viz. villas et ter. de Fuddesmoier, molendinum, *lie aillouis* et Brewcroft de Fuddes, villas et terras de Culterculane et Auchnacant, cum molendino, *suithie*, *aillouis* et *lie croft* ejusdem, cum terris molendinariis &c., villas et terras de Pettiemuk et Blairehillie, cum advocacione capellanie S. Marie in dicta baronia, 5 libras annui redditus de terris de Archedlie, vic. Aberdene; terras de Larye et croftam ejusdem vocat. Corricanctane, Brigend, Straithgamik et Kirktonne, cum molendinis, terris molendinariis &c., in baronia de Oboyne, vic. Aberdene; terras et baronias de Forbes et Awfurde, Carnedard et Keyrune, cum fortalicio vocato Drymmimour, tenentibus &c. (comprehendend. *ut in carta* 225), terras et baroniam de Fentray, Mekil Fentray, Blaktoun, Baleros, Littertie, Carnehill cum *lie outset* vocat. villa et terris de Badinteur, terras et villas de Tullymauld et Allathene, 10 sol. annui redditus de terris de Eden, molendinum de Kynedwart cum terris molendinariis &c., fortalicium de Kynedwart cum Castellhill, Castelwallis, clausura et *lie grenis*, vic. Aberdene; cum montibus, pasturagiis, molendinis, silvis, *lie boigis*, piscationibus, castris, tenentibus &c., cum privilegiis liberarum forestarum ubicunque foreste seu silve forent; necnon officium coronatoris vic. de Aberdene, cum feodis &c.; cum advocacione rectorie et vicarie parochialis ecclesie de Forbes vocate prebendarie ejusdem, et capellaniarum de Arsballoch et S. Anna, vic. Aberdene; ac villam et burgum baronie de Awfuird super villa et terris de Kirkton de A., cum ejus privilegiis &c.:—RESERVATO libero tenemento dicto dom. F.:—TENEND. dicto Arthuro et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Davidi F. filio legitimo eorundem Jo. et Jon., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo F. de Logyfentray fratri germano dicti dom. F., et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., Jacobo F. de Lethindie fratri germano

ejusdem, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Roberto F. commendatario de Monymusk fratri germano ejusdem, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Abrahamo F. de Blaktoun fratri germano ejusdem, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., propinquioribus heredibus masc. dicti dom. F. quibuscunque cognomen et arma de Forbes gerentibus, de rege:—REDDEND. *ut in carta* 225:—cum precepto sasine:—TEST. Alex. Bonar de Balguscho, Jo. Bonar de Pyk-stanchill, Rob. Forbes in Tolmadis, Jac. Forbes servitore dicti dom. Forbes:—carta scripta per Alexandrum Dunlope scribam:—Apud Edinburgh, 20 Dec. 1598]:—INSUPER, pro bono servitio dicti dom. F., suprascripta dicto Arth. de novo dedit; cum officio ballivatus regalitatis et terrarum abbacie de Lynderis infra vic. de Aberdene, et monasterii de Monymusk, et rectorie de Kincardin-O'Neill, cum omnibus feodis &c. que dictus dom. F. et ejus predecessores recipere in usu fuerunt, et cum potestate forum nuncupat. Bartilfair infra villam de Kincardin-O'Neill annuatim proclamare causandi &c.; et omnia de novo incorporavit in liberum dominium et baroniam de Forbes, et voluit quod dict. castellum de Forbes tunc vocat. Drymminour esset principale ejus messuagium:—RESERVATO et REDDEND. *ut supra*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 498.

823. Apud Halyrudhous, 2 Jan.

REX confirmavit cartam Willelmi Naper de Wrichtishousis (mercatoris burgensis de Edinburgh), Eliz. Park ejus conjugis, et M. Willelmi N. eorum filii et heredis apparentis,—[qua,—pro impletione contractus inter se ab una, Pat. Edmestoun de Natoun et Mariotam Hepburne ejus conjugem ab altera, WILLELMUM TURNBULL de Pettinereiff a tertia partibus, de data presentium,—vendiderunt dicto Wil. T., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Wrichtishousis cum manerie, vic. Edinburgh;—quas, de dictis Wil. N. &c. tentas sub reversione summam 6000 mere. continente, dicti Pat. et Mar. pro dicta summa sibi persoluta in favorem dicti Wil. T. personaliter resignaverunt:—REDDEND. regi unum den. argenti apud montem

castrum de Edinburgh nomine albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Rob. Lum-misden feo latario de Ardris, Rob. Hepburne de Marcle, Rob. Alexander servitore dicti Wil. Naper, Jo. Williamson scriba Edin-burgensi (scriptore carte):—Apud Edinburgh, 7 Jul. 1598]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 148.

824. Apud Halyrudhous, 3 Jan.

REX,—cum consensu &c. (92.),—ad feudifirmam dimisit JOANNI DAWSON filio legitimo quondam Davidis D. de Mwreail-hous, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—4 bovatas terrarum de Mwreail-hous, cum decimis garbalibus inclusis nunquam a trunco separatis, vulgo Abbottisland de Avache nuncupatas, in parochia de Avache, diocesi Rossen., regalitate de Kinlos, vic. Invernes;—que, per quond. Jac. Daviesoun bastardum filium naturalem dicti Dav. tente de monasterio de Kinlos, regi devenerunt ob decessum dicti Jac.:—REDDEND. 7 libras 13 sol. 4 den., et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia apud dictum monast., cum presentia in quolibet itinere justiciario dicte regalitatis; et pergendo cum commendatario de Kinlos ejusve ballivis in guerris regis:—RESERVANDO dicto commendatario domum in dictis terris pro collectione decimarum victualium rectorie de Avache:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 455.

825. Apud Halyrudhous, 3 Jan.

REX,—cum consensu &c. (64.),—confirmavit cartam D. Jacobi Edmestoun de Duntreith militis,—[qua,—pro impletione contractus matrimonialis initii inter se, Wil. E. filium suum et heredem apparentem cum consensu ejus curatorum et tutorum si quos habuit, et D. Jac. Strivling de Keir militem ac Rob. Grhame de Knokdoleane tanquam cautionarios, ab una, et D. Umphredum Colquhoun de Lus militem cum avisamento curatorum, et Jac. Colquhoun de Garescube et Alay M'Calay de Arneapill cautionarios, ab altera partibus, de data apud Glasgow, 24 Jan. 1585,—vendidit MARGARETE COLQUHOUN

sponse sue future, sorori dicti Umph., in vitali reddito, et heredibus masc. inter se et eam procreandis, quibus deficientibus, sibi et heredibus suis masculis reversuras,—8 librat. terrarum antiqui extentus de Mochomrain et Auchingrie, in parochia de Kilpatrick et ducatu de Lennox;—necon, in warrantum earandem, 10 mercat. terrarum ant. ext. de Glen Edmestoun, molendinum de Carcarron cum aqueductu et astrictis multuris, in dicto ducatu, vic. Striviling:—TENEND. de dicto Jac. E.:—REDDEND. pro terris principalibus unum den. albe firme, et monasterio de Paslay 12 merc. feudifirme; pro ceteris dicto Jac. E. unum den. albe firme:—cum precepto sasine directo Adamo Colquhoun in Myltoun de Colquhoun:—TEST. Jo. Grhame juniore de Knokdoleane, Jacobo Schaw burgensi de Striviling, Jac. Edmonstoun, Walt. Logane, Alex. Levingstoun, servitoribus dicti D. Jac. E., Arch. Hegat notario, Jo. Pirrhie scriba:—Apud Duntreyth, 8 Feb. 1585]:—NECON aliam cartam ejusdem D. Jac. E.,—[qua concessit Margarete Colquhoun conjugi sue, in vitali reddito,—in plenariam satisfactionem ejus tertie,—terras suas de Gartkatan, Qwilt-Edmonstoun, 5 mercat. de Eister Glenbolg, cum molendino, terris molendinariis &c., in comitatu de Levenox, vic. Striviling:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Laurentio Scott scriba, Hen. Bickartoun scriba signeto regio, Jac. Kynneir (scriptore carte), M. Davide Hay, Jac. Nymbill, servitoribus dicti Hen.:—Apud Edinburgum, 20 Dec. 1598]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 483.

826. Apud Halyrudehous, 5 Jan. ¹
 REX confirmavit cartam Jacobi archiepisc. Glasguensis, (fratris et) heredis quondam Davidis Beatoun de Auchmuthie feudifirmarii subscriptorum,—[qua, pro servitiis &c., concessit GEORGIO BALFOUR in North Tarrie, heredibus ejus masc., eognomen et arma de Balfour gerentibus, et assignatis quibuscunque,—terras de North Tarrie (per eum occupat.), in baronia et regalitate de Aberbrothok, vic. Forfar:—

REDDEND. monasterio de Aberbrothok, aut regi virtute acti annexationis, 6 libras 13 sol. 4 den., 6 sol. 8 den. pro pretio de *lie rin marie*, 6 celdras avenarum equinarum *lie hors-corne*, cum 12 caponibus et 12 pullis, et 3 lib. 2 sol. 3 den. pro proportionabili parte augmentationis in carta dicti Davidis contente ac pro gressumis &c.; ac faciendo 3 sectas ad 3 placita capitalia diete regalitatis; necon duplicando feudifirmam pecuniariam in introitu heredum:—cum precepto sasine:—TEST. Wil. Archibald, Jo. Grandestoun, Mich. Chrystye, domesticis dicti archiepisc.:—Apud civitatem Parisiensem, 3 Nov. 1595]:—PRETEREA, pro bono servitio, dictas terras dicto Geo. de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 493.

827. Apud Halyruidhous, 8 Jan.
 REX confirmavit cartam Jacobi Colville de Eist-Weymis, — [qua, pro perimptione contractus de data presentium, vendidit ROBERTO COLVILLE, filio suo legitimo,—terras et baroniam de Tullicultrie, viz. terras de Balharty, Drummy, Schannach, Coschnachtane, Colinisdavach, Carnetoun cum molendino fullonis, Ellokis-davok et Harvist-davok, Hiltoun de Tullicultrie cum manerie et fortalicio, vic. Clakmannane:—TENEND. *ut in carta* 813 (excepta libera foresta):—cum precepto sasine directo Geo. Swyne in Eist-Weymis, et Arch. Harlaw:—RESERVATO libero tenemento dicto Jacobo Colville de Eist-Weymis:—TEST. et de data *ut in carta* 813]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 464.

828. Apud Halyruidhous, 9 Jan.
 REX dedit literas remissionis JACOBO SCOTT in Hundellishoip, fratri germano Walteri S. de Tuschelaw, pro ejus vita duraturas,—pro arte et parte interfectionis Willelmi Tait in Hundellishoip, A.D. 1596 commisse; et pro ceteris offensis ante diem date commissis;—proditione in regis persona, incendio, mulierum raptu, adulterata moneta, arte magica et furto exceptis. xli. 471.

¹Dated A.D. 1595. Placed here according to the regnal year, which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxx. fol. 127 verso.

829. Apud Halyrudhous, 9 Jan.

REX confirmavit cartam Jacobi dom. de Borthuik,—[qua vendidit MARCO DOMINO DE NEWBOTTLE, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—officia justiciarie et ballivatus regalitatis de Stow in Weddell, viz. terrarum de Pharnihirst, Stow, Crippillaw, Nether et Over Lugat, Wedderstoune, Scheillay, N(e)ther et Over Scheillis, Symontoun, Plautoith, Kirksneip (Birksneip?), Pryntaytoun, Howlats-toun, Gilmertoun, Cumlarig, Halthrie, Brok-hous, Tersons, Crumsyde, Carta, de Bow, Langmure, Burnehous, Stow-mylne, Murehous, Pirmetados, Cottilferrie et Hoppringill, Mekle et Litle Catpair, Mitchelstoun, Craigend, Torquen, Penploff, Pirne, Kittafat, Buschank et Bowland, Compoislaik, Cathauche et. . . ; cum feodo 100 merc. de promptioribus firmis diet. terrarum, et ceteris privilegiis consuetis, olim de archiepiscopo S. Andree tent. :—REDDEND. regi unum den. argenti nomine albe firme, cum fidei administratione in dictis officiis :—cum precepto sasine directo Tho. Megote de Maistertoun :—TEST. Wil. Borthuik fratre dicti Jac., Walt. Carnecorce in Lugatt, Jo. C. ejus filio naturali, Davide Borthuik, Georgio Ker, famulis dicti Marci :—carta scripta per Tho. Wilsoun servum Richardi Cas scribe signeti regii :—Apud Edinburgh, 26 Dec. 1598] :—PRETEREA rex, pro bono servitio, suprascripta dicto Marco de novo dedit :—REDDEND. *ut sup.* :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 499.

830. Apud Dalkeyth, 13 Jan.

REX confirmavit cartam factam per And. Ker filium et heredem apparentem Andree K. de Fairnybirst,¹ et dictum And. seniore tanquam ejus tutorem et nomine proprio, cum consensu Eliz. Lyoun relicte Willelmi Ker fratris dicti And. senioris pro ejus interesse, Wil., Alex., Jeannam et Issobellam Keris filios et filias dictorum Wil. et Eliz., cum consensu Joannis Forret de Pinga-k,—[qua,—pro impletione decreti arbitralis inter dictas personas, et dictum And. K. seniore onus suscipientem pro omnibus prolibus legitimis descendenti-

bus ex quond. Domina Joneta Kirkcaldy domina de Fernyhirst, ab una, WILLELMUM KIRKCALDIE de Grange suum consanguineum pro ipso et pro Waltero Adamesoun burgen. de Edinburgh, ab altera partibus, pronunciat 23 Jun. 1597, in libris dominorum concilii registrati 4 Mar. 1597, —vendiderunt dicto Willelmo Kirkcaldy, irredimabiliter,—terras et baroniam de Grange, cum fortalicio, manerie, molendinis, terris molendinariis et columbariis, dime-dietatem terrarum de Tyrie cum carbonariis, terras de Banchrie, Norther Pittedie, Balbirdy, et castrum de Kingorne cum monte, toftis et croftis, vic. Fyff :—TENEND. dicto Willelmo Kirkcaldy, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, quibus deficientibus, heredibus ejus quibuscunque, de rege :—REDDEND. unum denarium albe firme :—cum precepto sasine directo Jac. Orrok incole ville de Glasmonth :—TEST. Joanne Monypenny apparente de Pitmillie, Jac. Stewart filio quond. capitani Jacobi S., Adam Ruthirfurd, Nic. Oswald, servis dicti And., M. Wil. Kelly, Rob. Stewart servo domini Grange, M. Wil. Murray, M. Francisco Bothuell, M. Jo. Johnstoun vocato de Elphinstoun :—carta scripta per Wil. Swane servitorem M. Willelmi Kellie scribe signeti regii :—Apud Fairnyhirst et Edinburgh, 16 et . . . Aug. 1598] :—PRETEREA, pro bono servitio, suprascripta dicto Wil. Kirkcaldy de novo dedit, et (quemadmodum Jacobus V. rex et Maria regina antea) in liberam baroniam de Grange incorporavit :—REDDEND. *ut supra* :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 474.

831. Apud Halyrudhous, 15 Jan.

REX ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit D. THOME ERSKENE de Gogar militi, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—illas quartam et decimam sextam partes terrarum de Eister Row cum mansione, in senesc. de Menteith, vic. Perth ;—quarum dictus Tho. et ejus predecessores fuerant rentellarii et feudifirmarii multis annis elapsis :—REDDEND. 10 libras 8 sol. 4 den., cum parte marte secundum ratam, et 20 den. nove aug-

¹ The introductory clause adds "militis."

mentationis; necnon duplicando feodifirmam in introitu heredum; et sustentando domos et politiam solo corresponden.; et si in solutione deficerent per duos annos excurrentes, hoc infeofamentum expiraret:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 509.

832. Apud Halyrudhous, 15 Jan.

REX ratificavit cartam feudifirme per quondam Pat. episcopum Moravie commendatarium de Scona, et ejusdem conventum, factam quondam Joanni M'Kye seniori in vitali reddito, et quond. Georgio M. ejus nepoti in feodo, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Geo. et assignatis non majoris gradus quibuscunque,—de quarta parte terrarum de Wester Banchreis (per dictum Jo. occupat.), in dominio et regalitate de Scona, vic. Perth;—cujus vitalem redditum quond. Jo. Ballenden de Auchnoule miles, feodum dictus Jo. tanquam tutor quondam Ludovici sui filii et heredis apparentis, resignavit:—PRETEREA, pro bono servitio, dictas terras ALEXANDRO M'KIE filio natu maximo dicti Georgii M. portionarii de West Banchreis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de novo in feudifirmam dimisit:—REDDEND. 4 libras, cum 6 caponibus, 6 pultreis, 2 anseribus, 16 sol. loco gressume, et 20 sol. augmentationis; cum inductione 6 *lie riklis* cespitum a moris dicte abbacie ad locum ejusdem, et deficientibus moris, inductione carbonum seu glebarum ab oppido de Perth equivalenter; cum arriagiis, carriagiis, divoriis et aliis servitiis consuet.; cum presentia ad 3 placita capitalia, et in aliis curiis regis cum premoniti essent, et in itinere justiciarie cum contingeret; et interessent cum rege seu regis vicengerentibus in exercitiis regis armati propriis sumptibus; cum servitiis solitis molendino de Wester Banchreis; et duplicando dict. 5 lib. 16 sol. in introitu heredum aut assignatorum; et si deficerent in solutione per duos terminos in tertium concurrentes, hec locatio expiraret:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 522.

833. Apud Halyrudhous, 18 Jan.

REX,—pro se et tanquam administrator

&c. (*ut in carta 171*),—concessit WALTERO DOMINO BLANTYRE suo thesaurario, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Blantyre, cum molendinis, piscariis, fortalicio, tenentibus &c., vic. de Lanerk; 5 mercatas terrarum antiqui extentus de Birdisfeild et Bellisfeild, 2 mercatas ant. ext. de Syde, in dictis baronia et vic.; extenden. in toto ad 40 libratas ant. ext.; 20 sol. terrarum de Wrichtland cum fortaliciis et mansione, 5 librat. de Cardonald, 8 librat. de Eister Hendirstoun, terras de Wester H. extenden. ad 5 librat., ant. ext., cum piscariis et molendinis, in parochia de Pasleto, baronia et vic. de Ranfrew;—quas terras de Birdisfeild, Bellisfeild et Syde David Dumbar de Dalclork in favorem dicti Walt., ceteras idem Walt. personaliter, resignaverunt;—necnon advocacionem celle sive prioratus de Blantyre postea in rectoriam et vicariam erecte;—quam idem Walt. personaliter, et Alex. dom. Home tanquam commendatarius abbacie de Jedburgh cui dicta cella annexa fuerat ex antiquo, resignaverunt:—INSUPER rex,—memoria recolens servitium sibi tam in propria sua persona a suis cunabulis et infantia quam in reipublice administratione absque culpa prestitum,—de novo dedit dicto Walt. suprascripta, viz. baroniam de Blantyre comprehenden. *lie* Maines de B. cum manerie loco, terras de Girnelcroft, Preistisfeild et Preistisfeilderoft, molendinum granarium de B. nuncupat. *lie* Mylnehauch cum terris molendinariis &c., terras de Barnehill, Auchinraith, Syde, Baithous, Blantyr-ferme, Bairdislykis, Burdisfeild, Ballisfeild, Park et Auchintiber, Lyikyok et Holynebarnis, et Mochludge, cum silvis, piscariis tam salmonum quam aliorum alborum piscium in aqua de Clyd, moris, marresiis, pratis, pascuis, tenentibus &c., carbonibus, advocacione ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum, cum ceteris terris &c. dicte baronie, et dict. terras de Wrichtland et seqq.:—PRETEREA,—quia terre temporales episcopatum et monasteriorum corone annexe sunt, sic quod nihil restaret beneficiorum nisi ecclesie et decime, quas a monasteriis dissolvere et in rectorias et vicarias erigere solitus est,—cum consensu

dictorum Walteri et Alexandri, dictam cellam de Blantyre a monasterio de Jedburgh dissolvit, et in distinctam rectoriam et vicariam erexit:—**ULTERIUS** rex omnia suprascripta erexit in liberam baroniam de Blantyre, ordinando fortalitium de B. principale fore messuagium:—**INSUPER** erexit villam de Blantyre—in liberum burgum in baronia, nuncupandum **BURGUM DE BLANTYRE**; concedendo inhabitantibus potestatem vendendi &c., burgenses liberos creandi, habendi crucem forealem ac diem forealem heptomadatum die Jovis, ac diem nundinarum annuatim 14 Oct.; cum potestate dicto Walt. deputandi custodes nundinarum &c., et ordinandi ballivos annuatim aliosque officarios, ac pretorium pro justitia ministranda tenendi; cum ceteris privilegiis ad quemvis burgum in baronia infra regnum spectantibus:—**REDDEND.** regi pro terris infra vic. de Lanerk unum burile *lie brotch* auri ponderis *lie larynobill*, pro dicta advocacione unum den., necnon Henrico principi pro Wrichtland 2 den. argenti, pro Cardonald duo calcaria deaurata, pro Henderstoun 2 den., nomine albe firme:—**TEST. ut in aliis cartis &c.**

xli. 504.

834. Apud Halyrudhous, 18 Jan.

REX confirmavit cartam factam per quondam Jo. archiepisc. S. Andree et abbatem de Pasleto,—[qua, cum consensu capituli S. Andree,—pro 96 merc. 15 den. persolutis,—ad feudifirmam dimisit (quondam) **ANDREE ROBERTSOUN** in¹ Cunzoquhy, in vitali reddito, et postea (quondam) **PATRICIO ROBERTSON** in Fynmond et heredibus ejus masculis quibuscunque, quibus deficientibus, seniori heredum feminearum absque divisione,—decimam sextam et trigesimam secundam partes ville et terrarum de Cunzoquhy (per dictum And. occupat.), in dominio suo de Monymele, regalitate Sancti Andree, vic. de Fyiff:—**REDDEND.** dicto archiepiscopo 1 bollam 2 firloas frumenti, 3 bol. ordei, 1 bol. 2 firlo. farine avenaticæ, 6 capones, 41 sol. 8 den. monete, ac 16 sol. 8 den. loco gressume quinquennalis, et 9 den. augmentationis, in

toto 59 sol. 1 den. monete, cum arreagiis et carreagiis et ceteris oneribus et servitiis debitis et consuetis; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia apud S. Andream; necnon duplicando feudifirmam pecuniariam in introitu heredum:—**TEST.** Geo. abbate de Dunfermeling, M. Alex. Forres rectore de Logy-Montrois, Rob. Hammiltoun camerario dicti archiepisc., Jo. Hammiltoun in Blakston, Tho. Hammiltoun de Schottis:—Apud metropolitanam ecclesiam Sancti Andree, 8 Jan. 1551, anno consecrationis sue 6, translationis 3]:—**PRETEREA**, pro bono servitio, dictas terras **JACOBO ROBERTSOUN** tunc earum feodatario, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de novo in feudifirmam dimisit:—**REDDEND.** dictas firmas, gressumas, servitia &c.; et 20 den. in augmentationem rentalis, in toto 3 lib. monete:—**TEST. ut in aliis cartis &c.** xlii. 22.

835. Apud Halyrudhous, 19 Jan.

REX confirmavit **DAVIDI MAXWELL** de Teling, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—*lie* Maynis de Teling nuncupat. *the Mylnetoun* cum molendino, terras de Baluthie, dimedietatem de Balgrow et de Kirtoun et de Pakkemmo et de Packello, vic. Forfare; terras de Polgavie, vic. Perth;—quas idem David resignavit; et quas rex, pro servitio sibi snisque progenitoribus per dictum Dav. ejusque predecessores prestito, ei de novo dedit, cum fortalicio, manerie loco, columbariis, terris molendinariis &c.; et easdem incorporavit in liberam baroniam de Teling, et voluit quod unica sasina apud maneriem de Kirtoun de Teling pro omnibus stare:—**TEST. ut in aliis cartis &c.** xli. 511.

836. Apud Halyrudhous, 20 Jan.

REX,—cum consensu &c. (81.),—in feudifirmam dimisit **JOANNI LYNDSEY** de Auchinskeach—terras de Clonyark, Auchinskeache, Auchinhay, Auchinlosk et Glentosken, in senesc. de Kirkeudbrycht;—quas idem Jo. et ejus predecessores tenuerunt per infeofamentum feudifirme ei in feodo et quondam Jacobo L. ejus patri in

¹ In introductory clause "de Kynzoquhy."

vitali reddito per Mariam reginam concessum:—TENEND. dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. sine divisione, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus ejus quibuscunque:—REDDEND. 13 libras 11 sol., 9 sol. antique augmentationis, necnon 3 sol. 4 den. nove augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et edificando mansionem cum aula &c., cum politis solo respondentibus; cum prohibitione alienandi absque licentia regis; et essent armati &c. (cum ceteris *ut in carta* 306):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 488.

837. Apud Halierudhous, 20 Jan.

REX concessit EDUARDO BROUN filio et heredi quondam Joannis B. in Ferrietoun, et KATHERINE YOUNGER ejus conjugii,—terras de Keir (intra bondas specificatas), in dominio de Culros, vic. de Perth;—quas Ranaldus Maistertoun de Bad resignavit:—INSUPER rex ratificavit infeofamenta per commendatarium de Culros dicto Ronaldo ejusque predecesoribus et autoribus desuper facta; et,—pro bono servitio dicti Eduardi, ac pro pecuniarum summis persolutis,—dictas terras dictis personis de novo ad feudifirmam dimisit, cum earum carbonibus que nunquam in feudifirma prius locabantur:—TENEND. dictis Ed. et Kath. in vitali reddito, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Ed. quibuscunque:—REDDEND. 3 mercas, et sex pultreas, cum arreatio, carreatio et divoris consuet., cum 13 sol. 4 den. antique augmentationis, et 10 sol. nove augmentationis; necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia dicti monast.; et pro carbonibus 3 sol. 4 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 502.

838. Apud Palatium de Halyrudhous, 20 Jan.

REX confirmavit cartam factam per Alex. Wischert de Carnebege,—[qua vendidit HENRICO WISCHEERT filio suo, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Wester Carnebege alias Mekil Carnebeg,

in baronia de Pittarro, vic. Kincardin:—RESERVATO libero tenemento dicto Alex. W. et Marjorie Falconar sponse sue:—TENEND. de dicto Alex. W. (intra bondas specificat.); cum communi pastura et cum petariis et focalibus in *lie peitmos* de Camnok jacen. ex australi parte terrarum de Justifeild, in moro de Lytill Carnebege, ac cum piscaria in communiis sive aliis locis consuetis:—REDDEND. 6 den. albe firmæ:—cum precepto sasine directo Geo. Barelay de Syde:—REDIMENDAS per solutionem aut consignationem 520 merc., cum litera assedationis et ballivatus diet. terrarum dicto Hen. pro 19 annis post redemptionem pro annua solutione secundum tenorem reservationis per dictum Alex. quondam D. Joanni Wischert de Pittarro militi concessæ:—TEST. *Alex. Falconer apparent of Halcartoun, Pat. F. brother to the said Alex., James Strathcauchin in Gysmistoun, And. Watson, Wd. Smyth, Andro Tallow, John Feittis*:—Apud Carnebege, 8 Mar. 1593]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 506.

839. Apud Halierudhous, 22 Jan.

REX,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit GEORGIO CAMPBELL de Cesnok, et heredibus quibuscunque ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus et legit. heredibus ejus masc. quibuscunque arma et cognomen de Campbell gerentibus,—40 solidatas terrarum de Nethir Qulithauch (tunc per dictum Geo., olim per Wil. Campbell occupat.), 18 sol. de Over Auchmilling (per Jac. Reid et Jo. Sawyer occupat.), 10 solidat. de Croftheid in Auchminoch (olim per Geo. Broun occupatas), 30 sol. in Auchinbrane (olim per Geo. Nicoll et Geo. Bowman occupat.), 14 sol. ibidem (olim per Tho. Michell occupat.), 13 sol. 4 den. de Barboich (olim per Ric. Campbell occupat.), 15 sol. de Auchminoch (olim per Jo. et Ric. Mongy occupat.), 13 sol. 4 den. de Boigheid in Barmure (olim per Hugonem Campbell occupat.), 10 sol. in Carleith (olim per Jac. Patoun occupat.), 6 sol. 2 den. de Logane (olim per quondam Jo. Sym occupatas), antiqui extentus, in dominio de Kylesmure, vic. Air: quas (olim de monasterio de Melros tentas) idem

Geo. C. in favorem suum resignavit; et quas rex,—pro servitio sibi et predecessoribus suis per eum et ejus predecessores impenso,—de novo dicto Geo. in feudifirmam dimisit, et in liberam tenandriam de Nether-Quhithauch incorporavit, statuendo maneriem de N. principale messuagium fore:—REDDEND. pro Nether-Quhithauch &c. (usque ad 15 sol. de Auchminnoche) 7 lib. 4 den., 6 sol. 8 den. augmentationis, et 6 sol. 8 den. pro bondagio et cariagio, in toto 7 lib. 13 sol. 6 den.; pro Boigheid 13 sol. 4 den., 6 den. pro arreagio et carreagio, 9 den. pro bondagio, et 5 sol. augmentationis, in toto 19 sol. 7 den.; pro Carleith 10 sol., et 16 den. pro areagiis, careagiis, bondagio et augmentatione, in toto 14 sol. 8½ den.; pro Logane 6 sol. 2 den., 3 den. pro arreagio et cariagio, 9 den. pro bondagio, et 2 sol. 5 den. augmentationis, in toto 9 sol. 6 den.;¹ et 2 sol. 11½ den. nove augmentationis, in toto 10 lib.; et triplum &c. (cum ceteris *ut in carta* 626):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 478.

840. Apud Halyrudhous, 22 Jan.

REX concessit et, pro bono servitio ac pro pecuniarum summis persolutis, de novo dedit ROBERTO DURIE feudatario de eodem, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—villam et terras de South Ferrie de Portineraig, cum portu, brueriis, cuniculariis, 6 acres vocat. Gibbislaud cum domo et turre super eisdem, cum piscaria, et cum jure cimbe transportatorie cum feodis &c., et cum feudifirmis, tenentibus &c., in regalitate S. Andree, vic. Fyiff;—quarum vitalem redditum D. Rob. Melvill de Murdocarny miles et Domina Maria Leslie ejus conjux, feudum D. Rob. Melvill junior de Brunteland miles, resignaverunt:—PRETEREA rex,—intelligens suprascripta ad archiepiscopum S. Andree pertinuisse, et quibusdam personis in feudifirma locata esse, et tunc magnopere politiis et edificiis aucta esse, ut exinde legii regis et etiam extranei dictam villam frequentantes maxime suppeditarentur,—crexit suprascripta in liberum burgum baronie; conce-

dendo inhabitantibus potestatem (cum consensu dicti Rob. D.) eligendi ballivos, consules, officarios, curias burgales habendi, burgenses creandi, emendi et vendendi vinum &c., habendi hepdom(ad)atim duos dies forales, diem Martis et diem Veneris, cum communibus nundinis bis in anno die S. Fillani et die S. Laurentii et per octavas earundem, levandi tholas &c., recipiendi anchoragias, custumas et devorias portus, piscationum et transportatoriarum cimbarum, onerandi et exonerandi *lie los et latin*:—REDDEND. 25 lib. 14 sol. 11 den., 65½ capones (vel 12 den. pro quolibet), et 3 sol. 4 den. nove augmentationis; et duplicando dict. feudifirmam pecunie in introitu heredum; necnon prestando servitium burgi baronie debit. et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 505.

841. Apud Halyruiddhous, 23 Jan.

REX,—cum consensu &c. (81.),—ad feudifirmam dimisit HELENE HOME relictę Henrici Hopper, in vitali reddito, et JACOBEO HOPPER filio legitimo quondam Jacobi H. in Bourhousis ejus nepoti, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione per eum legitime procreand., quibus def., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—2 liras *lie riggis* octavam partem ville et terrarum de West Barnis appellatas, in dominio de Dumbar, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—que ad dictum quond. Jac. tanquam nativum tenentem in feudifirma pertinuerunt:—SOLVEND. &c. *ut in carta* 489:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 532.

842. Apud Halyruiddhous, 25 Jan.

REX,—cum avisamento &c. (80.),—concessit et de novo dedit JOANNI HAY de Wrie, heredibus ejus et assignatis,² in feudifirma,—villam et terras de Logyterrie cum portu et piscationibus, in baronia de Rescobie, parochia de Fetterresso, vic. de Kincardin;—quas, olim de archiepiscopo S. Andree tentas, Arch. Wode de . . . cum

¹ So *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxx. fol. 175. The Great Seal Register has "2 sol. 6 den."

² In the *Tenendas* clause the destination is "heredibus ejus masculis."

consensu Joneto Barclay sponse sue in favorem dicti Jo. resignavit:—REDDEND. 6 lib. 13 sol. 4 den. feudifirme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis; ac 3 sectas ad 3 curias capitales apud Rescoby; cum ceteris servitiis consuetis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 485.

843. Apud Halierudehous, 25 Jan.

REX, pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit ALEXANDRO HAMMILTOUN seniori de Innerweik et CHRISTINE HAMMILTOUN ejussponse in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. dicti Alexandri (de corpore) legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Alex. et assignatis quibuscunque,—terras de Ballincreeff, cum manerie, columbariis, molendinis, terris molendinariis, silvis, carbonariis, lacubus, piscationibus, cuniculariis, tenentibus &c., et feudifirmis, vic. Lullythgow et Bathgaitt, et per annexationem in baronia et vic. de Ranfrew;—quas idem Alex. personaliter resignavit;—necnon dicto Alex., heredibus ejus masc. respective et assignatis,—terras ecclesiasticas de Bathgaitt, cum tenentibus &c., et feudifirmis, cum advocacione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Bathgaitt, jacentes *ut supra*;—quas Marcus dominus Newbottill in favorem dicti Alex. resignavit;—et quas omnes rex incorporavit in liberam baroniam de Ballincreeff:—SOLVEND. Henrico principi Scotie pro Ballincreeff servitium wardae &c.; pro terris ecclesiasticis 6 libras albe firme (tanquam pro devoria correspondente reliquis terris domini de Newbottill); necnon duplicando dict. 6 lib. in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 27.

844. Apud Halyruidhous, 26 Jan.

REX concessit M. GEORGIO SEYTOUN, tutori de Meldrum,—solarem dimedietatem ville et terrarum de Barrach, dimed. terrarum de Westerhous, Phillow, Eschinheid, Furdailhous, molendini de Bourty et ejus

terrarum &c., sextam partem de Petgaveny, dimed. de *lie* Murectoun, dimed. multurarum et sequelium ejusdem et *lie* *knaijschip*, cum maneriis, tenentibus &c., in parochia de Bourty, vic. Abirdene;—que fuerunt Alexandri Blakhall de eodem, de rege tente per servitium wardae; et regi devenerunt ob alienationem per eum aut ejus predecessores factam absque licentia regis;—necnon umbralem dimed. de Barroch, dimed. de Westerhous et ceterorum suprascript.;—que fuerunt quondam Willelmi King de Barrach et Jacobi K. ejus filii, tente *ut supra*; et regi devenerunt *ut supra*:—cum potestate dicto Geo. pro declaratione dictarum recognitionum prosequendi:—TENEND. dicto Geo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, et eorum assignatis, quibus deficientibus, Jacobo Seytoun de Bourty burgen. de Abirdene, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., Joanni S. de Meldrum, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 476.

845. Apud Halierudhous, 26 Jan.

REX confirmavit et,—pro servitio sibi ac progenitoribus suis prestito presertim in defensione regni, ac pro pecuniarum summis persolutis,—de novo dedit PATRICIO NEWTOUN de eodem, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Newtoun, cum tenentibus &c., in constab. de Hadingtoun, vic. de Edinburgh;—quas idem Pat. resignavit:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; taxando wardam et nonintroitum ad 53 libras 6 sol. 8 den. annuatim, relevium ad 53 lib. 6 sol. 8 den., et maritagium ad 400 merc.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 479.

846. Apud Halierudhous, 26 Jan.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—confirmavit et, pro bono servitio, quitteclamavit JOANNI COMITI DE CASSILLIS domino Kennedy &c., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—3 mercatas terrarum de Barqhaskyne, 3 mercatas de Culroy, 3¹ mercatas de Auchmalg, 2

¹ So the *Novodamus* and other clauses. The dispositive clause reads, "2 mercat." See *Regist. Magni Sigilli*, A.D. 1546-1580, No. 2202.

mercatas de Creaches, 3 librat. de Hidder Synnonnes cum molendino de Kirkeryst desuper situato, ejus terris &c., 10 sol. de Auchinfad, 30 sol. de Litill Barloccart, 46 sol. 8 den. de Meikill Barloccart, 3 mercat. de Dirwardis, 20 sol. nuncupat. Wode de Dirwardis, 5 mercat. de Dirgollis, 3 mercat. de Blairdirrie, 6 sol. 8 den. de Cassingzell, 3½ mercat. de Barnsalyie, 2 mercat. de Glenjorie, 4 mercat. de Glenhouill, 5 lib. de Cascreoch, 5 merc. de Annabagleische, mercatam de Dirngamoir, 3 mercatas de Knok, 2 mercat. de Dursculweyne, mercatam de Dirnane, 2 mercatas de Craiginveauche, 4 librat. de Grenane, 20 sol. de Drumpaill, 20 sol. de Glenshammer, 3 mercat. de Gas, 2 mercat. de Glenetne, 2 mercat. de Kilchyrn, 4 mercat. de Balneill, 4 mercat. de Drumgangour, 3 mercat. de Kilmakfadzeane, 3 mercat. de Dowgrie, 2 mercatas de Dirnmow, 4 mercat. de Glenuhillie, Marelauch, Ma(r)klow et G(l)enkittin, mercatam de Craigache, 2 mercat. de Dalnigep, 4 mercatas de Kilfedder, 3 mercatas de Craigberinoche, 3 mercat. de Barlure, 3 mercatas de Barnesangand, 6 mercat. de Knoktibey, 5 mercat. de Ardowland, 3 mercat. de Craig, 3 mercat. de Arhamyn, 4 mercat. de Litill Dunraggit, 20 sol. de Ganoch, 20 sol. de Qulhytecrnik, 3 mercatas de Challoch, 7 mercat. de Clannerie, 6 mercat. de Balnab, 10 mercat. de Barnes cum molendino, terris molendinariis &c., 2 mercat. de Miltonische, 3 mercatas de Poltiduff, 4 mercatas de Balmurie, 7 mercat. de Artfeild, 2 mercat. de Garvellane, 5 mercat. de Hidder Torris, 46 sol. 8 den. de Over Torris, et mercatam de Balmasche, necnon terras nuncupatas Fernielandis cum decimis garbalibus inclusis nunquam separatis, viz. 20 sol. terrarum de Drochdaill, 8 mercatas de Gillaspik et Craignargat cum stallangia, 3 mercat. de Colquhossorne, 4 mercat. de Machreidmoir (Machriemoir), 4 mercat. de Nethir Synnonnes, 5 mercat. de Meikill Dunraggit, 7 mercatas de Galdenoch cum molendino desuper situato, ejus terris &c., 2½ mercat. de Caimeray, 3 mercat. de Ballincarric, 2½ mercat. de Kilphillane, 30 sol. de Challockmaw, 20 sol. de Park cum silva, 5 librat. de Cultistoun et Blakmark, 20 solidat. de

Bailcaill, 6½ mercat. de Ballinglauche, cum molendino de Clauchtane de Glenluce, et cum piscatione salmonum in aqua de Luce a capite usque ad finem, cum piscaria consueta in aqua salsa, vic. Wigton; cum arreagiis et carreagiis, caponibus et pultreis; —quas, olim de monasterio de Glenluce tentas, idem Jo. resignavit; et quas rex ei de novo dedit, cum castris, maneribus, molendinis, silvis, piscariis; et easdem incorporavit in liberam baroniam de Glenluce, ut unica sasina apud Arhamyn capienda pro omnibus staret:—REDDEND. 500 lib., 12 bollas tritici, 120 bol. ordei, 698 bol. farine avenatice (vel 8 merc. pro qualibet celdra victualium), et 23 lib. 6 sol. 8 den. augmentationis, in toto 800 lib.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ad dictam baroniam:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 503.

847. Apud Halierudhous, 26 Jan.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit M. GEORGIO SEYTOUN, tutori de Meldrum,—solarem dimedietatem ville et terrarum de Barrach, et dimed. terrarum de Westerhous (et cetera *ut in carta* 844, omissis alteris dimedietatibus); —quas Jac. Seytoun de Bourty burgensis de Abirdene, et Alex. Blakhall de eodem, in favorem dicti Geo. resignaverunt; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Barrach:—TENEND. dicto Georgio et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, et eorum assignatis, quibus deficientibus, dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., Joanni Seytoun de Meldrum filio quondam Alexandri S. de M., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 510.

848. Apud Edinburgum, 26 Jan.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JACOBO KAY scribe signeti sui, et ELIZABETHE SCOTT ejus sponse, —terras de Pincartoun, cum libertate *lie wrak* et *waïr* infra maris fluxum colligendi et abducendi per terras et *lie bank* jacen. inter mare et terras de P. versus occidentalem earundem partem pro stercoracione earundem, jacen. prope burgum de Craill.

vic. Fyiff;—quas Jo. Arnot de Wodmylue, cum consensu Cristine Fairny sponse sue, Joannis A. de Pettollie filii sui et heredis apparentis et Eliz. Aytoun sponse dicti Jo. junioris, in eorum favorem resignavit:—TENEND. dictis Jac. et Eliz. S. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Jac., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque reversione:—REDDEND. regi communem sectam in curia vic. de Fyiff, cum warda &c.; taxando wardam et nonintroitum ad 20 mercas annuatim, relevium ad 20 merc., maritagium ad 100 merc.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 520.

849. Apud Halyruidhous, 27 Jan.

REX confirmavit cartam factam per Alex. commendatarium de Culros, et ejusdem conventum,—[qua, pro bono servitio &c., concesserunt (quondam) DAVIDI SANDIS fratri germano (quond.) Thome S. de Sandis, et HELENE PRYMROIS ejus future sponse,—terras de Birkinheid, in dominio de Culros, vic. Fyiff (Perth);—quas Tho. Sandis et Joneta M'Brek ejus sponsa resignaverunt:—TENEND. dictis Dav. et Hel. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, propinquioribus heredibus dicti Dav. quibuscunque et assignatis, de dicto monast. in feudifirma:—REDDEND. 26 sol. 8 den., cum 4 *lie pultreis*, et 6 sol. 8 den. augmentationis (de qua summa 3 sol. 4 den. conventui ad parvum commune applicarentur), et cum arcagiis, careagiis, devoriis et servitiis debitis et consuetis; necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia apud dictum monast.; et duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Wil. Aitkin de Burwan:—TEST. M. Rob. Colville, Davide Prymrois, Duncano Prymrois, And. Forret, Alex. Hunter:—Apud dictum monast., 10 Sept. 1567]:—INSUPER, pro bono servitio, ac pro pecuniarum summis persolutis, dict. terras WILLELMO SANDIS tunc de Birkinheid, filio et heredi dictorum Dav. et Helene, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de novo ad feudifirmam dimisit:—REDDEND. regi *ut sup.*:—TEST. 75. 65. 46. 74. 72. 70. 49. 53. xli. 467.

850. Apud Halyruidhous, 28 Jan.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit WILLELMO KYNMAN de Hill, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Mureage, cum decimis garbalibus et aliis decimis inclusis que a fundo nunquam separari solebant (per dictum Wil. occupatas), in parochia de Errole, vic. Perth;—que olim ad abbatiam et prioratum de Charterhous apud Perth pertinerunt:—REDDEND. 10 libras 6 sol. 8 den., et 40 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 469.

851. Apud Halyruidhous, 1 Feb.

REX constituit GEORGIUM HAY de Nethir Lyff, pro ejus vita,—commendatarium et priorem de Charterhous prope Perth, et spiritualitatis ejusdem (temporalitate corone sue annexa), cum ecclesiis, decimis &c., et cum principali manerie loco, domibus, hortis et pomariis infra precinctum dicti monasterii, necnon cum voto in parliamentis &c.;—vacan. per dimissionem Jacobi Balfour de Cossertoun ultimi prioris, aut ob existentiam dicti Jacobi ad cornu remanentis ultra annum et diem pro non solutione Archibaldo Primrois ejus partis taxationis 100000 lib. per status regni concessa pro matrimonii regis decoratione, aut pro non impletione contractus cum M. Alexandro Sym advocato de data 1 Dec. 1590, in libris concilii registrati 30 Jul. 1591, aut pro non impletione obligationis dicto Alex. de data 6 Dec. 1590, in libris concilii registrat. 30 Jul. 1591. xli. 466.

852. Apud Halyruidhous, 1 Feb.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit GEORGIO HAY de Nethir Lyf, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras ecclesiasticas de Errole cum mansione, cum decimis garbalibus aliisque decimis inclusis que a solo nunquam separari solebant, in parochia de Errole, vic. Perth;—que olim ad abbatiam et prioratum de Charterhous prope Perth pertinerunt:—RESERVANDO ministro apud dict. ecclesiam curam servienti man-

sionem et glebam ibidem (possessas per M. Jac. Smyth tunc ministrum):—REDDEND. 26 sol. 8 den. (respectu quod plus dimidio dict. terrarum ministro reservatum est); necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 468.

853. Apud Halyruidhous, 2 Feb.

REX,—tanquam administrator &c. (*ut in carta* 450),—confirmavit cartam Joannis Blair de eodem,—[qua,—pro perimplatione contractus matrimonialis de data apud Glasgow, 5 Jul. 1589, registrati in libris commissarii Glasguen.,—vendidit ISABELLE BOYD liberali et legitime filie Thome magistri de Boyde (postea sponse Joannis Blair senioris filii et apparentis heredis dicti Jo. B.), in ejus pura virginitate, in vitali reddito,—7 libratas 6 sol. 8 den. terrarum antiqui extentus de Bogtoun, cum fortalicio et manerie, in parochia de Cathcart, vic. Re(n)frew:—RESERVANDO dicto Jo. seniori et Grisillidi Semple sponse sue privilegium lucrandi carbones pro eorum vitis successive, concedendo dictæ Is. sufficientes carbones pro sustentatione ejus familie:—REDDEND. dicto Jo. seniori unum den. albe firme:—eum precepto sasine directo Jo. Kneland juniori de Foscan:—TEST. Jo. Craufurd de Craufurdland, Roberto Blair burgen. Glasguensi, Hugone Blair ibidem, Wil. M'Kerrell:—Apud Glasgow, 16 Jul. 1589]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 470.

854. Apud Halyruidhous, 6 Feb.

REX confirmavit cartam Joannis Hay portionarii de Sandfurde, et Margarete Kyuneir ejus conjugis,—[qua, pro perimplatione contractus de data presentium, vendiderunt WILLELMO GRHAME de Ballawnie (Baldovie?), et ISSOBELLE MAXWELL ejus conjugii,—quartam partem terrarum, molendini et terrarum molendinariarum de Lumlethin, vic. de Forfar:—TENEND. dictis Wil. et Is. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Wil. G. quibuscunque, absque reversione, de rege:—cum precepto sasine directo Wil. Duncane chirurgo burgen. de Dundie:—TEST. Wil. Grhame

de Claverhous, Jac. Durhame de Petcarro, Wil. Duncane ballivo de Dundie, M. Alex. Wedderburne scriba ejusdem, Jo. Pattoun notario, Davide Wedderburne (scriba carte), Hen. Baxter burgen. de Cupro, Alexandro Ramsay burgen. de Dundie, Jacobo Hay fratre germano dicti Jo. H.:—Apud Dundie et Sandfurde, 5 et 12 Jun. 1595]:—TEST. 75. 65. 46. 74. 72. 70. 49. 50. xlii. 1.

855. Apud Halyruidhous, 9 Feb.

REX,—cum consensu &c. (92.),—in feudifirma dimisit DAVIDI GRAHAME filio legitimo quondam Joannis G. de Callender, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras ecclesiasticas vicarie de Comrie (inter ecclesiam de Comrie ex occidentali, aquam de Lednoch ex orientali, aquam de Erne, cum pecia terre eis incumbente ex australi parte dicte aque, ex australi), per dietum Dav. occupatas, in diocesi de Dumblane, vic. Perth;—que olim pertinuerunt ad dictam vicariam, unam ecclesiarum episcopatus Dumblanen.:—REDDEND. 20 sol., et 6 sol. 8 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 472.

856. Apud Halierudhous, 9 Feb.

REX confirmavit cartam Joannis domini Hammiltoun et Abirbrothok,—[qua concessit ARTHURO GARDIN de Banquhorie, et ELIZABETHE GORDOUN ejus sponse,—terras de Banquhorie cum piscatione salmonum super aqua de Dee, cum terris de Tullohill, in regalitate de Arbirbrothok, vic. Kincardin;—quas Geo. Mekdrum de Fywie in eorum favorem resignavit:—TENEND. dictis Arth. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Arth. quibuscunque sive assignatis, de dicto Jo. et successoribus suis in feudifirma:—REDDEND. 40 sol., ac servitia consueta; necnon regi divoria consueta:—cum precepto sasine directo Willelmo Wobster incole civitatis Veteris Abirdonen.:—TEST. D. Jo. Hammiltoun de Lettrik milite, Roberto Cunynghame de Gilberfeild, Rob. Hammiltoun de Quhame, Jo. Carnegie de eodem, M. Alex. Peirsone scriba burgi de Abirbrothok (scriptore

carte):—Apud Abirbrothok, 2 Maii 1598]:
—PRETEREA, pro bono servitio dicti Arth.,
suprascripta dietis personis de novo dedit:
—REDDEND. regi 40 sol., cum aliis servitiis
consuetis; necnon duplicando feudifirmam
in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis
cartis &c.* xli. 473.

857. Apud Halierudhous, 10 Feb.

REX crexit VILLAM DE FOCHABERS,
ad JACOBUM GORDOUN de Knok-
caspack in feudifirma pertinentem, in
dominio et regalitate de Wryuhart, vic.
de Elgin et Forres,—in liberum burgum
baronie; concedendo inhabitantibus potes-
tatem emendi et vendendi &c., naves, navi-
culas et cimbas ad portum de Spey onerandi
et exonerandi; et dicto Jac. et ejus here-
dibus licentiam creandi liberos burgenses,
ballivos &c.; cum potestate habendi crucem
forem, et forum heptom(ad)atim die Sa-
bathi, et liberas nundinas 8 Dec. (die Dive
Marie), et 25 Mar. (die B. Marie tempore
Carnisprivii), et 14 Aug. (primo die Dive
Marie tempore autumnali), et 5 Sept.
(posteriore die Dive Marie), cum custumis
&c.; et ceteris privilegiis burgi in baronia:
—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 507.

858. Apud Halierudhous, 13 Feb.

REX confirmavit THOME MELDRUM
de Eden filio et apparenti heredi quondam
Patricii M. de E., heredibus ejus masc. et
assignatis,—terras et baroniam de Eden,
viz. terras dominicales de E. cum fortalicio,
manerie, columbariis et silvis, Keilhill,
Holme, Stracharie, Auchmoull, Auchna-
mone, Fortrie, Aldeott,croftas de Eden,
cum molendino de E., astrictis multuris
&c., et cum salmonum piscaria earundem
super aqua de Doverne, cum tenentibus
&c., in parochia de Kynedwart, vic. de
Aberdene;—quas idem Tho., et And.
Meldrum de Fyvie, Geo. M. de Drumbrek
et Fyvie filius dicti And., et Geo. M. de
Fyvie filius et heres quondam Willelmi M.
de F., in favorem dicti Tho. resignaverunt:
—INSUPER rex suprascripta de novo dedit
dicto Tho. et ISSOBELLE URQUHART
ejus conjugi in conjuncta infeodatione, et
heredibus masc. inter eos legit. procreatis,
quibus deficientibus, legit. et propinqui-

onibus heredibus masc. et assignatis dicti
Thome quibuscunque:—REDDEND. mun-
den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis
&c.* xli. 475.

859. Apud Halierudhous, 17 Feb.

REX concessit et, pro bono servitio, de
novo dedit D. DUNCANO CAMPBELL
de Glenurquhy militi, heredibus ejus masc.
et assignatis quibuscunque,—20 solidatas
terrarum de Stuckabill, 20 sol. de Beneglas,
20 solidatas de Culloquharrie, 20 sol. de
Clochinbratan, 2 mercat. de Cullytermeir,
 $\frac{1}{2}$ mercat. de Inverrymeren, $\frac{1}{2}$ mercat. de
Nether Cullyter, mercatam de Caryark, 2
mercatas de Inverhaggonie, mercatam de
Litill Inverhaggonie, 3 mercat. de Inver-
hytill, mercatam de Portmillane, mercatam
de Inverrardran, 5 librat. de Ardelychell,
 $\frac{1}{2}$ mercat. de Conendache, cum maneriis,
insulis, silvis, forestis, molendinis, pis-
cationibus, tenentibus &c., extendentes in
toto ad 26 mercatas antiqui extentus, in
baronia de Glenfalloch, vic. Perth;—quas
Colinus Campbell feudatarius de Straquhir,
cum avisamento Caroli C. de S. patris sui,
in favorem dicti Dunc. resignavit;—nec-
non terras de Cowldar et Tynnaill, cum
silvis, piscationibus, molendinis, forestis,
vic. de Perth;—quas Wil. Moncreiff de
eodem in favorem dicti Dunc. resignavit;
et quas omnes rex incorporavit in liberam
baroniam de Glenfalloch, ut unica sasina
apud villam et terras de G. capienda pro
omnibus stare:—TEST. *ut in aliis cartis
&c.* xli. 477.

860. Apud Halierudhous, 19 Feb.

REX,—quia VILLA DE MAYBOILL
semper continuit 2 mercatas terrarum de
Torleiffen, 5 solidatas de Smythistoun et
mercatam de Mayboill, in balliatu de
Carrik, ab antiquo ad prebendam *the third
stall* ecclesie collegiate de M. pertinentes;
et quia ANDREAS GRAY prebendarius
diete prebende, et inhabitatores in dicta
villa, magnos sumptus impendebant pro
domorum constructione &c.,—erexit dict.
villam in liberum burgum baronie dicto
And. et ejus successoribus; cum potestate
dicto prebendario creandi ballivos, the-
saurarium, decanum gilde, consules, bur-

genses liberos &c.; necnon cum potestate burgensibus ad *lie pack* et *peill*, emend. et vendendum &c.; et dictis prebendario et burgensibus tenendi pretorium, et erueem foralem, cum duobus foris heptomadatum viz. die Martis et die Sabbathi, cum liberis nundinis bis in anno viz. die S. Cuthberti et Purificationis Marie Virginis, pro 2 diebus, cum custumis &c.; cum potestate dicto prebendario resignationes terrarum recipiendi et hujusmodi quibuscunque personis jus habentibus disponendi, curias burgales tenendi &c.:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 513.

861. Apud Halyruiddhous, 26 Feb.

REX concessit RODERICO M'KENZIE de Ardafailyie, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, ejus legit. et propinquioribus heredibus masc. quibuscunque cognomen et arma de M'Kenzie gerentibus,—terras et villas de Gargastoun et Newtown de Reidecastell, cum brasina *lie aillhous* de Newtown, et *the Smiddie-croft* earundem, cum manerie et castro de Reidecastell, in baronia de Delny, dominio de Ardmanoch, vic. de Invernes; terras et villam de Eister Kessok, fretum *the ferrie of Kessok*, piscariam *the Stell of Kessok* et brasinam *lie aillhous* de K., in baronia de Delnie, comitatu de Ros, vic. Invernes;—quas Kennethus M'Kenzie de Kyntaill pro hac carta efficienda resignavit; et quas rex, pro bono servitio, dicto Rod. de novo dedit, cum arreagiis, carriagiis, bondagiis, servitiis, servitudinibus et aliis devoriis quibuscunque per terras de Hiltoun de Reidecastell, Colcowie, Drumnamarge, Muren, Wester Kessok, Drynie, Drumderfatt, Mekill Saddle (Suddie), Balmaduthie, Ochterflo, Casteltoun, Pitcomacheys et *lie tua Half-Dowchis* (Davachis) solvendis ad *the place and Moynis of Reidecastell*:—TENEND. in feudi-firma:—REDDEND.¹ 43 lib. 10 sol. 4 den. pecunie, 2 eeldras 10 bollas 2 firlotas ordeï, 5 muttones, 3 martas, 16 gallinas fumosas, 80 onera focalium inter 1 Jun. et 1 Aug.),

12 capones, cum ceteris (si que essent) debit. et consuet., et 4 lib. 6 sol. 8 den. in partem augmentationis dicte baronie; et 117 lib. in introitu heredum; et molendo grana ibi crescentia (exceptis seminibus et aliis deduci solitis) ad molendina consueta, reddendo servitia, multuras et devorias debit. et consuet.; ac prestando presentiam ad curias capitales comitatus de Ros, et in aliis curiis cum citati essent; et si tres anni concurrerent solutione minime facta, hec carta nullius esset roboris:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 484.

862. Apud Halierrudhous, 27 Feb.

REX confirmavit cartam quond. Hugonis Montgomrey de Boighall,—[qua vendidit HUGONI MONTGOMREY de Braidstane, heredibus ejus et assignatis,—33 solidat. 4 den. terrarum antiqui extentus de Boighall, 16 sol. de Netherhill de Beyth, 40 sol. ant. ext. de Bigholme, 53 sol. 4 den. de Boig-syde et Fulwodheid, in parochia de Beyth, regalitate de Kilwyning, balliatu de Cunynghame, vic. Air:—TENEND. de rege in feudi-firma:—TEST. Hugone Montgomrey de Hissilheid, Hugone M. ejus filio, Tho. Nevin de Monkredding (scriptore carte), M. Joanne Young ministro Verbi Dei apud Beyth, Hugone Hammitoun de Brownmure, Jac. Philp servitore dicti Hugonis M. de Braidstane:—Apud Boighall, 29 Aug. 1598]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xli. 515.

863. Apud Halyrudhous, 27 Feb.

REX concessit et, pro bono servitio ac pro pecunie summa persoluta, de novo dedit D. DUNCANO CAMPBELL de Glenurquhy militi, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—6 mercatas terrarum de Emynerichane et Costinterrie tunc nuncupat. Eister et Wester Creichane, cum *lie schillingis*, silvis, piscationibus, molendinis, pascuis, in senese. de Menteith, vic. Perth;—quas Alex. Balfoure feudatarius de Boghall in ejus favorem resignavit:—REDDEND. unum den. argenteum nomine albe firme, cum juribus et servitiis

¹ The details are given conform to No. 1331 of the preceding volume: except that the quin-

quennial grassum is divided by five and made payable yearly.

debitis et consuetis :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 517.

864. Apud Halierudhous, 28 Feb.
 REX, pro bono servitio, constituit JOANNEM MURRAY filium Caroli M. de Cokpule, pro ejus vita,—commendatarium de Dundrenane et spiritualitatis ejusdem (temporalitate corone sue annexa), cum ecclesiis, decimis &c.;—vacan. per mortem Eduardi commendatarii de D. xli. 480.

865. Apud Halierudhous, 28 Feb.
 REX,—cum consensu &c. (81.),—concessit ALEXANDRO DOMINO LEVINGSTOUN, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, ejus heredibus masc. lineæ, tallie seu provisionis quibuscunque, ejus arma et cognomen gerentibus, et assignatis,—officium constabularie et custodie castri de Blaknes &c. (*ut in carta* 375);—que D. Jac. Sandilandis de Slamanno miles in favorem dicti Alex. resignavit; et que rex,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Alex. ejusque predecessores prestito tam pro defensione regii corporis quam totius regni tam intra quam extra idem,—dicto Alex. de novo dedit, cum piscariis et *lie cravis* de Blaknes infra mare :—REDDEND. administrationem in dicto officio et servitia inde debita et consuet., pro salinis unum den. argenti nomine albe firme, pro ceteris dicta servitia, et 2 den. albe firme, cum 26 cheldris carbonum si peterentur :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 529.

866. Apud Halierudhous, 1 Mar.
 REX concessit JACOBO CRAWFURD de Fermes, ANNABELLE HAMMILTOUN ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus dicti Jacobi quibuscunque,—10 librat. terrarum antiqui extentus de Ferme vocatas Crawfordis-ferme, cum fortalicio, manerie loco, piscationibus, 5 librat. ant.

ext. de Nobillis-ferme vocat. Coittis, cum carbonariis, vic. de Lanerk;—quas And. Crawford, frater germanus quondam Gavini C. de Ferme, in eorum favorem resignavit 28 Feb., absque reversione :—REDDEND. pro Crawfordis-ferme unum den., pro Nobillis-ferme 4 lib. capellano B. Marie de N., nomine albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlii. 30.

867. Apud Halyrudhous, 2 Mar.
 REX,—cum consensu &c. (81. 94. 95. 43. 89. 27. 59. 96. 97. 55. 39.),—confirmavit et, pro bono servitio, de novo in feudifirmam dimisit M. JOANNI SCHARP de Houstoun advocato coram dominis sessionis, heredibus ejus et assignatis,—villam et terras et terras dominicales de Houstoun, molendinum earundem, multuras, terras molendinarias, cum mansionibus, in dominio et vic. de Linlythgow;—quas idem Jo. personaliter, cum consensu D. Willelmi Stewart commendatarii de Pettinweime et Domine Issobelle Hepburne domine de Pitfirren ejus conjugis, necnon dicti Wil. et Is. per M. Jo. Serogie scribam procuratorem suum, resignaverunt :—REDDEND. *ut in carta* 131 :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 521.

868. Apud Edinburgum, 9 Mar.
 REX concessit M. JOANNI LAYNG custodi signeti sui, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Eister Morestoun (valentes annuatim 48 bollas victualium, $\frac{1}{2}$ farine et $\frac{1}{2}$ ordei, pretium bolle 50 sol.), cum tenentibus &c., in balliatu de Lauderdaill, vic. Berwik;—que fuerunt Georgii Home de Wedderburne militis; et (bonis mobilibus frustra quesitis, et intimatione executionis facta Joanni Millar et Joanni Raunald tenentibus), 27 Feb. 1598 (dicto M. Jo. comparente cum Jo. Halieday prolocutore), appreciate sunt¹ dicto M. Jo. pro 3600 mere. in partem

¹ Names of assize, summoned by Alex. Stobo messenger, officer of court :—Mr Pat. Hepburne of Smetoun, Jas. Strauthachin of Carmylie, Alex. Stewart of Brighous, And. Ker of Mylrig, Joh. Drummond of Hathornedaill, Tho. Otterburne of Ridhall senior, William Maull merchant burges of Edinburgh, Clement Kincaid portioner of

Coittis, Robert Ramsay of Wyliecleuch, David Williamsoun merchant burges of Edinburgh, John Mathesoun portioner of Brochtoun, James Strauthachin burges of Dundie, Jas. Henriesoun, Simon Henriesoun, Adam Thomsoun, surgeons burgesses of Edinburgh.

summe 4400 merc. (viz. 2000 merc., cum 200 merc. pro damno et expensis, ei debet. per Rob. Jowsie mercatorem tanquam principalem, et per Tho. Fowlis fabrum aurarium, et Jo. Gowrlaw customarium regis, burgenses de Edinburgh tanquam cautionarios, per literas obligatorias de data 3 Jun. 1596, in libris dotainorum concilii registrat. 9 Nov. 1596; et 2000 merc., cum 200 merc. pro damno et expensis, ei debet. per dictum Tho. tanquam principalem, et per Tho. Achesoun magistrum erarii regis, et Alex. Hunter, burgenses de Edinburgh tanquam cautionarios, per literas obligatorias de data 7 Jun. 1596, registratas *ut supra*; quas summas dictus Jo. L. assignaverat quondam M. Joanni Lyndsay de Balcarras secretario regis, qui [6 Jan. 1597] fecerat summam 30000 lib. dictis Rob. et Tho. debitam in manibus dicti Geo. arrestari per Ninianum Weir nunciium, et postea [14 Jan. 1597] dictum Jo. Layng ad jus suum restauraverat), necnon pro 180 merc. pro feodo Jacobi Hairstones nuncii vicecomitis in hac parte:—**REDDEND.** unam rubeam rosam nomine albe firme:—et voluit rex quod dictus Geo., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium:—**TEST.** *ut in aliis cartis* &c. xli. 516.

869. Apud Edinburgh, 10 Mar.

REX confirmavit cartam factam per Tho. Otterburne seniore de Reidhall, et D. Tho. O. juniorem de R. militem, cum consensu Mariote Lawder sponse dicti Tho. senioris et Domine Mariote Cokburne sponse dicti Tho. junioris, et cum consensu M. Georgii Lawder de Bas, Joannis Cokburne senioris de Clerkingtoun, D. Ricardi C. junioris de C. militis ejus filii, et dicti Tho. senioris, ad quorum instantias dictus Tho. junior interdictus est, necnon Joannis Watsoun portionarii de Sauchtounhall ad cujus instantiam dictus Tho. senior interdictus est, pro eorum interesse,—[qua,—pro perimplatione contractus de data presentium, in libris dominorum concilii registrandi,—vendiderunt M. JOANNI

SKENE clerico rotulorum registri, et HELENE SOMERVELL ejus conjugi,—terras dominicales de Reidhall, cum fortalicio, manerie, *lie bankis*, columbario, in baronia de R., vic. Edinburgh; orientalem dimedietatem terrarum de Gorgie et dimed. molendini ejusdem (occupatas per Tho. Wilkie, Jo. Broun et dictum Jo. Watsoun), dimed. multurarum, *lie knaifschip* et sequeularum ejusdem, jacen. *ut supra*;—et, in specie warrantum earundem, occidentalem dimed. de Gorgie (per dictum Tho. seniore occupat.), cum maneriebus, vic. Ranfrew:—**TEXEND.** dictis Jo. S. et Hel. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquiorebus heredibus masc. dicti Jo., arma et cognomen de Skene gerentibus, et eorum assignatis quibuscunque, de dicto Tho. juniore in feudifirma¹:—cum precepto sasine directo Jac. King advocato:—**TEST.** Jacobo King advocato, Jac. Spens et Jac. Stewinsoun servitoribus dicti Ric., M. Jac. Skene filio dicti Jo. S., Rob. Skene, Tho. Cokburne servitore dicti Jo. C., Jacobo Cokburne fratre dicti Jo., Alex. Dowglas capitano de Tantallann, Thoma Schortus servitore dicti Thome O. senioris, Davide Flescher notario:—carta scripta per Jo. Young servitorem Thome M'Cawlay scribe in Edinburgo:—Apud Edinburgum, Clerkington et Auldham, . . . Feb. 1598]:—**TEST.** *ut in aliis cartis* &c. xli. 523.

870. Apud Halierudhous, 11 Mar.

REX confirmavit cartam Angusii M'Connyll de Dunnavaig, domini de Kynntyre et Glennis,—[qua vendidit ARCHIBALDO M'CONNILL filio naturali suo, et heredibus (ejusde corpore) legit. procreatis, irredimabiliter, quibus deficientibus, dicto Ang., heredibus suis et assignat. reversuras,—20 librat. terrarum de Geya, viz. Canerraroeh, Terbert, Ardelachhay, Ardeglames, Chanteroecht, Layme, Kilchatchen, Ardewegeuis, Drumgoimnor, Drumgoubeg, Saule et Drumero, 16 mereat. terrarum in Kyntyre, viz. Mauebarrehanis, Clackkeill, Crailligille, Darrarichane et Lesnerk, 5 mercatas in Ila vocatas Knok(r)anissaile,

¹ The *Reddendo* is blank in the charter; in the introductory clause of No. 983 *infra* it is £24.

Ardararicht, Ardalsyne, Argarey, 8 mercat. in Knapdail vocatas Kilcammak, Gartnagreanauch, Muehtre, cum *Tossochdoir* totius Kyntyre a *lie* Mule usque ad Altosynnoch, vic. Terbert:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Arch. Lawmonth de Sillercraigis, Hector M'Allester de Ballenecill, Donaldo M'Kay servo dicti Angusii, Wil. Wallace servo Walteri dom. de Blantyre thesaurarii:—carta scripta *ut in carta* 796:—Apud civitatem de Glasgow, 9 Mar. 1598]:—INSUPER, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Arch. M. ejusque predecessores prestito, suprascripta ei de novo dedit, et in liberam baroniam de Geya incorporavit, ordinando maneriem de Geya principale fore messuagium:—TEST. 75. 65. 46. 74. 72. 70. 49. 50. xli. 512.

871. Apud Halierudhous, 12 Mar.

REX confirmavit cartam quondam D. Willelmi Murray de Tulliebardin equitis,—[qua concessit ALEXANDRO MURRAY, filio suo tertio genito,—terras suas de Drumdewan, cum molendino et ejus terris, ac superioritate terrarum de Newraw, in parochia de Methwen, vic. de Perth:—TENEND. dicto Alex. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Quintigerno M. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo M. eorum fratri (germano) et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., ad dictum D. Wil. et heredes suos dominos de Tulliebardin cognomine Murray reversuras, de dicto D. Wil.:—REDDEND. unum den. albe firme:—PROVISO quod non liceret suprascripta alienare absque consensu dicti D. Wil. et heredum, nisi prius eis vendidas obtulissent; et si heredes fem. fuissent, heredes masc. ratione provisionis prescripte successuri persolverent heredibus fem., si una fuisset, 500 mercas, si due, 1000 mere., si tres, 1000 lib.:—cum clausula warrantizationis, absque prejudicio contractus inter dictum D. Wil. et Jac. Rogie de Drumdewan initi, in libris commissarii de Dunkeld registrati:—cum precepto sasine directo Davidi Murray de Cars:—RESERVANDO liberum tenementum dicto D. Wil. et Anne Grahame sponse

903. Apud Halierudhous, 27 Apr.

REX confirmavit cartam factam per Leonardum commendatarium ¹de Cowpro, et ejusdem conventum,—[qua concesserunt JEANNE alias *Jeane* RUTHVEN relicte Laurentii Merser de Mekillour, in vitali reddito, et JOANNI MERSER ejus filio legitimo in feodo,—6 acras terrarum aut cocirca burgi de Kethlik jacen. ex occidentali parte ville de Calsayend ex ambobus lateribus foralis vie (inter toftum et terras Willelmi Gourlaw, viam descendantem ad Baitscheill et ad terras Jo. Ray, et Brwme-parkis), cum limitibus lacus jacen. inter dict. acras et terras dicti Wil., et pecia terre nuncupat. Litile-meadow ibidem, cum tofto, crofto, domibus &c. (per Jacobum Gray occupat.), in dominio de Cowpro, vic. de Perth ;—quas Jo. Bell burgen. de Dondie,

¹ In introductory clause “ abbatem.”

filius et heres quondam Joannis Bell in Calsayend, cum consensu Cristine Donaldsoun sponse sue domine vitalis redditus, in favorem dict. personarum resignavit:—TENEND. dicte Jeanne *ut supra*, dicto Jo. M. et heredibus ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Roberto M. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Laurentio M. eorum fratri germano, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de dicto monast. in feudifirma; cum communi pastura in communia villarum de Baitscheill et Calsayend, libertatibus in burgo baronie de Kethik, loco in Monkmyre ad glebas et focalia effodienda &c.:—REDDEND. 3 libras 6 sol., 6 sol. pro 18 pultreis, 16 den. pro areagiis, careagiis et servitiis consuetis, cum servitio tenentium in comitatu superioris in exercitiis regalibus; et si in solutione deficerent infra quindenum post terminum, liceret namare pro debitis cum 10 sol. pro damno et interesse convento:— cum precepto sasine directo Tho. Andirsoun et Walt. Pilmour:—TEST. M. Davide Creichtoun, And. Bride filio Davidis B. in Casteltoun, Thoma Andirsoun in Cowpro, Donaldlo M'Claren burgen. de Dundie, Jac. Straiththauchin, Jo. Robesoun, notariis publicis:—Apud dictum monast., 10 Sept. 1581]:—NECNON cartam Joannis Merser de Balmorie, et Joannis Rob in Calsayend de Cowpro in Angusio,—[qua, cum consensu Elizabethe Haliebertoun sponse dicti Jo. R. pro ejus interesse,—pro perimptione contractus inter se et Geo. Haliebertoun de Buttergask cautionarium suum ab una, personas infrascriptas et Jo. Ramsay de Jurdanstoun cautionarium ab altera partibus, de data presentium,— vendiderunt THOME BELL in Leittie, et JONETE ROGER ejus sponse,—dictas 6 acras, per dictum Jo. Bell quondam Jeanne Ruthven domine Strathurde in vitali reddito et dicto Jo. M. ejus filio alienatas, per dictum Jo. R. suosque subtenentes occupatas:—TENEND. dictis Tho. et Jon. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus def., heredibus et assignatis dicti Thome quibuscunque, absque reversione, de rege in feudifirma; cum communi pastura &c. (*ut supra*):—RED-

DEND. *ut sup.*:—cum precepto sasine directo Wil. Alschendour juniori in Cowbyre de Kethik:—TEST. Jacobo Haliebertoun de Petie, Edw. Patoun camerario de Cowper, Davide P. ejus fratre germano, Davide Mustert alias Wobster in Mekill Kethik, And. Gourlay in Calsayend, Jac. Forrester (scriptore carte) servo Donaldi Cargill notarii publici, et dicto Donaldlo:—Apud Calsayend de Cowpro, 6 Oct. 1598]:—PRETEREA,—eum avisamento &c. (93.),—dictas acras dictis personis in feudifirmam dimisit:—REDDEND. *ut supra*, et 3 sol. 4 den. nove augmentationis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 57.

904. Apud Halierudhous, 27 Apr.

REX confirmavit cartam Joannis Raa in Calsayend de Cowper, et Elizabethe Bell ejus conjugis, — [qua,—pro implemento contractus de data apud Calsayend de Cowpar et Laistoun, 12 et 19 Nov. 1596, et pro 1370 merc. persolutis,—vendiderunt WILLELMO OLIPHEIR in Laistoun, et JONETE SMYTH ejus sponse,—6 acras terrarum arabilium burgi de Kethik nuncupatas Buttirrishill (inter viam descendentem ad Baitscheill, terras de Kemphill, cunicularium, et acras olim quondam Jo. Bell tunc Joannis Rob), cum tenemento et horto earundem in Calsayend de Cowper (inter tenementa quond. Wil. Lowsoun et heredum quond. Wil. Campbell), jacen. in dominio Cowpri, vic. Perth;—que fuerunt dictorum Wil. O. et Jonete, viz. 2 acre absque reversione, relique sub reversione 600 merc.; et quas omnes iidem in favorem suum resignaverunt:—TENEND. dictis Wil. O. et Jon. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquiorebus heredibus dicti Willelmi O. quibuscunque, absque redemptione, de rege (virtute acti annexationis) in feudifirma:—REDDEND. annuatim 31 sol. 8 den.; cum observatione provisionum contentarum in infeofamento quondam Willelmo Raa, patri dicti Jo., per abbatem Cupri concessio:—cum precepto sasine:—TEST. M. Jo. Tully ludimagistro Cupri, Jo. Campbell de Souterhousis, Jo. Thome in Kingstoun de Bendochie, Laurentio Robertsoun servo dicti Wil. O.,

Tho. Fairhair, Donaldo Cargill, Jac. Strath-
auehin, notariis:—carta scripta per Rob.
Roche:—Apud Caprum, 10 Dec. 1596]:—
TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 58.

905. Apud Halierudhous, 29 Apr.

REX confirmavit cartam Jacobi Creich-
toun de Fren draucht militis,—[qua ven-
didit GEORGIO CRICHTOUN filio suo
secundogenito, heredibus ejus et assignatis
quibuscunque,— terras et baroniam de
Fren draucht, cum earum castro, nemoribus,
molendinis, tenentibus &c., advocacione
vicarie de Forg et capellanie insule de
Forg, vic. Abirdene; terras et baroniam
de Convaith alias Inverkethnie, cum
nemoribus, molendinis, piscariis super aqua
de Doverne, tenentibus &c., advocacione
vicarie de Inverkethnie, vic. Banff; villas
et terras de Newtoun et (*vel* de) Forgound,
cum advocacione capellanie de Forgund,
terras de Kirktoun-malar cum tenentibus
&c., terras de Hiltoun-malar, cum piscariis
de K. et H., vic. de Perth:—TENEND. de
rege:—cum precepto sasine:—TEST. Jac.
Creichtoun juniore de Bruntstoun, Walt.
Henriesoun scriba signeti regii, Wil. Leslie
servitore Jacobi Creichtoun de Auchin-
goull:—carta scripta per M. Davidem
Boyes servitorem dicti Walteri:—Apud
Edinburgum, 28 Apr. 1599]:—NECNON
aliam cartam ejusdem Jac. C. de F.,—[qua
vendidit Georgio Crichtoun filio suo
legitimo, heredibus ejus et assignatis qui-
buscunque,—villas et terras de Darley,
Boigis de D., Wodheid et molendinum de
D. cum multuris et sequelis, marresium *lie*
Mos de D., et *lie boiggis* ville et terrarum
de Ordley, in parochia de Auchterles, vic.
Abirdene;— et, in speciale warrantum
earundem, terras de Boigheidis de Jakis-
toun cum earum manerie, vic. Abirdene:—
TENEND. &c. *ut supra*]:—PRETEREA,—pro
servitio sibi suisque progenitoribus per
dictum Geo., ejus patrem aliosque pre-
decessores impenso sine defectione, necnon
pro magna compositione persoluta,—supra-
scripta dicto Geo. de novo dedit:—cum
licentia burgum baronie apud ecclesiam
parochialem de Forg edificandi, quod bur-
gum erexit in liberum BURGUM DE
FORG; concedendo dicto burgo et ejus

incolis liberatem emendi et vendendi &c.,
et liberos burgenses habendi; cum libertate
incolis, cum consensu dicti Georgii, creandi
ballivos &c., ac tenendi crucem, et diem
forem heptomadatum die Sabbathi, et
duas liberas mundinas annuatim, viz. unam
die Dominico Pascham procedente (vulgo
Palme-sunday), alteram 29 Sept. (dedicatio
Divi Michaelis archangeli vocat.), pro 5
diebus durantes, cum tholis &c., et curias
burgales tenendi:—ULTERIUS rex omnia
suprascripta incorporavit in unam baroniam
de Fren draucht et burgum de Forg:—
TEST. *ut in aliis cartis* &c. xli. 526.

906. Apud Halyrudhous, 21 Maii.

REX ad feudifirmam dimisit MARIOTE
STORIE relicte quond. Patricii Storie de
Myresyde, in vitali reddito, et JOANNI
STORIE eorum seniori filio legitimo
heredique apparenti, et heredibus masc.
ejus de corpore legit. procreandis, quibus
deficientibus, seniori heredum fem. absque
divisione de eo legit. procreand., quibus
def., heredibus ejus et assignatis quibus-
cunque,—decimam sextam partem (unum
lie rig) ville et terrarum de West Barnis
de Dumbar, cum terris de Myresyde, in
dominio de Dumbar, constab. de Hading-
toun, vic. de Edinburgh:—SOLVEND. pro
dicta riga 11 bollas tritici et 11 bol. ordei,
cum pecca victualium ($\frac{1}{2}$ tritici et $\frac{1}{2}$ ordei)
augmentationis, pro Myresyde 4 lib., et 3
sol. 4 den. augmentationis; et 6 libras 13
sol. 4 den. pro duplicatione in introitu
heredum ad dictam rigam, necnon 10 lib.
16 sol. 8 den. in introitu ad Myresyde;
et edificando &c. (cum ceteris clausulis *ut*
in carta 486):—TEST. *ut in aliis cartis*
&c. xliiii. 256.

907. Apud Palatium de Halierudhous,
21 Maii.

REX ad feudifirmam dimisit THOME
HOME in Eist-Barnis, favorabili *lie kyndlie*
tenenti terrarum infra recitatarum,—tres
partes vel rigas ville et terrarum de Eist
Barnis, in dominio de Dumbar, constab. de
Hadingtoun, vic. de Edinburgh:—TENEND.
dicto Tho. et heredibus masculis ejus de
corpore legit. procreatis, quibus deficienti-
bus, seniori heredum fem. absque divisione

de eo legit. procreat., quibus def., heredibus ejus et assignatis quibuscunque:—SOLVEND. 39 bollas tritici et 39 bollas hordei, cum firloa tritici et firloa hordei augmentationis; et 30 mercas pro duplicatione in introitu heredum; et edificando &c. (cum ceteris *ut in carta* 486):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 278.

908. Apud Palatium de Halyruidhous,
21 Maii.

REX ad feudifirmam dimisit JOANNI PURVES incole in Eist Barnis—decimam-sextam partem (vel unam rigam) ville et terrarum de Eist Barnis de Dumbar (per eum occupatam), in dominio de Dumbar, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—TENEND. dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione de eo legit. procreat., quibus def., heredibus ejus et assignatis quibuscunque:—SOLVEND. 13 bollas tritici et 13 bollas ordei, cum pecca victualium ($\frac{1}{2}$ tritici et $\frac{1}{2}$ ordei) augmentationis; et 10 mercas pro duplicatione in introitu heredum; et edificando &c. (cum ceteris clausulis *ut in carta* 486):—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 78. xliv. 105.

909. Apud Palatium de Halirudehous,
21 Maii.

REX ad feudifirmam dimisit GEORGIO SMYTH incole de Eist Barnis—decimam-sextam partem (vel unam rigam) ville et terrarum de Eist Barnis de Dumbar (per eum occupatam), in dominio de Dumbar, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—TENEND. dicto Geo. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione de eo legit. procreat., quibus def., heredibus ejus et assignatis quibuscunque:—SOLVEND. &c. *ut in carta* 908:—TEST. *ut in carta* 908. xliv. 106.

910. Apud Palatium de Halierudhous,
21 Maii.¹

REX ad feudifirmam dimisit GEORGIO

MAISLATT in Eist Barnis—decimam-sextam partem (vel unum *tie rig*) ville et terrarum de Eist Barnis de Dumbar (per eum occupatam), in dominio de Dumbar, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—TENEND. *ut in carta* 909:—SOLVEND. &c. *ut in carta* 908:—TEST. 79. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 50. xlv. 348.

911. Apud Halyruidhous, 22 Maii.

REX dedit literas remissionis JOANNI ARNOTE apparenti de Wodmylne, pro ejus vita duraturas,—pro interfectione Joannis Murray filii Caroli M. de Aikit mense . . ultime elapso; ac pro machinarum minorum (*lie pistollettis*) gestione et earum jaculatione et exoneratione ullo tempore preterito. xli. 537.

912. Apud Halyruidhous, 23 Maii.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit M. JACOBO DONALDSOUN advocato coram dominis concilii, in vitali reddito, necnon JOANNI DONALDSOUN ejus filio legitimo primogenito in feodo, —villam et terras de Inglishtoun de Essie, in baronia de Essie, dominio de Ochterhous, vic. Forfar;—et, in speciale warrantum earundem, terras de Barnhill et Grange, cum ustrina, polentario horto ejusdem, in dominio de Sanct-Columb, vic. Fyiff;—usque ad legitimam redemptionem earundem;—quas Rob. Fleschoure de Inverpeffer burgen. de Dundie rogatu cumque consensu Roberti Creychtoun de Chuny equitis aurati, et dictus Rob. C. pro suo interesse, pro perimptione contractus de data 5 et 24 Maii et 23 Jul. 1597, in favorem dictorum M. Jac. &c. resignaverunt:—TENEND. dicto Jac. *ut supra*, dicto Jo. et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Jacobo D. ejus fratri germano filio tunc natu minimo dicti M. Jac., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto M. Jacobo D., heredibus ejus et assignatis quibuscunque:—REDDEND. pro Inglishtoun jura et servitia debita et consueta (taxando wardam et nonintroitum ad 20 mere. annuatim, relevium ad 20 mere., maritagium ad

¹ Dated an. reg. 33. Either this or the A.D. must be wrong. The same discrepancy occurs in *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxviii. fol. 92.

100 merc.); pro Barnehill &c. feudifirmas et devorias in infeofamento predecessorum Jacobi com. de Murray contentas:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 33.

913. Apud Halyrudehous, 26 Maii.

REX confirmavit cartam factam per M. Rob. Wilkie priorem insule S. Servani infra lacum de Levin ac magistrum principalem collegii Divini Leonardi prope civitatem S. Andree, ceterosque magistros, regentes et alia membra dicti coll. quibus dicta insula fuerat annexa, ac successores quondam M. Joannis Winrame ultimi prioris dicti prioratus,—[qua confirmaverunt cartam D. Jacobi Schaw de Sauchie militis, et Wilhelmi Schaw servi regis (*master of wark*),—(qua,—pro observatione contractus continen. registrari in libris concilii, de data apud Dunfermling et Sauchie, 24, 25 et 26 Apr. 1599, necnon pro 13000 merc. persolvendis,—cum consensu Domine Marjorie Kirkaldie matris dicti D. Jac. ac relicte D. Jacobi Schaw de Sauchie militis patris sui, et Domine Margarete Meldrum sponse dicti D. Jac. junioris, et Georgii Bruce de Sandis, pro eorum interesse,—vendiderunt DAVIDI BOISWELL de Pityocher, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Admure (excepta earundem parte vocata Royallie per Wil. Bosowell occupata), in baronia de Kirknes, vic. Fyiff:—TENEND. de dicto collegio in feudifirma:—REDDEND. 5 libras; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Kirknes vel apud Admure, cum areagiis et careagiis consuetis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; et si deficerent in solutione sic quod duo termini in tertium transirent, vel in aliquo premisorum, hoc infeofamentum nullius esset roboris:—cum precepto sasine:—TEST. Davide Reid de Aikinheid, Jacobo Bruce apparente de Balfoullis, Jac. Schaw burgen. de Edinburghe, Pat. Schaw filio naturali dicti D. Jac. junioris:—carta scripta per M. Jo. Wardlaw servitorem Joannis Wardlaw scribe:—Apud Sauchie, 4 Maii 1599):—INSUPER, pro pecuniarum summis per dictum Dav. B. persolutis, dietas terras ei concesserunt cum omni jure &c.:—TENEND. et REDDEND. *ut supra*:—cum precepto

sasine directo Geo. Aherdyce de Skadowy:—TEST. M. Davide Auchmowtie advocate, Jo. Carnagy, Alex. Hathie, Andrea Pitcairne, Tho. Reid, Math. Reid, studentibus in dicto coll., M. Tho. Scot notario publico:—carta scripta *ut sup.*:—Apud S. Andream, 19 Maii 1599]:—NECNON aliam cartam eorundem D. Jacobi Schaw et Wil. Schaw,—[qua,—pro observatione et cum consensu *ut supra*,—vendiderunt dicto Dav. Boisswell, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—in speciale warrantum suprascriptorum,—terras dominicales *lie Manis de Sauchie* cum fortalicio et manerie, vic. Clakmannane:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. &c. *ut in carta superiore earundem personarum*]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 68.

914. Apud Halyrudehous, 27 Maii.

REX,—cum avisamento &c. (101.),—confirmavit cartam Thome Fermour portionarii de Kingis-barnis,—[qua, cum consensu Agnetis Hunter sponse sue,—pro perimptione contractus de data apud Edinburgh, 14 Feb. 1598,—vendidit NINIANO M'MORANE mercatori burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—octavam partem ville et terrarum de Kingis-barnes, cum privilegiis commonie et pasturagii (per Davidem F. patrem dicti Tho. occupat.), in dominio et senesc. de Fyiff:—TENEND. de rege in feudifirma; cum communi pastura &c. (*ut in carta* 153):—REDDEND. *ut in carta* 294:—cum precepto sasine:—TEST. Davide Myretoun seniore de Randerstoun, Davide Myretoun feudatario ejusdem, And. Dawsoun ejus servitore, Jacobo Mortoun et Alex. Flewker servitoribus ejusdem:—carta scripta per Daniele Melvill servitorem Adami Lawtie scribe:—Apud Randerstoun, 20 Apr. 1599]:—PRETEREA, pro bono servitio, suprascripta dicto Nin. de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 6.

915. Apud Halierrudhous, 27 Maii.

REX,—cum consensu &c. (102. 103. 100. 101. 28.),—in feudifirma dimisit JACOBO COKBURNE filio quondam Joannis C. de Newholme, heredibus ejus et assignatis,

—terras ecclesiasticas de Kirkwre, olim ad vicarium de K. pertinentes, in parochia ejusdem, vic. Peblis:—RESERVATIS ministro, lectori seu pastori dicte ecclesie mansione et gleba secundum actum parliamenti:—REDDEND. 5 mercas, cum 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum ad dictas terras:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlii. 12.

916. Apud Halierudhous, 28 Maii.

REX confirmavit cartam Davidis Gardin de Leyis, Davidis G. ejus filii et heredis apparentis, et Alexandri Ogilvie de Auchindorie, —[qua, cum consensu M. Joannis Gardin de Drumgicht et Willelmi (Lyon) in (*vel* de) Balgillie, —pro perimptione contractus de data apud Abirlat, 31 Oct. 1598, — vendiderunt JOANNI AUCHTERLONY de Balmurmwre, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque redemptione, —terras de Burnesyde cum molendinis (intra bondas specificatas), in baronia de Inverkeilloure, vic. Forfar; —necnon, in speciale warrantum earundem, terras dominicales de Leyis, cum manerie loco, columbariis, pratis, moris, maresiis, in baronia de Leyis, vic. Forfar:—REDDEND. regi pro Burnesyde . . . albe firme, pro ceteris jura et servitia et devorias in infeofamento dict. terrarum specialiter expressas, si que essent:—cum clausula warrantizationis, presertim ad manus comitis de Athoill dom. Invermai, Jacobi magistri de Athoill et Invermai, Alexandri Fyiff in Montrois, Jacobi Ochterlony de Wester Seatoun, Joannis Scrymgeoure de Glaswall: —cum precepto sasine directo Roberto Lyne burgen. de Abirbrothok:—TEST. Wil. Auchterlony de eodem, Davide Lyndsay de Vane, M. Rob. Gairdin, Rob. Maxwell in Dunbarrow, Roberto Lyne burgen. de Abirbrothok, M. Geo. Aikman notario:—carta scripta per Jo. Pattoun notarium:—Apud Abirlat, 8 Nov. 1598]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 538.

917. Apud Halierudhous, 28 Maii.

REX concessit et, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, de novo dedit D. JOANNI VAUS de Longcastel militi.

heredibus ejus masc. et tallie domus de Barnbarroche in novo infeofamento tallie ejusdem contentis, —4 mercatas terrarum de Camquhart, 4 mercatas de Ardquassen, antiqui extentus, in baronia de Longcastell, vic. Wigtoun;—quas Jeanna et Helena Kennedyis, filie legitime quondam Joannis Kennedy de Barquhony ac neptes et heredes quond. Hugonis K. de B. avi sui, cum avisamento curatorum suorum resignaverunt in favorem dicti D. Jo.:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xli. 540.

918. Apud Halierudhous, 28 Maii.

REX, — cum consensu &c. (92.), —concessit et quitteclamavit ARCHIBALDO GIBSOUN clerico comuissariatus Glasguensis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —subscripta in baronia et regalitate Glasguen., vic. de Lanerk, viz. croftam terre *lie* Subchanteriseroft de Glasgow extenden. ad 4 acras aut eoeciter, cum domo et horto adjacen., in territorio civitatis de Glasgow (inter terras olim vicariorum chori et mansum cancellarii ex occiden., communem moram dicte civitatis et croftam campanie *lie* Belcroft ex boreali, torrentem de Malindinor ex orientali, viam regiam dicte civitatis ex australi); —quam (olim ad succentoriam Glasguen. pertinen.) M. And. Hay filius legitimus quondam M. Andree H. rectoris de Ranfrew in favorem dicti Arch. resignavit; —necnon orientalem dimedietatem terrarum nuncupat. Personislandis de Glasgow juxta Brumelandis, cum decimis inclusis (inter Borrowfeild et *lie* Provestishauch); —quam (olim ad rectoriam Glasguen. pertinen.) Mariota Lyon una heredum portionariorum quond. Archibaldi L., et Donaldus Cwynyngame de Aikinbar ejus sponsus pro suo interesse, resignaverunt; —necnon tenementum terre in *lie* Drygathheid dicte civitatis (inter terras capellanie Divi Michaelis ex orien., terras olim domini de Kincaid tunc Jo. Watsoun ex occiden., mansum prebende de Cambuslayng ex australi); —quod (olim pertinens ad vicariam chori Glasguen.) Bartholomeus Symssoun resignavit; —necnon tenementum terre cum domibus et hortis adjacen. ex boreali latere vici de Rattounraw prope dictam civitatem (inter terras quond. Jac.

Watt, heredum quond. Jo. Carrik, quond. Jac. Blair et Jo. Lowrie), tenementum cum horto ex australi de Rattounraw (inter terras quond. Tho. Liddell et Willelmi Flemyng, quond. Jo. Brokas et quond. Rob. Baxter), cum annuo reddito 36 sol. de tenemento quond. Wil. Chahmeris in Rattounraw, ac 9 acras terre campestris cum pecia terre *lie Holmes* invicem jacen. in Provansyde, 2½ acras aut coeircia campestris olim vocatas Boilliscroft et Swainnisyett (inter Medowflatt et torrentem de Glasgow);—quas (olim ad subdecanatum Glasguensem et capellanas ejusdem pertinentes) M. Hen. Gibsoun clericus dicte civitatis resignavit; —neon tenementum cum horto in dicta civitate in capite vici de Rattounraw (inter terras capellanie S. Michaelis tunc dicti Arch., et terras heredum quond. Joannis Carrik), per Geo. Harbesoun et Thomam Duncane occupat.;—quod olim ad dictum subdecanatum pertinuit:—REDDEND. pro Subhanteriscroft 4 mere., pro Personisland 12 sol. 6 den., pro decimis ejusdem 2 hirlotas farine (vel 6 solidos 8 den.), pro primo tenemento 4 lib. 12 den., pro duobus tenementis, annuo reddito et 9 acris 20 sol., pro 2½ acris 6 den. (neon collegio Glasguen. pro dictis duobus tenementis, ann. red. et 9 acris 23 lib. 6 sol. 8 den., pro 2½ acris 10 sol. 4 den.), pro ultimo tenemento 6 sol. 8 den., feudifirme, et 6 den. augmentationis; neonon duplicando feudifirmam tam regi quam dicto collegio debitam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. 79. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 50. xlii. 2.

919. Apud Falkland, 2 Jun.

REX confirmavit cartam Jacobi Home, filii quondam Willelmi H. in Eymouth,—[qua vendidit fratri suo THOME SCHORT in Chymesyd, heredibus ejus et assignatis, sine reversione,—terram husbandiam cum cottagio in villa et territorio de Eymouth, baronia de Coldinghame, vic. Bernik:—TENEND. de rege (loco monasterii de Coldinghame) in feudifirma:—REDDEND. pro terra husbandia 4 sol. 2 den., pro cottagio 18 den.:—TEST. Hen. Faskin in Hutoun, Jo. Duncane in Chirnesyde, Tho. Merschell, Roberto Gothray molitore, Geo. Maltman,

Patricio Home:—Apud Eymouth, 22 Nov. 1598]:—PRETEREA,—pro bono servitio, ac pro pecuniarum summis persolutis,—cum consensu &c. (93).—suprascripta dicto Tho. de novo ad feudifirmam dimisit:—REDDEND. *ut supra*, cum duabus pultreis, 3 caponibus, arregaïs, carregaïs et servitiis debitis et consuetis, et 2 sol. pro antiqua augmentatione; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 107.

920. Apud Striviling, 4 Jun.

REX,—cum consensu &c. (93).—concessit NINIANO ADAIR de Kihilt, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus et legit. heredibus ejus masc. quibuscunque, arma et cognomen de Adair gerentibus, eorumque assignatis,—6 mercat. terrarum antiqui extentus vocatas *lie Manis* de Salsait, molendina appellata Sanct-Johnesmylne et Barssollis-mylne cum sequelis, cum multuris terrarum et baronie de Sawlsait, in parochia de Salsait, vic. Wigton;—que fuerunt Jo. Johnestoun novissimi commendatarii de Salsait in feudifirma, et quas dictus Jo. pro hac carta concedenda resignavit:—INSUPER rex confirmavit antiquam cartam factam per Jo. commendatarium perpetuum Sedis-animarum, et per ejusdem conventum,—[qua,—pro ingentibus pecuniarum summis pro relevamine suo taxationum per prelatos Scotie ad defensionem regni concessarum solutis,—suprascripta ad feudifirmam dimiserunt (quondam) THOME JOHNSTOUN filio quondam Cuthberti J. in Courence, heredibus ejus et assignatis:—REDDEND. dicto monasterio pro terris 18 mere., pro molendinis &c. 24 bollas farine mensure de Wigton, et 26 sol. 8 den. augmentationis; cum decimis garbalibus dietarum terrarum; neonon duplicando feudifirmam pecunie in introitu heredum et assignatorum:—TEST. Eduardo Heres in Knokilschynnoeh, Wil. Johnestoun, Rob. McClellane, Harberto Andirsoun notario publico:—Apud dictum monast., 25 Aug. 1557]:—NEONON cartam confirmationis desuper secutam per pape legatum et commissarium:—PRETEREA suprascripta quittecla-

mavit:—REDDEND. regi *ut supra*, et 3 sol. 4 den. nove augmentationis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 3.

921. Apud Falkland, 13 Jun.

REX,—cum consensu &c. (92.),—ad feudifirmam dimisit WILLELMO WOD filio legitimo quondam Jacobi Wod de Lambelethame, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—domum et tenementum terre cum horto infra burgum de Pettinweym, 2 rigas arabiles extenden. ad $\frac{1}{2}$ acram aut eocirca (olim per Alex. Smyth occupat.), in territorio dicti burgi (inter *lie* Weitaiker per Katherinam Greg occupatam, et publicam viam juxta *lie* Northflat-end), 2 rigas arabiles extenden. ad $\frac{1}{2}$ acram aut eocirca et rigam arabilem extenden. ad 1 rudam, in dicto territorio (inter easdem bondas), per dictum Wil. Wod et And. Daa ejus subtenentem occupat., in dominio de Pettinweyme, vic. Fyiff;—que olim ad prioratum de Pettinweyme pertinuerunt:—REDDEND. pro tenemento 6 sol. 8 den.; pro dictis 5 rigis 3 firloas 2 peccas farine avenatice, et 2 pultreas; et 12 den. augmentationis; ac duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 7.¹

922. Apud Villam de Leith, 14 Jun.

REX,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit ROBERTO BENNET nepoti et heredi quondam Roberti B., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Vester Quiltis nuncupat. *lie* Busses, in baronia de Quiltis, vic. Fyiff;—que olim ad monasterium de Culros pertinuerunt, et quondam Andree Rowand in feudifirma locate erant, et per eum dicto quondam Rob. disposite:—REDDEND. 4 mere., cum 6 pultreis, et 13 sol. 4 den. antique augmentationis, in toto 5 mere., ac pro dictis pultreis 6 capones, cum agno, et servitiis debitis et consuet.; necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia dicti monast.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 14.

923. Apud Letham, 14 Jun.

REX,—cum consensu &c. (102. 95. 104. 43. 105. 89. 103. 27. 106. 93. 107. 108.),—confirmavit [1] cartam M. Joannis Provand burgensis de Edinburgh,—[qua,—pro perimptione contractus registrandi in libris concilii, de data presentium, et pro 10000 lib. persolvendis,—cum consensu Bathie Clerk sponse sue, vendidit JOANNI IRVING de Kinnok, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras arabiles et campestras nuncupatas terras capellas de Caldham (intra bondas specificatas), in parochia de Brechin, vic. de Forfar:—TENEND. de rege, virtute acti annexationis, in feudifirma:—REDDEND. 14 libras 13 sol. 4 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—cum precepto sasine:—TEST. M. Edw. Bruce commendatario de Kinlos, M. Alex. King advocato, Wil. Barthrame servo dicti M. Jo., Wil. Irwing servo dicti Jo. I., Jo. Wardlaw scriba:—carta scripta per Wil. Andersoun in officina dicti Jo. W.:—Apud Edinburgh, 29 Jul. 1597]:—[2] cartam dicti Jo. Irwing,—[qua,—pro perimptione contractus initi cum M. Jacobo Elphingstoun de Barnetoun secretario regis et uno senatorum collegii justitie, de datis apud Edinburgum et Barnetoun, 4 et 7 Aug. 1598, in libris concilii registrandi,—vendidit JACOBO LIVINGSTOUN fratri germano Joannis L. de Donypeace, (dicti M. Jac. amico et ad dictum contractum assignato), heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—dictas *lie* Chaipellandis de Caldham:—TENEND. *ut supra*:—REDDEND. regi, aut capellano de Caldham, 14 lib., et 13 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Tho. Lyell ballivo civitatis Brichinen.:—TEST. Jo. Gray et Jac. Arnot burgen. de Montrois, Jo. Noray et Geo. Wricht notariis publicis, Tho. Mow burgen. de Edinburgh:—carta scripta per M. Davidem Mureheid servitorem Arthuri Stratoun scribe:—Apud Brechinum, 25 Maii 1599]:—PRETEREA, pro servitio sibi

¹ This charter has the following names of adjoining owners:—unquhile Symon Watsoun,

Alex. Toddie, Andrew Browne, Joh. Bruce, unq. And. Cuik, unq. Symon Mylne.

et suis progenitoribus per dictum Jac. L. et ejus predecessores prestito, superscripta dicto Jacobo L. de novo ad feudifirmam dimisit:—REDDEND. *ut in carta* [1] *supra*, cum 2 sol. augmentationis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 32.

924. Apud Leyth, 14 Jun.

REX concessit JOANNI ELPHINGSTOUN de Babertoun, heredibus ejus masc. et tallie in ejus infeofamento de Babertoun contentis,—terras de Qulytlaw, in parochia de Currie, vic. Edinburgh;—que fuerunt M. Walteri Mowbray burgensis de Edinburgh, tente per servitium warde; et regi devenerunt ob alienationem Alexandro Otterburne fratri Thome O. de Reidhall absque regis consensu factam:—cum potestate pro declaratione recognitionis prosequendi:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 31.

925. Apud Falkland, 18 Jun.

REX confirmavit cartam Jacobi Balram de eodem, — [qua concessit LAURENTIO BALRAM filio suo et heredi apparenti, et ISSOBELLE SCIETHUM ejus sponse affidate, filie legitime Andree S. de Skelpie, —terras de Balram et Castelriggis, cum tenentibus &c., vic. Fyiff:—TENEND. dictis Laur. et Is. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Laur. quibuscumque, de rege:—REDDEND. pro Balram 2 libras cummini, pro Castelriggis 2 den. argenteos, nomine albe firme:—RESERVATO libero tenemento orientalis dimedietatis de Balram, cum mansione et manerie, dicto Jac. et Eliz. Stewart conjugi sue:—cum precepto sasine directo Pat. Stewart:—TEST. Pat. Stewart de Bayth, Davide S. ejus fratre, Wil. Schorteous precone, Andrea Broun notario:—carta scripta per M. Davidem Hay servitorem Henrici Bickartoun scribe:—Apud Balram, 5 Jun. 1599]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 9.

926. Apud Falkland, 22 Jun.

REX, quia ROBERTUS SCOTT mercator burgensis de Edinburgh ejusque autores et predecessores nativi possessores et asseda-

tores rectorie et vicarie de Kirkwrde cum earum decimis garbalibus aliisque decimis et fructibus, et cum terris ecclesiasticis earundem, per 200 annos aut cocirca elapsos fuerant,—pro bono servitio, et pro pecuniarum summis persolutis,—cum consensu &c. (93.), —in feudifirmam dimisit dicto Rob., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—dict. Kirklandis, extenden. ad 12 acras aut cocirca (reservando ministris de Kirkwrde mansionem et 4 acras pro gleba), vic. Peblis:—REDDEND. 4 lib., et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—INSUPER rex ratificavit literas sub hac forma;—[BE IT KEND &c., me Mr Arch. Dowglas person of Kirkwrde and als undoutit vicar of the samyn,—haifing consideration that the personage and vicarag of Kirkwrde with the mans, gleib and kirklandis of the samyn, togidder with all and sindrie the teindscheves, utheris teyndis bayth grit and smaa, fruittis &c. thairof, hes appertenit in tak and assedatioun to umquhile Mr James Scott provest of Corstorphein, umq. Wil. S. his sone, and to thair predecessouris as kyndlie takismen of the samyn past memorie of all men for payment to me and my predecessouris . . . of 50 pundis money as for the personage dewtie and 10 merkis for the vicarage dewtie foirsaid,—and understanding that my guid frend Rob. Scott burges of Edinburgh and BARBARA SCOTT his spous, doelhter lauchfull to the said umq. Wil. S., ar and hes bene maist kyndlie to succed in the tak . . . baith be reasoun that the said umq. Wil. had na sone to succed to him thairintill, as alsua he in his awin tyme had . . . ovirgevin all takis rycht . . . in favouris of the saidis Rob. and his spous, quha according thairto hes bene in . . . possessioun of the foirsaid teyndscheves &c., alsweill befoir as sen the said umq. Wil. Scottis deceis,—and I being no wayis myndfull to invert thair auld possessioun, &c.,—thairfoir, and for divers grit sowmes of money thankfullie payit . . .,—with the expres advyse, consent and assent of patroun of the said kirk, dene and chaptour of Glasgow within quhais diocie the samyn lysis,—to haif sett and in tak and asseda-

tioun lettin . . . to the said Rob. S. and Barbara S. his spous, and to the said Robertis air quhatsumevir, and als to ane assignay of ony of the thrie personis immediatly foirsaid, induring all thair lyftymes . . ., and efter thair deceissis all, to ane air of the last of the four persones foirsaidis supervivand, during . . . 19 yeiris . . . nixt eftir thair entrie to this present tak,—all and haill the personage &c. (*ut sup.*), lyand within the diocie of Glasgow and schirefdome of Pehlis;—the said Robertis entrie . . . to be and begin at the feist of Lambes nixtocum . . .:—PAYAND &c. (*ut supra*), and for augmentatioun the soume of 10 pundis . . ., extending in the haill to . . . 66 pundis 13 schilling 4 penneis . . .:—AND I . . . sall warrand &c.:—ATTOURE I bind and obleis me and my saidis successouris that inace I or they querrell . . . or persew thame for nullitie, reductioun or expiratioun of this present tak . . ., or utherwayis sall hurt or pre-judge the said Rob. &c. be our deid or fact in the bruiking . . . of the teindscheves &c. during the . . . space contenit in this present tak, that . . . we . . . sall refund . . . 1000 pundis money as for damage and entres sa oft and how oft we sall contravene the premisis, and thairwith sall content and pay to the saidis persones quha salhappin to be querrellit, inace this tak sall happin to be reductit or annullit, the sowme of . . ., presentlie payit be thame to me in name of grassoim and intres for making of this tak:—IN WITNES quhair of to thir presentis (writtin be Johne Gilmure servitour to Rob. Stewart wryter) . . ., the commoun seill of the chaptour togidder with my awin seill ar to hung:—At Edinburgh and . . ., 2—Julii and . . . 1597:—Befoir thir WITNESIS, Hew Garvene, Joh. Bannatyne, wrytteris in Edinburgh, and the said Joh. G.]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 13.

927. Apud Falkland, 23 Jun.

REX confirmavit cartam factam per M. Rob. Wilkie &c. (*ut in carta* 913),—[qua confirmaverunt et de novo dederunt DAVIDI BROUN de Fynmonth, et ELIZABETHE COWTTIS ejus sponse

(in plenam contentationem ejus tertie),—terras et villam vocatas Roallie ex parte australi aque de Levin, in baronia de Kirknes, vic. Fyiff;—quas idem David resignavit:—TENEND. dictis Dav. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Davidis quibuscunque, de collegio Divi Leonardi prope S. Andream in feudifirma (bondatas ut sequitur, viz. *beynmand at the water of Levyn, and thairfra southward ane strype that rynnis betuis the Walkertoun and the Royallie to the merche of Gaitmilk callit the Bladisleit, and west thairfra as the strype rynnis to the merche of Fynmonth, and thairfra west as the strype rynnis betuis Fynmonth and Royallie to the eist end of the Cottermos of Aultmure, and north thairfra as the merche dyke gangis down the west side of the Royallie-know till ane syk, and eist as the syk gangis till the Calgeargait, and north as [the] strype rynnis in Levyn*):—REDDEND. 20 sol.; ac 3 sectas &c. (cum ceteris clausulis *ut in carta* 913):—cum precepto sasine directo Geo. Aittoun de Inchedarny:—TEST. M. Jac. Wilkie, Alex. Haitlie, Wil. Nisbet, studentibus dicti coll., M. Tho. Scott cive S. Andree, Geo. Broun servitore dicti Dav.:—*carta scripta ut in carta* 250:—Apud S. Andream, 14 Jun. 1599]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 11.

928. Apud Falkland, 2 Jul.

REX,—pro se et tanquam admiuistratore filii sui primogeniti Henrici Frederici principis et senescalli Scotie, ducis Rothesay, com. de Carrik, dom. Insularum &c.,—concessit JOANNI STEWART vicecomiti de Bute, in vitali reddito, et JOANNI STEWART ejus filio legitimo primogenito, et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. cognomen et arma de Stewart gerentibus quibuscunque, hereditarie,—molendinum de Rothesay in burgo de R., cum ejus domibus, multis &c., in insula et vic. de Bute:—TENEND. de dicto principe in feudifirma:—REDDEND. 24 bollas farine avenaticce, et 3 sol. 4 den.

augmentationis; necnon duplicando feodifirmam in introitu heredium; et sustentando domos et politiam dicto molendino corresponden.; cum prohibitione alienandi absque licentia dicti principis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 23.

929. Apud Falkland, 2 Jul.

REX,—cum consensu &c. (92.),—concessit et, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, de novo ad feodifirmam dimisit RICARDO ABIRBROTHBYE de Poltoun, heredibus ejus et assignat. quibuscunque,—solarem dimediatatem terrarum de Bruntoun de Abirbrothok, cum ejus decimis garbalibus inclusis que separari nunquam solebant, in dominio et regalitate de Aberbrothok, vic. Forfar;—quam, olim de monasterio de Aberbrothok tentam, Wil. Durwarde portionarius de Bruntoun in favorem dicti Ric. resignavit:—REDDEND. 13 bollas unam firlotam frumenti, 28 bollas 2 firlotas ordei, et 2 bollas avenarum custumalium, mesure dicti monast., 3 sol. 4 den. pro $\frac{1}{2}$ *lie rym-mairl*, sex capones, pultriam unam ad festum Nativitatis Domini alteramque ad festum Carnisprivii, cum *reik* pullis consuetis, et officario seu serjando dicti monasterii generali *lie serjane-corne* antea consuetum; et ducendo 15 plaustras focalium seu glebarum, et tegulas et fenum prout ceteri tenentes; necnon solvendo quatuor *lie rym-carragiis* infra limites Angusie cum requisiti essent; et solvendo 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon faciendo 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Carneconnan vel alibi; et solvendo 5 merc. pro duplicatione in introitu heredum; et si in solutione deficerent ita quod duo termini currerent in tertium, hoc infeofamentum expiraret; cum prohibitione suprascripta alienandi absque licentia regis; necnon preservando limites indemnes; et nihil in more dicti monast. innovando in damnum focalium dicti monast.; et molendo grana sua apud *lie Kirktoone-mylne*, multuram et alia solita persolvendo:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 43.

930. Apud Falkland, 2 Jul.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—ad

feodifirmam dimisit et quitteclamavit THOME RAMSAY burgensi de Abirbrothok, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras infrascriptas, cum earum decimis inclusis que a stipite nunquam separari solebant, viz. $7\frac{1}{2}$ acras in *lie Ponderlaw*, 5 ac. in *lie Keptie-sched*, et 5 ac. in *lie Commounfauld* et Murelandis (omnes per eum occupat.), in regalitate de Abirbrothok, vic. Forfar;—que olim ad abbatiam de Abirbrothok pertinerunt:—REDDEND. pro $7\frac{1}{2}$ acris $7\frac{1}{2}$ bollas ordei, et 6 sol. 8 den. augmentationis; pro primis 5 acris 50 sol., et 40 den. augmentationis; et pro alteris 5 acris 48 sol., et 40 den. augmentationis; necnon duplicando feodifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 55.

931. Apud Falkland, 4 Jul.

REX—et Henricus princeps et Scotie senescallus dux de Rothesay comes de Carrik dom. Insularum ac balliatus de Cunynghame &c., filius regis, cum consensu regis,—concesserunt WILLELMO CUNYNGHAME, filio et heredi apparenti Willelmi C. de Capringtoun,—10 librat. terrarum antiqui extentus de Cambuskeith, cum fortalicio, manerie, molendinis, silvis, piscariis, in balliatu de Cunynghame, vic. Air;—que fuerunt quondam Joannis Hamiltoun de Colmskeith, de principe Scotie tunc per servitium ward; et dicto principi devenerunt ob alienationes Joanni Crawford de Crawfordland (mense Nov. 1570) de 5 mercatis de Cambuskeith-Middell (per Jac. Steill, And. et Rob. Dickie, Jonetam Pawtoun viduam et Rob. Woderburne occupat.), et Margarete Hamiltoun, filie quondam D. Joannis H. de Colmskeith militis, ac Joanni Wallace ejus conjugii in conjuncta infeodatione (mense Jul. 1571), de 5 mercatis ant. ext. vocatis terris dominicalibus de Colmskeith, confectas absque licentia superioris:—cum potestate pro declaratione recognitionis prosequendi:—TENEND. dicto Wil. juniore et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Wil. C. seniore, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, de dicto principe:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 17.

932. Apud Falkland, 10 Jul.

REX,—cum consensu &c. (101.),—concessit PATRICIO LEIRMONTH fratri germano Jacobi L. de Dairsie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, in feudifirma,—sextam partem terrarum de Drone Eister et Wester, molendini et terrarum molendinariarum earundem, cum tenentibus &c., in senesc. et vic. de Fyiff;—quam David Balfour senior portionarius de Drone, cum consensu Jonete Leich sponse sue et Davidis B. eorum filii et heredis apparen., in favorem dicti Pat. resignavit:—REDDEND. 4 libras 14 sol. 6 den., 6 bollas 2 firlofas 2 peccas frumenti, 8 bol. 1 fir. 2 pec. ordeï, 8 capones (in augmentationem rentalis ad 27 sol. 10 den.); ac duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta* 260, omissa clausula de domibus &c.); necnon sustentando mansionem cum aula, camera, coquina, horreo, hostari, stabulo, columbario, hortis, pomeriis et sepibus:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 18.

933. Apud Falkland, 13 Jul.

REX,—cum consensu &c. (105.),—confirmavit cartam Davidis Gardin de Leyis, et Davidis G. ejus filii et heredis apparentis, —[qua, cum consensu Alexandri Ogilvie de Auchindarie et M. Joannis Gardin de Drumgicht pro eorum interesse,—pro perimplatione ejusdem contractus de data presentium, —vendiderunt GUILIELMO RAITT de Hailgrene, in vitali reddito, et ROBERTO RAITT ejus filio secundogenito, heredibus ejus et assignatis, hereditarie, absque redemptione,—terras suas de Conansythe, olim in baronia de Inverkeillour,—necnon, in speciale warrantum earundem, terras dominicales de Leyis, cum manerie, molendino, terris molendinariis &c. necnon terras vocat. Ester et Wester Bordouris,—in baronia de Leyis, vic. de Forfar:—RESERVATO vitali reddito terrarum de Conansythe Issobelle Gardin relicte Davidis G. de Leyis:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Davide Raitt aparente de Hailgrene, Guilhelmo Grahame de Claverhous, M. Rob. Gardin fratre legitimo dicti Dav. tunc de L., Jac. Ochterlony de Wester Seytoun, Jac. Kyl burgen. de Dundie:—carta scripta per Jo.

Pattoun notarium:—Apud Dundie, 11 Nov. 1597]:—PRETEREA rex,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictos Wil. et Rob. R. eorumque predecessores prestito,—dict. terras eis de novo dedit, viz. terras de Conansyth divisas a terris de Burnesyth et Murrois ut sequitur (viz. *beginend at the south at ane burne callit the Ruiffis-burne and ane stane inpuit thairabone, and berast the furde callit Brechines-furde, and thairfra passen northwest as the mairche stanes ar inpuite betuix Burnesyth and Conansyth, quhill it cum to ane gritt stane inpuit in ane know callit the Wodtrome, and thairfra passen lykwayis northvest and kiepand the mairche-stanes inpuit betuix the saidis landis quhill it cum till ane mairche stane inpuit in that hill callit Farnghill, and as the mairche staves presentlie inpuit standis diryding Conansyth fra the landis of Murrois pertenu[ur]t to the said Dav. G. of L., northvest to ane strype quhill dicydyis the saidis landis of C. and M. fra the landis of Gardin*):—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—INSUPER rex, pro magnis pecuniarum summis persolutis, taxavit wardam et relevium ad 40 mere. annuatim, et maritagium ad 200 mere.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 26.

934. Apud Falkland, 14 Jul.

REX,—cum consensu &c. (105.),—concessit et, pro servitio sibi suisque progenitoribus impenso, de novo dedit JOANNI CARMICHELL de eodem militi, et Domine MARGARETE DOWGLAS ejus conjugi,—terras et baroniam de Wistoun, cum tenentibus &c., molendinis, silvis et piscariis, extenden. ad 40 libratas antiqui extentus, vic. Lanerk;—quas Jac. Sandilandis de Calder dom. de Torphichen, cum consensu Jacobi Sandilandis de Slamanno militis et M. Roberti Williamsone scribe, in eorum favorem resignavit; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Wistoun, ut unica sasina apud villam de W. capienda pro omnibus stare:—TENEND. dictis Jo. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masculis et assignatis dicti Jo. quibuscunque:—RED-

DEND. jura et servitia debita et consueta :—
TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 78.

935. Apud Falkland, 16 Jul.

REX confirmavit cartam Gulielmi Dundacane portionarii de Polgarrok et ballivi burgi de Dundie,—[qua, cum consensu Cristine Lindsay conjugis sue,—pro perimptione contractus de data 26 Maii 1599,—vendidit Domino JOANNI LINDSAY de Ballinscho militi, et Domine MARGARETE KEITH ejus conjugi,—occidentalem suam quartam partem terrarum et ville de Polgarrok, cum quarta parte terrarum de Hoill et molendini ac terrarum molendinariarum de P., cum tenentibus &c., in baronia de Abirlemno, vic. Forfar :—TENEND. dictis Jo. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque, absque redemptione, de rege :—cum precepto sasine :—TEST. Davide Lindsay filio legitimo quondam Alexandri L. de Bleriefedden, Jac. Lundie servo dicti Jo., Jac. Alison fabro, et Jacobo Lindsay tinctore, burgensibus de Dundie :—carta scripta per Jo. Pattone notarium :—Apud Dundie, 7 Jul. 1599] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 73.

936. Apud Falkland, 20 Jul.

REX confirmavit cartam Joannis Clepen portionarii de Hilcairny, — [qua, — pro perimptione contractus inter se et Jonetam Glen sponsam suam tanquam principales, Geo. Clepen de Caslogie, M. Rob. Glen de Inchekerie et Franciscum G. ejus filium et heredem apparentem, cautionarios suos, ex una, et personas subscriptas ex altera partibus, de data presentium, et pro 5600 merc. persolutis,—cum consensu dicte Jon., vendidit JOANNI HALKISTOUN in Hilcairny, et MARGARETE PATERSON ejus conjugi,—solarem dimedietatem terrarum de Hilcairny, vic. Fyif :—TENEND. dictis Jo. H. et Marg. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. H. quibuscunque, de rege :—cum precepto sasine directo Jac. Kinloch :—TEST. M. Jacobo Inglis, Jac.

Lyndoch, Davide Luklaw, Davide Paterson, burgen. de Cupro, Roberto Glen in Inchekerie, Joanne Lawson ibidem, Jo. Patersonne de Bandirane, Andrea Broun, Jo. Helderueik, Alex. Luklaw (scriptore carte), notariis :—Apud burgum de Cupro et Inchekerie, 25 et 27 Apr. 1599] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 28.

937. Apud Falkland, 20 Jul.

REX,—cum consensu &c. (100.),—confirmavit et, pro bono servitio, quitteclamavit HUGONI GORDOUN de Grange, nepoti et heredi quondam Alexandri G. de Barquhill, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—4 mercatas terrarum de Grange antiqui extentus, cum molendinis, terris molendinariis &c., 5 mercat. de Trave ant. ext., et 4 mercat. ant. ext. de Bartrachane, in parochia de Penmyghane, baronia de Glasnik, vic. de Wigtoun ;—quas (olim de episcopo Candidecase ac capelle regalis Strivilingen. commendatario de Tungland tentas) idem Hugo resignavit ; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Grange, ut unica sasina apud maneriem de G. capienda pro omnibus staret :—REDDEND. 41 merc. 11 sol. 1 den. feudifirme ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; ac prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia in baronia de Glasnik :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 34.

938. Apud Falkland, 20 Jul.

REX confirmavit cartam Joannis magistri de Forbes,—[qua, pro adimptione contractus de data presentium, ad feudifirmam dimisit PATRICIO FORBES in Newtoun, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Buthnye, in dominio et parochia de Forbes, vic. Abirdene :—REDDEND. dicto Jo. 40 sol. (tempore warde tantum) :—cum precepto sasine directo Jac. Garaucht feudatario de Kinstair, et Rob. Forbes de Ennenteir :—TEST. Jo. Forbes de Fyndach, Alex. Forbes de Fyndachis, Jo. F. filio dicti Jo., M. Rob. Paip advocato, M. Andrea Clerk notario publico :—Apud Abirdene, 5 Jun. 1599] :—INSUPER, pro bono servitio dicti Pat. F., voluit quod quamvis dicte terre regi devenirent ratione warde seu nonintroitus,

forisfacture vel recognitionis, dicti Pat. F. &c. non molestarentur neque in solutione alterius devorie quam dict. 40 solidorum astringerentur:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 52.

939. Apud Falkland, 21 Jul.

quondam Maleolmi Bower notarii publici, de data 19 Oct. 1576:—Necnon preceptum clare constat (de data 16 et 19 Sept. 1598) sub sigillo quond. Joannis comitis de Gowrie dom. Ruthven et Dirltoun, et subscriptionibus Jacobi Weyms de Bogy, M. Joannis Moncreiff de Eister Moncreiff et quond. Alexandri Ruthven de Freland tanquam commissionerum dieti comitis durante ejus absentia extra regnum, ad dand. sasinam dieti ann. red. BARBARE FOWLIS conjugii Jacobi Crambie burgensis de Perth, tanquam filie et heredi dieti Pat.:—cum instrumento sasine desuper sequen., sub signo &c. Jacobi Bower notarii publici:—et hoc non obstante forisfactura contra dictos Jo. com. de G. et Wil. dom. R. ejus patrem deducta seu deducenda:—INSUPER, pro servitio dictorum Jac. Crambie et Barbare Fowlis, dictum ann. red. quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 200.

1083. Apud Halierudhous, 27 Oct.

REX,—cum consensu &c. (105. 92.),—confirmavit cartam Patricii Cheyne de Essilmonth,—[qua vendidit M. JOANNI CHEYNE de Petfichie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Essilmonth (viz. terras dominicales de E. cum castro et manerie, terras de Craigheid, Carnehill, Corstyne, *ly* Auld-Mylnetoun cum molendinis granorum de Essilmonth, $1\frac{3}{4}$ tertias partes terrarum de Chappeltoun de E., dimedietatem terrarum ville de Fortrie de E., cum silvis, piscationibus, molendinis, tenentibus &c.), vic. Abirdene; villam et terras de Orchartoun, in baronia de Tulliedaff, vic. de Abirdene; terras de Manis de Abirdour, cum molendino granorum, Killiquharne cum portubus marinis, cimbis piscariis, piscationibus, *lie bait-huik* et *lyme*, lapicidii, advocacione rectorie de Abirdour, vic. Abirdene; terras subscript. in faudria de Scheitland, viz. 4 mercat. de Frackafedill, 5 mercat. in Deill, 4 mercat. in Deill, 2 mercat. in Strand, aliam mercat. in Strand, 3 mercat. in villa de Strand, 4 mercat. in Goitt, 2 mercat. in Ley, 3 mercat. in Ley, 1 mercatum in Ley, 4 mercat. in Goitt, 1 mercat. in Goitt, extendentes in integro ad 30 mercatas ter-

rarum, in unam tenandriam unitas, cum advocacione archidiaconatus Orchadie et Zetlandie; necnon terras, insulas, piscarias, molendina &c. infra specificat., viz. terras de Celebester, Lantayis, How, in insula de Sanda, vic. Orknay; villas et terras 38 mercat. de Tingwall et Grista, 3 mercat. de Glesbo, 9 mercat. de Sattir, 15 mercat. de South Satter, 6 mercat. de Corkiesatter, 9 mercatas de North Garth, 7 mercat. in Staniswall, 12 mercatas in Howland, 6 mercatas in Howknabrek, 12 mercatas in Skalloway, $2\frac{1}{2}$ mercat. in Howll, 3 mercat. in Tow, 12 mercat. in Kebuster, 3 mercat. de Weisland, 14 mercatas de South Cald-(c)luit, 2 mercat. in Mowsawell, 15 mercat. in Weisgarth, 23 mercatas de Urisland, 22 mercat. in Goitt, 3 mercat. in Strand, 3 mercatas in Grindewell, 10 mercatas in Swynasetter, 3 mercatas in Wassetter, 4 mercat. in Wadbuster, 7 mercat. in Nether Sound, 14 mercat. in Weik, 2 mercat. in Schortoun, 2 mercat. in Sound, 5 mercat. in Setter, 3 mercat. in Brindista, 6 mercat. in Linksetter, in Dunrosnes 6 mercat. in Bleusta, 5 mercat. in Angista (Ringista?), 2 mercat. in Croce-yle, 4 mercat. in Oxna-yle, 4 mercat. de Hildasay, in parochia de Qulhyitnes 12 mercatas in Wormadell, 1 mercat. in Neisbister, 2 mercat. in Eistnes, 3 mercat. in Burganes, 5 mercat. in Stronnes, 6 mercatas in Howgaland, 6 mercat. in Hagrista, 1 mercatam in Stroime, 1 mercatam in Halygarth, in parochia de Wesell 9 mercat. in Kirkgothie, 3 mercat. in Hamirland, $\frac{1}{2}$ mercat. in Brek, 3 mercat. in Stronfurde, 2 mercat. in Browagarthe, 1 mercatam in Halybuster, 3 mercatas de Mustowie alias Scheiltoun, 3 mercat. in Kakeron, 1 mercat. in Dekerone, 2 mercat. in Houscourde, $2\frac{1}{2}$ mercat. in Tussavell, $1\frac{1}{2}$ mercatas in Nethir Sound, 2 mercat. in Overabusk, 1 mercatam in Westbister, 4 mercatas in Howgaland in parochia de Burra, 2 mercat. in Howgaland in parochia de Ti(n)gwell, 2 mercat. in Trondera, $2\frac{1}{2}$ mercat. in Utrisland in parochia de Nesteyne, 3 mercatas in Qubaliesay alias Selehiskellie, 1 mercatam de Bigsetter in parochia de Auchsting, 1 mercat. de Sexsetter in parochia de Wais, cum tenentibus &c., anchoragiis, proficiis et devoriis

quibuscunque, in diocesi de Orknay, vic. et *lie fouldrie* de Orknay et Zetland:—REDDEND. regi servitia debita et consueta, viz. pro baronia de Essilmonth unum den. argenti, et pro Abirdour et Kellequharne unam rosam, nomine albe firme, pro terris in Orchadia et Zetlandia feudifirmam debet. et consuet.:—cum precepto sasine:—TEST. M. Pat. Cheyne de Ferriehill, M. Alex. Cheyne in Auld Abirdein, Alex. Cheyne in Toddahill, Walt. Maitland filio quondam Jacobi M. de Maulaittie, Geo. Barroun notario publico, Patricio Copland studente in nova academia Abirdonen. (scriptore carte):—Apud Abirdein, 25 Jun. 1600]:—INSUPER, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Jo. ejusque predecessores prestito, suprascripta dicto Jo. de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 233.

1084. Apud Halyrudhous, 1 Nov.

REX confirmavit preceptum clare constat per M. Davidem Rait primum ac procuratorem communem regalis collegii Veteris Abirdonie (cum consensu ceterorum magistrorum dicti colleg., et Davidis episc. Abirdonen. cancellarii dicti colleg.) superiorem terrarum subscript. (olim fundatarum hospitali Divi Germani in Laudonia dict. de Stella Bethlemetica, tunc dicto collegio unit.),—[qua,—quia quond. David Spens de Wormestoun miles vendidit quond. Alano Watsons civi Andreano, sub reversione, terras suas de Braidles, in constabularia de Craill, regalitate dicti colleg., vic. Fyiff, de episcopo Abirdonensi tanquam cancellario dicti colleg. tenendas; super quo quond. Wil. episcopus Abirdonen. literas regressus dicto Dav. S. concessit; et quia JACOBUS SPENS tunc de Wormestoun filius legitimus primogenitus dicti Dav. S., tanquam ejus assignatus ad dictam reversionem, 1 Maii 1581, per Wil. Symsonem burgen. de Ansteruder, deliberavit Davidi Watsons filio et heredi dicti Alani summam 1350 merc. pro redemptione dict. terrarum, pro qua summa dictus Dav. dictas terras extradonavit (prout in instrumento redemptionis sub subscriptionibus quond. Joannis Paterson de Hiltervett, clerici vicecomitatus de Fyiff, et Patricii Glasfurde connotariorum

contentum est), et easdem in favorem dicti Jac. resignavit,—igitur precepit Wil. Bowsie burgen. Craile ad dand. sasina dicto Jac. desuper:—REDDEND. dicto collegio 5 sol. feudifirme:—TEST. Pat. Forbes de Cors, M. Jo. Forbes ministro Verbi Dei apud Awfurde, M. Rob. Paip advocato in Abirdene, M. Jac. Cunynghame servitore dicti episc., M. Hen. Leyth servitore dicti primarii, M. Willelmo Chalmer notario publico Abirdonensis commorante (scriptore carte):—Apud Abirdoniam, 20 Aug. 1600]:—INSUPER,—pro servitio sibi, matri sue et aliis suis progenitoribus per dictum Jac., ejus patrem et alios predecessores impenso, ac pro compositione persoluta,—dict. terras dicto Jac. Spens de Wormestoun, ejus heredibus, assignatis et successoribus quibuscunque, de novo ad feudifirmam locavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 195.

1085. Apud Halyrudhous, 1 Nov.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—quia JACOBUS MONYPENNY de Petmilly ejusque predecessores fuerant antiqui et nativi feudifirmarii infrascriptorum ultra hominum memoriam,—ratificavit cartam feudifirme per quondam Robertum episc. Cathanen. commendatarium prioratus S. Andree et ejus conventum fact. dicto Jac., tunc filio natu maximo et heredi apparenti quondam Davidis M. junioris de P.,—ob resignationem dicti Davidis,—de terris de Petmilly, cum fortalicio, manerie, molendinis, tenentibus &c., advocacione ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. de Fyiff;—TENEND. de dicto prioratu;—de data 8 Dec. 1576:—NECNOX cartam feudifirme per quond. Patricium archiepisc. S. Andree factam eidem Jacobo,—ob resignationem dicti Dav.,—de terris de Dymmenow et Ballelie, cum molendinis, principali fortalicio, manerie, tenentibus &c., cum superioritate de Pittarthie, in regalitate S. Andree, vic. Fyiff;—TENEND. de dicto archiepisc.;—de data 11 Sept. 1577:—NECNOX cartam regiam dicto Jac. factam de dictis terris de Dymmenow, Ballelie et Pittarthie, cum fortaliciis, maneriebus, moleudinis, silvis, piscariis, communi pastura et privilegio effodiendi *lie faill* et *dorell* in *the Kingis-mere*, cum tenentibus

&c.;—de data 11 Jul. 1592 :—PRETEREA rex suprascripta dicto Jacobo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de novo ad feudifirmam dimisit; et easdem, pro ejus bono servitio, incorporavit in liberam baroniam de Petmilly:—REDDEND. pro Pitmilly 13 sol. 8 den. feudifirme seu cane; pro ceteris servitium warde &c., et pro Dymnennow et Pittarthie 20 sol., pro Ballelie 6 sol. 8 den., nomine cane:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 207.

1086. Apud Halierudhous, 3 Nov.

REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit JOANNI BONAR seniori de Lumquhat, in vitali redditu, et JOANNI BONAR juniori ejus filio natu maximo et heredi apparenti in feodo,—villam et terras de Greigstoun, cum decimis garbalibus inclusis, in parochia et regalitate S. Andree, vic. Fyiff;—quas Hen. Balfoure de Greigstoun, Agnes Ramsay ejus conjux, et Jo. Weymis de Cuthillhill pro ejus interesse, in eorum favorem resignaverunt; et quas rex,—pro bono servitio dicti Jo. B. senioris, ac pro compositione persoluta,—dictis personis de novo in feudifirma locavit, cum moris, marresiis et carbonibus:—TENEND. dicto Jo. B. seniori *ut sup.*, dicto Jo. B. juniori et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jo. B. senioris de corpore legit. procreatis, quibus def., Alexandro Bonar de Balgirsho fratri germano dicti Jo. B. senioris, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus masc. dicti Jo. B. senioris quibuscunque cognomen et arma de Bouar gerentibus:—REDDEND. 17 lib. 6 sol. 8 den., 24 capones, 7 libras 5 den. loco gressume decemmonalis, necnon 46 sol. 3 den., cum 6 caponibus, in augmentationem rentalis; ac prestando et supportando bonum equum annuatim duodecies si peteretur, ac 3 sectas ad 3 placita capitalia infra monasterium S. Andree, cum aliis servitiis et devoriis debet. et consuet.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et si in solutione deficerent sic quod duo termini in tertium pertransirent, vel dictas terras sive earum majorem partem sine licentia regis impignorarent aut alienarent, hec carta nullius esset roboris; et plantando arbores solo

convenientes; et servando limites immunes, vel regi fideliter intimando:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 197.

1087. Apud Halierudhous, 4 Nov.

REX,—cum consensu &c. (101.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit HENRICO BALFOURE de Greigstoun, et AGNETI RAMSAY ejus sponse,—villam et terras de Drumtenmand, in dominio et senesc. et vic. de Fyiffe; cum pendiculo earundem nuncupato Heddreinghe (per dictum Hen. et Alex. Honyman occupat.), cum communi pastura equorum, boum et ovium *lie nolt and scheip*, ac libertate effodiendi glebas et *lie turves*, cespites, focalia et *lie dorettis*, in Munkismos et Edinsmure, una cum advocacione rectorie et vicarie ecclesie de Collesse; necnon octavam partem ville et terrarum de Kettill nuncupat. Kingiskettill (per Jac. Small in Kingiskettill occupat.), in dictis senesc. et vic.;—quas Jo. Bonar de Lumquhat et Jo. B. apprens ejusdem, cum consensu Helene Arnot sponse dicti Jo. junioris, in favorem dictorum Hen. et Ag. resignaverunt:—TENEND. dictis Hen. et Ag. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Hen. quibuscunque; cum communi pastura (pro Kettill), libero introitu &c. (*ut in carta* 457):—REDDEND. pro Drumtenmand cum pertinentiis et dicta advocacione *ut in carta* 191; pro Kettill *ut in carta* 552:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 59.

1088. Apud Halierudhous, 4 Nov.

REX concessit WILLELMO TWEDY juniori de Wray et MARIE BAILLIE ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus et legitimis heredibus et assignatis dicti Wil. Twedy quibuscunque,—dimidiam quartenam terrarum de Qulitslaid et Glenkirk, in parochia de Glenquhime, vic. Peblis;—necnon dicto Willelmo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Wray, in dictis parochia et vic.;—quas terras de Qulitslaid &c. Wil. Twedy senior de Wray,

terras de Wray Marjoria (vel Mariota) de Glenquhyme ejus sponsa, in favorem dictorum Wil. junioris et Marie resignaverunt:—RESERVATO vitali reddito dictis Wil. seniori et Mariote:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 166.

1089. Apud Halyrudhous, 5 Nov.

REX constituit M. GEORGIUM GLEDSTANES, durante ejus vita,—episcopum Cathanensem; cum dicti episcopatus fructibus, decimis, piscationibus, feudifirme firmis, superioritatibus &c.;—vacan. per decessum Roberti com. de Marche ultimi episc. ejusdem. xlii. 194.

1090. Apud Halierrudhous, 9 Nov.

REX confirmavit cartam Joannis Leslie de Balquhane,—[qua,—pro perimptione contractus inter se ab una et Jo. L. unicum suum filium ab altera partibus, cum avasamento Francisci com. Errolie dom. Hay constabularii Scotie, de data presentium,—vendidit dicto JOANNI LESLIE juniore, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti Jo. senioris quibuscunque reversuram,—baroniam de Balquhane, viz. maneriem *lie* Maynis de B. cum fortalicio, manerie, *lie bogis*, nemoribus, terras et villam de Inverramsay, Awiltoune et Nethirtoun de Knokinblewis, villam et terras de Qulyteors, molendinum de Q., terras molendinarias &c., villam et terras de Petbie et Tullochis, dimedietates terrarum de Drumdurno et B(D)airdaff, cum advocacione beneficiorum et capellaniarum, vic. Abirdene:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Joanne Wreghart de Culbo tutore de Cromartie, Pat. Con de Auchry, M. Geo. Barelly clerico vicecomitatus de Banff, Jo. Leslie de Abirsmethok, M. Wil. Barelly advocato Abirdonensi (scriptore carte):—Apud Turreff, 23 Sept. 1597]:—INSUPER, pro servitio sibi prestito, dict. baroniam dicto Jo. Leslie juniore de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 163.

1091. Apud Halyrudhous, 11 Nov.

REX concessit D. JACOBO HAMMILTOUN filio legitimo Joannis marchionis

de Hammiltoun, pro ejus vita,—abbatium de Abirbrothok, tam temporalitatem quam spiritualitatem ejusdem, fructus, decimas, ecclesias et patrimonium;—vacan. per resignationem dicti marchionis tanquam commendatarii ejusdem, 10 Nov. 1600:—RESERVANDO dicto marchioni dict. abbatium pro ejus vita:—INSUPER rex, pro servitio dicti marchionis et ejus predecessorum, concessit quod dictus Jac. nullatenus astrictus esset in solutione primi anni fructuum neque quinti denarii. xliii. 2.

1092. Apud Halierrudhous, 15 Nov.

REX confirmavit JOANNI LUMSDEN de Cuschnie, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Fowllis-Mowat cum molendino, terras de Knokreach et Balchemye cum molendino, terras de Balnakilyie, in baronia de Cuschnye, vic. de Abirdene;—que fuerunt dicti Jo., tante Fowllis-Mowat &c. de rege per servitium wardle, Balnakeilyie de rege similiter durante vita Andree com. de Rothies (eo quod dictus com. quond. Patricium L. predecessorem dicti Jo. in eis tanquam retentatum heredem quondam Jacobi L. ejus patris intrare recusavit); et quas idem Jo. personaliter 14 Nov. 1600 in favorem suum resignavit; et quas rex, pro servitio sibi et predecessoribus suis per dictum Jo. et ejus predecessores prestito, dicto Jo. de novo dedit, cum *lie* Mylnetoun de Fowllis-Mowatt, et pendicula *lie outseat* de Knokreauche appellata Ne(w)toun de K. alias Wark, dicto molendino de Knokreauche et Balchemye tunc vocato molend. de Cuschnie, cum ejus terris &c., et *lie outsettis* de Balnakeilyie vocat. Brydliswall et Elfhillok, et cum maneriibus, silvis, piscationibus, montibus, pasturagiis, *lie bogis*; et omnes (includendo Balnakeilyie cum pertinen. quamdiu de rege tenerentur) incorporavit in liberam baroniam de Cuschnie-Lumsden:—REDDEND. regi pro Fowllis-Mowat &c. unam sectam in curia capitali vic. de Abirdene post festum Michaelis; pro Balnakeilyie regi durante vita dicti Andree, et postea heredibus dicti And. baronibus de Ballinbreich, jura et servitia debita et consueta; taxando wardam et nonintroitum de Fowllis-Mowat &c. (extendentibus ad 3

libratis antiqui extentus) ad 15 libras, de Balnakeillye (30 sol. ant. ext.) ad 8 lib. annuatim, relevium ad dict. devorias unius anni, maritagium ad 300 merc.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 204.

1093. Apud Halierudhous, 15 Nov.

REN,—recordans bonum servitium sibi prestitum pro sua e manibus quondam Joannis olim com. de Gowrie et quond. M. Alexandri Ruthven ejus fratris eorumque complicitum liberatione preservationeque sua a seivissima prodicione per eos pro murthuro suo in hospitio dicti com. infra burgum de Perth imaginata, ubi per Dei provisionem infradictus vir presens interfuit et propriam vitam pro regis preservatione periculo exposuit,—ideo concessit GEORGIO HAY de Nether Lyff, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras de Nether Lyff, cum decimis, feudifirme firmis, canis, servitiis &c., in dominio et regalitate de Scone, vic. Forfar; — que regi devenerunt ob forisfacturam dicti com. :—REDDEND. pro terris 20 merc., pro decimis 20 merc., in toto 40 merc. feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 201.

1094. Apud Halyrudehous, 15 Nov.

REN,—recordans &c. (*ut in carta* 1093), —concessit M. PETRO HAY de Nether Durdie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras de Durdie-Inglis alias Nether Durdie, cum decimis, feudifirme firmis, canis, servitiis &c., in dominio et regalitate de Skone, vic. Perth; — que regi devenerunt ob forisfacturam quondam Joannis olim com. de Gowrie:—REDDEND. *ut in carta* 1093:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlii. 202.

1095. Apud Edinburgh, 15 Nov.

REN,—recognoscens diuturnum servitium sibi impensum per quondam Alex. Erskin magistrum de Mar in educatione et custodia sua durante sua infantia et etate tenera, —et fidele servitium sibi per famulum suum THOMAM ERSKIN de Gogar militem unum ex cubiculariis suis ac capitaneum suorum satellitum, filium seniore

dicti Alex., tam ante quam post dicti Alex. obitum continuatum, — et presertim prestantiam illius insignis servitii sibi per eum prestiti apud burgum de Perth infra hospitium quond. Joannis olim com. de Gowrie 5 Aug. 1600, in resistentia monstruose, impie et horrende prodicionis et conjurationis per dictum com. et quond. M. Alex. Ruthven ejus fratrem germanum in personam regis serenissimam pertentate ex precogitato preposito vitam regiam extinxisse, ubi rege proditorie et dolose per dictum Alex. ad turriculam infra prefatum hospitium deducto et de omnibus famulis deserto, et interea vitam strenue defendente, dictus miles ad regis auxilium fortiter intravit vitamque suam ad magnam sui sanguinis effusionem per dictos proditores eorumque complices in subsidio regis evidenti periculo exposuit, divinaque providentia ad regis conservationem ab eorum manibus sanguinariis viriliter assistebat, et cum Deo placuisset dictum militem ea dignitate decorare ut sua fortitudine ad perpetuam suam collaudationem unus ex precipuis ad salutem regis efficeretur, sic quod omnes regni status tam rarum et singulare beneficium adepti essent continuatione sui naturalis principis ut in equitate et justitia ad Dei gloriam, regni tranquillitatem et totius populi solamen eos gubernaret; his causis visis et in parlamento teuto apud Edinburgh 15 Nov. 1600 clare probatis, — cum avisamento trium regni statuum in parlamento, concessit et quitteclamavit dicto Tho., heredibus ejus masc. et assignatis,—tertiam partem terrarum et baronie de Dirletoun, cum castro, manerie, columbariis, silvis, Brakin-park, Hilfeild (vel Hilfauld), Mensles et Mensles-mure, cum terris ville de Dirletoun que per quond. M. Adamum Otterburne appreciate et per Dominam Jeannam Halyburton legitime relaxate fuerunt, cum molendinis, terris molendinariis, cuniculariis, piscationibus tam in aquis salsis quam dulcibus, advocacione prepositure de Dirletoun, tenentibus &c., tertiam partem terrarum de Boltoun, cum molendino, tenentibus &c., in constab. de Halingtoun, vic. Edinburgh; tertiam partem terrarum de Hassindon et Halieburton, cum molendinis, terris

molendinariis, advocacione capellanie de Halieburtoun, cum tenentibus &c., vic. de Bernik; superioritatem et tenandriam dimedietatis terrarum et baronie de Balle-garno, cum tenentibus &c., tertiam partem terrarum et baronie de Abirnyite, cum molendinis, molendinis fullonum, tenentibus &c., necnon terrarum et baronie de For-goundeny, cum molendinis, terris molendinariis, tenentibus &c., advocacione capellanie de Forgroundeny, vic. Perth; tertiam partem terrarum et baronie de Segye, cum molendinis, terris molendinariis, tenentibus &c., vic. Kinroschyre;—que pertinerunt ad dictum Jo., saltem is succedendi jus ad eas habuit tanquam heres apparens quondam Jacobi com. de Gowrie ejus fratris vel quond. Willelmi com. de G. ejus patris; et regi devenerunt ob forisfacturam dictorum Jo. et Alex.:—INSUPER rex suprascripta incorporavit in liberam baroniam de Dirletoun; et concessit dicto Thome eschaetam omnium reversionum de suprascriptis in favorem dict. Jo. aut Alex. concessarum:—PRETEREA, in speciale warrantum suprascriptorum, concessit dicto Tho.—terras infrascriptas domini sui de Striviling-schyre, viz. terras et baroniam de Tulliecultric, cum fortaliciis, maneriebus, molendinis, piscationibus, feudifirme firmis, canis, tenentibus &c., vic. Clakmannane; terras de Cornetoun, Bothkenner, Maner, Powhous, Logy, Blairlogy, Skeoch alias Blairgib, molendinum de Skeoch, Greneyairdis, Walkerishill et Walkmylne, cum fortaliciis &c. (ut supra), vic. Striviling;—quas incorporavit in baroniam de Cornetoun:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme; non obstante quod terre principales per servitium warde, terre in warrantum concessa in feudifirma, antea tenebantur:—TEST. ut in aliis cartis &c. xlii. 219.

1096. Apud Edinburgum, 15 Nov.¹

REX,—repetens servitium impensum per famulum suum D. HUGONEM HEREIS unum ex cubiculariis suis non solum infra regnum verum etiam extra ut ei demandatum fuit,—et presertim &c. (ut in carta 1095), — cum avisamento trium regni

statuum in parlamento, concessit et quitte-clamavit dicto Hugoni, heredibus ejus et assignatis,—villam, terras et baroniam de Cowsland, cum fortalicio, manerie, columbariis, molendinis, tenentibus &c., advocacione capellaniarum earundem, vic. Edinburgum;—que pertinerunt &c. (ut in carta 1095):—INSUPER rex eas incorporavit in liberam baroniam de Cowsland; et concessit dicto Hug. eschaetam &c. (ut in carta 1095):—PRETEREA, in speciale warrantum suprascriptorum, concessit dicto Hugoni—terras de Largo et earundem feudifirmas (extenden. ad 5 celdras avenarum, 3 celd. 8 bollas ordei, 1 celdram 10 bol. tritici), Ardeh et earum feudifirmas (ad 4 celd. 4 bol. ordei, 3 celd. 4 bol. tritici), Rathelet et earum feudifirmas (ad 2 celdras 4 bol. ordei, 2 bollas tritici);—quas incorporavit in unam liberam tenandriam:—REDDEND. ut in carta 1095:—TEST. ut in aliis cartis &c. xlii. 222.

1097. Apud Edinburgum, 15 Nov.

REX,—ad memoriam revocans acceptissimum et singulare servitium sibi et toti regno prestitum 5 Aug. 1600 per servitorem suum JOANNEM RAMSAY de Eist-Barnis militem, cum Perthie in domo quondam Joannis olim comitis de Gowrie personam regiam defenderet adversus conjurationem dicti com. ejusque fratris quond. M. Alexandri Ruthven, qui dissimulanter (pretextu cujusdam servitii erga regem prestandi) regem a Falklandia Perthiam usque infra dieti comitis hospitium pellexit, ubi cum fraudulenter et secreto in turriculam dieti hospitii regem adduxisset, et ibi quod ante deliberatum erat crudelissime ac nefarie regi vitam eriperet, assistentia viri ejusdem armati in eadem turricula dieti comitis consilio inclusi et ad impium illud facinus perpetrandum armis telisque instructi, cum vero in predictae turricule cubiculum venissent, dictus Alex. tunc summa cum verborum acerbitate et immani crudelitate in sacrosanctam regis personam violentas manus iniecit, et in extremum furorem adactus quanta potuit vi et diabolica malitia regi vitam eripere adnixus

¹ Dated in the Register 5 Nov. Corrected from *Regist. Secreti Stigilli*, lib. lxxi fol. 320.

est, animosa tantum illa regis resistentia impeditus quam armis omnique auxilio destitutus prestare in tanto periculo potuit, singulari tandem adjuvante Dei providentia, cuius auxilio factum est ut invito dicto Alex. ad fenestram dicte turricule cum rex pervenisset editoque clamore servitores suos et subditos subjecta fenestre platea tum forte versantes admonuisset et iis significaret quam atroci facinore dictus Alex. contra personam regiam usus esset et intentaret nisi mature succurrerent, dictus Jo. R. quamvis longius ceteris regis servis a loco abesset, tamen Dei spiritu inductus summaque illa animi alacritate ac vehementi desiderio commotus vitam suam profundendi pro gratiosi principis sui, in eum semper benefici, salute recuperanda, incredibili celeritate eaque diligentia ad regis relevamen advolvavit ut omnium primus in cubiculum erumperet, sic regi laboranti tam subito tulit opem ut postquam dictum Alex. pugione propria confodisset, eundem statim vi cubiculo expulisset, eoque expulso eum provideret quantum adhuc periculum immineret a dicto com., pro ipsius facinoris meliore resistentia Thomam Areskinum de Gogar et Hugonem Heresium milites in regis defensionem mox advocavit, qui vix summa usi diligentia in dictum cubiculum pervenerant cum dictus comes magno desperatorum proditorum numero stipatus subito insecutus est et infra cubiculum rumpens audacter invasit pro regis fideliumque regis servorum cede perpetranda, prout armatorum stipatorum numero superior paucos regis servitores in extremum vite discrimen reduxerat, quousque tandem dictus Jo. R. insigni fortitudine et successu plane divino eos proditores animose aggressus dicto comiti cor gladio transfixit aliosque plurimos ejus stipatores vulneribus allixit, atque demum dictorum Tho. et Hugonis auxilio adversarios omnes cubiculo expulit, unde factum est ut rex miraculose conservatus esset omnesque regni Ordines ab extremo periculo vindicati; que omnia per tres regni status in parlamento apud Edinburgum 15 Nov. 1600 tento verificata

sunt, dictorumque statuum decreto iudicatum est nullum hoc servitio preclarior per subditum quemcumque principi prelati potuisse, — igitur, cum consensu dicti parlamenti, concessit dicto Jo. Ramsay, heredibus ejus et assignatis, — terras de Eist-Barnis (occupat. per Jo. Brysoun, Jo. Gulaue et Wil. Maislet ibidem, solventes quemque annuatim 52 bollas 2 peccas victualium, Geo. Smyth, Jo. Purves, . . Purves, Geo. Maislet et Wil. Wolf, solven. quemque 26 bollas 1 pec. victualium), *lie Rig* et *Flairis* (occupat. per Wil. Kellie thesaurarium burgi de Dunbar, solventem 33 bol. 1 pec.¹ victualium), et *Newtounlevis* (occupat. per M. Jo. Achesoun, solven. 72 bol. 3 pec., et Wil. Nisbit portionarium ibid., solven. 24 bol. 1 pec., victualium), extenden. in toto ad 26 celdras victualium ($\frac{1}{2}$ tritici et $\frac{1}{2}$ hordei), cum tenentibus &c., in parochia et dominio de Dunbar, constab. de Hadingtoun, vic. de Edinburgh:—**RED- DEND.** unam rosam rubram 5 Aug. nomine albe firme, non obstante quod dicte terre antea in fendifirma tente erant:—**TEST.** *ut in aliis cartis* &c. xliii. 21.

1098. Apud Halyrudehous, 15 Nov.

REX;—habita ratione vetuste et antique constitutionis clarissime civitatis Perthensis seu **BURGI DE PERTH** per predecessores suos in liberam civitatem liberumque regium burgum, magneque ejus antiquitatis ac commodi et ameni situs in media patria, conjungendo unum dimidium ejus cum altero in obedientia regia; ac considerans dictum burgum esse omni pacis et belli tempore aptissimum ad publica comitia et majores Ordinum regni et subditorum conventus recipiendum, et in quo conventus regni frequentius ab antiqua memoria convenerant, in quo etiam predecessores regis cum conjugibus et familiis habitaverunt eodem pro certo domicilio usi, et in quo parlamenta olim habebantur; quemadmodum commissionarii ceterorum burgorum una voce judicaverant dictum burgum antiquitatis et dignitatis ordine preferendum ville de Dundie, et ut in omnibus parla-

¹ So *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxii. fol. 22. The Great Seal Register has "23 bollas 1 pec.:"

which does not correspond with the sum total in the text. Cf. No. 820 *supra*.

mentis et burgorum conventionibus commissionarii de Perth priore loco ante commissionarios de Dundie fruerentur; et quia pons dicti burgi, cui nomen pons Tati fluminis, fuit pretiosissima regni gemma opusque imprimis toti regno necessarium, et ea de causa, ac ratione plurimorum munerum et officiorum a dicto burgo, ejus civibus et incolis erga regis predecessores et in rem regni publicam in rebus aretis prestitorum, predecessores regis non solum dict. burgum donationibus et libertatibus enunlarant (ut donationes ceteris burgis facte fere ad dict. burgum referrentur et ad beneficia in illud antea collata), sed etiam dictus pons publicis impensis edificatus est; et quia ex firmis dicti burgi, extenden. ad 80 libras sterlingorum, predecessores regis summam 69 lib. 8 sol. 8 den. sterlingorum in puram elimosinam concesserant priori et conventui de Sanctandrois, abbati et conventui de Seona, abbati et conventui de Cambuskynmeth, priori et conventui Vallis Virtutis prope Perth, Fratribus Dominecalibus seu Predicatoribus, Minoribus, et Fratribus Carmelitis sive Albis burgi de Perth, et similiter ante ullum annexationis actum residuum dict. firmarum aldermanno et communitati dicti burgi ad sustentationem dicti pontis concesserant; et rex Jac. VI. concesserat hospitali et pauperibus dicti burgi in perpetuum elimosinam dict. firmas burgales monasteriis et Fratribus antea concessas, residuo ad reparationem dicti pontis applicando, — in memoria habens bonum servitium et egregia officia tam belli quam pacis temporibus per dict. burgum et ejus incolas sibi et suis predecessoribus prestita, — cum consensu &c. (101. 102. 39.), — ratificavit omnes cartas &c. dictis burgo et hospitali concessas, viz. [1] cartam Willelmi regis Scotorum, dicti burgi fundatoris et instauratoris post ejus vastationem inundatione fluminis Tati, — qua prohibitum est ne quis mercator extraneus infra vicecomitatum de Perth extra dictum burgum emeret seu venderet, &c. (vide Acta Parl. Scot. I. 86); — [2] cartam Roberti III. regis, de data apud Edinburgum, 5 Maii an. reg. 10 (A.D. 1399), — ratificando dict. cartam Wil. regis in eadem insertam; ac concedendo preposito, ballivis,

burgensibus et communitati dicti burgi, ad reparationem dicti pontis, fines, amerciamenta et eschectas de transgressionibus dictæ cartæ: — [3] cartam Roberti II. regis, de data apud Dunfermling, 23 Jul. an. reg. 1 (A.D. 1371), — qua ad feoditiam dimisit aldermanno &c. dicti burgi dictum burgum, cum ejus insulis infra aquam de Taia, viz. *lie* Law de Inscherratt, Inschyry et Skeples, cum omnibus piscariis dict. insularum, cum piscationibus unius retis Insule Regie, et ceteris piscariis, cum annuis redditibus particatarum et burgagiorum, firmis, parvis custumis &c.; — REDDEND. 80 lib. sterlingorum (*vide* Regist. Magni Sigilli A.D. 1306–1424, p. 110, no. 67); — [4] transsumptum dictæ cartæ Roberti II. sub magno sigillo Jac. II. regis, de data apud Edinburgum, 25 Oct. an. reg. 7 (A.D. 1443); — [5] cartam Roberti de Bruce regis, — penes gildam dicti burgi, et libertatem mercatoribus dictæ gilde emendi et vendendi omnibus locis infra dictum vic., et precipue infra aquam de Taia a Drumlay et infra; prohibendo ne extranei mercatores ibi presumerent aliquid vendere aut bulcam frangere nisi de licentia mercatorum de Perth, sub amissionis pena rerum venditarum: — [6] literas dicti Rob. de Bruce regis, de data apud Restennett, 19 Jun. anno regni 12 (A.D. 1317), — proportantes quod, — quia burgenses de Perth coram Wil. de Lyndsay camerario Scotie apud Dundie, die Sabbathi proximo ante festum nativitatis B. Joannis Baptiste, petierant libertatem suam quod nulla navis veniens infra Drumlay deberet exonerari nec frangere *bulk* quousque veniret ad pontem de Perth, nisi onerata esset cum bonis manentium in villa de Dundie vel tempore nundinarum de Dundie, — ideo dictus rex camerario mandasset quatenus eos in dicta libertate juste manuteneret: — [7] cartam Davidis II. regis, de data apud Perth, 10 Apr. an. reg. 36 (A.D. 1366), — ratificando cartas regum Wil. et Rob. de Bruce ([1] et [5] *supra*); — [8] cartam Rob. III. regis, de data apud Edinburgum, 6 Maii an. reg. 10 (A.D. 1399), — confirmando dictas literas regis Rob. de Bruce ([6] *supra*) in eadem insertas; et precipiendo camerariis Scotie quatenus dict. libertatem manutenerent: —

[9] cartam Rob. III. regis, de data apud Lynlythgow, 10 Apr. an. reg. 4 (A.D. 1394), —concedendo preposito, burgensibus et communitati dicti burgi, —quod haberent vicecomitem de suis comburgensibus dict. burgum inhabitantibus per aldermannum et burgenses eligendum; et quod haberent exitus curiarum dicti vicecomitis, et itinerum justiciarie infra dictum burgum, ad sustentationem dicti pontis:—[10] actum auditorum seaccarii in dorso dicte carte [9] subscript. per Ric. Robertsoun substi(tu)tum M. Joannis Frasell clerici rotulorum et registri, —proportans quod in seaccario Jac. IV. regis apud Edinburgh, 18 Jun. 1494, dicti auditores inspexerunt dict. cartam, et quod exitus dietorum itinerum ad reparationem dicti pontis persolvi debuerunt:—[11] duas cartas Rob. III. regis, de datis apud Lynlythgow, 10 Maii 1397, an. reg. 8, et apud castrum de Rothesay, 28 Feb. 1397, an. reg. 8, —concedendo communitati, burgensibus et fratribus gilde dicti burgi — libertatem capere foristallatores infra libertatem suam dicti vic. de Perth, ac bona per eos foristallata confiscare ad opus dicti pontis:—[12] cartam Rob. III. regis, de data apud Edinburgh, 30 Jan. 1404, an. reg. 15, —concedendo aldermanno et communitati dicti burgi — 11 libras sterlingorum residuas et regi debitas de firmis dicti burgi, in puram elemosinam ad sustentationem dicti pontis:—[13] cartam Rob. III. regis sub secreto sigillo habent. robur magni sigilli, de data apud castrum de Rothesay, 5 Mar. anno regni 16 (A.D. 1405-06), —confirmando aldermanno, ballivis, consulibus et decano gilde dicti burgi —potestatem faciendi (cum consensu fratrum gilde) statuta &c., et penas tam in curia ballivorum quam in curia gilde et alias ad utilitatem dicti pontis levandi:—[14] indenturam de data apud Perth, 29 Jun.¹ 1464, inter aldermannum, ballivos, consules et communitatem dicti burgi ab una, et quondam Ric. Eviott de Balhoussie ab altera partibus, —penes oream *lie bute* de Balhoussie aliaque inibi contenta:—[15] cartam quondam Patricii Ruthven domini ejusdem sub ejus sigillo, cum sigillo M.

Joannis Dunyng vicarii de Perth per eum procurato, de data apud Perth, 24 Dec. 1458, —ratificando evidencias preposito, burgensibus et communitati dicti burgi factas per D. Wil. de R. et D. Jo. de R. milites, avum et patrem dicti Pat., —de pecia terre inter monasterium Carmelitarum de Tullielum et communem moram dicti burgi;—TENEND. de rege;—ac renunciando omni juri ad dict. communem moram, precipue ad *lie Catsyde* in eadem:—[16] indenturam de data apud Perth, 24 Nov. 1494, inter quondam Wil. dom. Ruthven liberetenementarium baronie de Ruthven et Wil. Ruthven ejus filium et heredem apparentem feodatarium dicte baronie ab una, et prepositum, ballivos, consules et communitatem dicti burgi, ac quond. Jo. Eviot de Balhoussie, ab altera partibus, —penes aqueductum ad molendina dicti burgi, et sustentationem operis nuncupati Lous-wark:—[17] cartam Jac. II. regis, de data apud Perth, 25 Mar. 1451, an. reg. 16, —eximendo burgenses dicti burgi a solutione custumarum salis et pellium:—[18] cartam Jac. V. regis, de data apud Perth, 10 Mar. 1527, an. reg. 15, —ratificando cartam precedentem (*vide* Regist. Magni Sigilli, A.D. 1513-1546, No. 562):—[19] cartas per predecessores regis factas prepositis, ballivis, consulibus et communitati dicti burgi—de officio coronatorie *lie crownership* in dicto burgo ad idem pertinente:—[20] tres literas, viz. unam indentatam de data apud Dumfermling, 20 Maii 1440, et duas patentes non indentatas de datis apud monast. de Dumfermling, 9 Jun. et 16 Jun. 1440, omnes per abbatem et conventum dicti monast. factas preposito, ballivis et communitati dicti burgi, —penes quasdam conventiones inter eos factas:—[21] literam per quondam Jac. priorem S. Andree et, episcopo in remotis agente, vicarium generalem, et per capitulum ecclesie cathedralis S. And., de data apud S. Andream, 3 Sept. 1440, —ratificando dictas tres literas, ad longum recitatas:—[22] omnes fundationes et mortificationes per quaseunque personas dicto burgo, ejus prepositis, aldermannis, ballivis, consulibus,

¹ The Privy Seal Register lib. lxxii. fol. 3) reads "19 Jun."

decanis gilde, decanis artium, burgensibus, et hospitali ac pauperibus ejusdem concessas, — de quibuscunque prebendis, altaragiis, capellaniis et beneficiis fundatis in ecclesia parochiali de Perth, vel in alia capella seu loco infra libertatem ejusdem, et de earum jure patronatus, terris, annuis redditibus &c.:—[23] duas cartas Jac. VI. regis dict. hospitali et pauperibus concessas, de datis apud S. Andream, 9 Aug. 1569, an. reg. 3 (*vide* Registrum Magni Sigilli, A.D. 1546–1580, No. 1874), et apud Edinburgum, 29 Jul. 1587, an. reg. 21, confirmatam per acta parlamenti 29 Jul. 1587 et 5 Jun. 1592:—[24] decretum per commissarios burgorum latum, de data apud Perth, 21 Jun. 1582,—decernendo quod burgus de Perth antiquitate et dignitate preferretur ville de Dundie:—[25] omnes cartas per Jac. VI. regem et predecessores suos dicto burgo concessas—penes fora et nundinas ejusdem, et presertim quatuor liberis nundiaas, viz. Palmarum, Estatic medie (24 Jun.), Autumnales B. Joannis (29 Aug.), et Brumales Divi Andree (29 Nov.), *lie Palm-Sunday-fair, Mylsomer-fair, Sanct-Johnis-fair in harvest, and Sanct-Androis-fair*:—NECNON ceteras cartas quascunque per se suosque predecessores dicto burgo concessas:—INSUPER de novo ad feudifirmam dimisit preposito, ballivis, consulibus, burgensibus et communitati dicti burgi, et eorum successoribus, — dictum burgum regium, ejus menia, portas, fossas, strata, stagna, pontem et ejus portas et edificia, insulas australem et borealem, territorium, molendina, terras molendinarias, aqueductus, *lie damnis, lie dam* et *intak* aqueductus vocat. Lowis-wark, *lie Burrownure* tam *lie Catsyde* quam ceteras partes ejusdem, omnes vias a burgo ducentes, tam commune iter ad aquilonem preter superiora molendina, cum *lie Langcalsay* et *Kowcalsay*, quam cetera passagia, omnes terras, tenementa, annuos redditus, jacentes vel levandos infra burgum, cum stagno *lie Spay-stank* et turre *lie Spy-toure*, portubus et alia communitate dicti burgi, cum prefatis insulis et piscariis in aqua de Taia, annuis redditibus particatarum et burgagiorum, firmis, toloneis, parva custuma dicti burgi, devoriis portarum et portuum ac

nundinarum, *lie pyuorie* et purgationis platearum *lie gait-dichting* et lignorum ac fori lignarii *lie tyuber* et *tyuber-market* consuetis, et custumis solitis bonorum asportandorum ad plateas de Perth ut venderentur, cum moris, pratis, curiis &c., cum privilegio habendi molas tam ad ventum quam ad aquam, aqueductus, torralia, ustrina &c., cum heptomadali foro diebus Mercurii et Saturni, cum dietis quatuor nundinis pro spatio et diebus solitis tenend., cum tolloneis, vicecomitum feodis, ballivorum chirotheis &c.:—INSUPER concessit dietis preposito &c.—plenam jurisdictionem aque de Taia, onerandi et exonerandi naves a Drumlay et infra, cum potestate impediendi alios quoscunque, necnon levandi parvas eustumas, anchoragia, portuum pecunias &c. infra dietas bondas sicut burgus de Edinburgh levavit apud villam de Leyth; precipiendo preposito, ballivis, consulibus, burgensibus, communitati et incolis ville de Dundie ne presumerent molestare quemvis civem, burgensem aut incolam de Perth vel aliquam navem aut aliud vas marinum majus vel minus eorum vel cujusvis extranei venien. infra aquam de Tay infra Drumlay, vel levare anchoragium, portuum pecunias (*lie schoir-silver*), doliorum pecunias (*lie tun-silver*), parvas eustumas &c.; et prohibendo ne qua navis infra Drumlay exoneraretur &c. (*ut supra* [6]);—et confirmavit eis dictum officium coronatoris cum ejusdem jurisdictione in omnibus itineribus justiciarie et alias; cum potestate dietis preposito &c. ut armati custodirent pretorium et alia loca in quibus itinera justiciaria habita sunt, secundum antiquum usum;—et confirmavit eis officium vicecomitis predictum; una cum eschaetis civium, burgensium et incolarum dicti burgi qui condemnarentur pro quocunque crimine coram prefecto ac questore primario rerum capitalium ac justiciario generali vel ejus deputatis, vel coram alio judice, vel pro eodem fugitivi essent, vel sibi ipsi mortem consciscerent confossione, laqueo sen suspendio, demersione, veneno, vibratione colubinarum, suffocatione vel alio quocunque modo sibi vitam adimerent, ad sustentationem dieti pontis dicti burgi et aliorum publicorum operum ejusdem:—

et confirmavit gildam, officium ejusdem et functionem dicto burgo, ejus civibus et burgensibus (exceptis fullonibus et telariis), et ut haberent suam gildam mercatoriam, decanum gilde gildeque concilium, quos annuatim eligerent, prohibendo ne quis mercator infra dictum vic. emeret aut venderet nisi apud dict. burgum; et quod nulla taberna haberetur in aliqua villa in dicto vic. de Perth nisi ubi miles esset dominus ville et in ea manens, et ibi non haberetur nisi una taberna; et quod nemo extra dictum burgum in dicto vic. faceret pannum finctum, mixtum vel tonsum preter cives et burgenses de Perth in gilda mercatoria et qui communicarent ad auxilia reddenda; et ne quis mercator nisi civis et burgen. de Perth secaret pannum ad vendendum in dicto burgo nisi a die Ascensionis Domini ad Vincula S. Petri, vendendum in dietis estivis nundinis; et quod omnes in dicto burgo manentes, qui supplerentur ex foris et macellis dicti burgi, vel qui venderent vel emerent ibidem, auxilia ferrent cum burgensibus ad *lie watching, wairding, skatting, lotting, stenting, taxatioun, impositioun, et contributioun*, solutione et alias; cum potestate prepositis, ballivis, consulibus et decanis gilde faciendi statuta &c., et foristellatores eorumque bona confiscandi absque auctoritate judicis:—INSUPER rex,—quia pons Iernius *lie Brig-of-Erne*, qui charitate ecclesiasticorum fuit constructus et sustentatus usque ad tempus reformationis religionis, tunc cum plateis et viis eidem ab utroque fine adjacentibus, magna vi fluminum et inundatione aquarum tendebat in ruinam, et magna pars lapidum et columnarum ejusdem soluta et quassata est, et magna pars fornicum operisque concaemerati jam defecerat, subsederat et ceciderat,—cum idem pons proxime et secundum dict. pontem Perthensem esset unica parata via ad boreales partes regni tum montanis quam inferioribus, et propterea esset necessaria pendicula dicti burgi et pontis Tai,—concessit dicto burgo, et prepositis, ballivis, consulibus, civibus, burgensibus et communitati ejusdem,—dict. pontem Iernium, ejus vias omnesque commoditates ad ejusdem refectionem

tanquam appendicem dicti burgi; necnon vectigalia et devoria subsequencia, viz. 2 den. pro unoquoque equite singulis temporibus transitus per dictum pontem, 1 den. per singulos pedites, 2 den. pro singulis jumentorum oneribus seu sarcinis annone seu victualium, 1 den. pro unoquoque jumentum onere salis, piscium, pultrearum et id genus aliorum, (1 den.) pro unoquoque equo aut jumento, 1 den. pro bove aut vacca et id genus aliquo, 1 den. pro singulis quatuor ovibus, 4 den. pro unoquoque jumentum onere mercium, pro unaquaque sarcina 1 den., et pro ceteris rebus similia vectigalia consueta, ad reparationem et sustentationem dicti pontis:—INSUPER exemit dictos prepositos, ballivos, vicecomites, consules, burgenses, communitatem et inhabitantes ab omni inquisitione vel assisa ubi crimina non fuerunt perpetrata infra dict. burgum aut infra unum miliare ei adjacens; et ab omnibus exercitiis &c., ubi rex non esset presens in propria persona et totum corpus regni citatum esset:—SALVIS regi magnis customis:—REDDEND. 80 libras sterlingorum, assignatas *ut supra*:—PRETEREA rex incorporavit dict. burgum, terras, aquas, molendina, piscationes, insulas, pontes, moras, officia et libertates,—in unum liberum burgum regium et unam libertatem et liberum tenementum, ut unica sasina apud pretorium dicti burgi capienda pro omnibus stare:—MANDANDO dominis concilii et sessionis ut dirigerent literas publicationis super premissis, et literas rebellionis *lie hoirning* super simplici requisitione decem dierum contra recusantes premissa perimplere:—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 78. xliii. 28.

1099. Apud Halierudehous, 16 Nov.

REX,—cum consensu &c. (101),—confirmavit JACOBO SCRYMGEOUR de Myres, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Myres Over et Nedder terrarum de Auchtermuchtie, in senesc. et vic. de Fyiff;—quas idem Jac. personaliter resignavit; et quas rex,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Jac. ejusque antecessores prestito, ac pro magnis pecuniarum summis per-

solutis,—dicto Jac. de novo ad feudifirmam dimisit, cum fortalicio, pareis et columbario earundem :—TENEND. cum communia et communi pastura in montibus de Auchtermuchtie et communitatibus ville et terris de A. incumbentibus consuet., necnon communia &c. et luercatione petarum, glebarum et focalium in *the Myre of Rossie* :—REDDEND. 10 lib., et 10 sol. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 77.

1100. Apud Halierudehous, 16 Nov.

REX,—cum consensu &c. (101.),—confirmavit et, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, de novo dedit JACOBO SCRYMGEOURE de Myres, heredibus ejus masculis et assignatis,—officium clavigeri et serjandie armorum ;—quod idem Jac. personaliter resignavit :—et quia feudifirme terrarum de Myris Over et Nethir, extenden. ad 10 lib., continuo ab anno 1451 dicto Jac. ejusque predecessorum pro eorum servitio in dicto officio assignate erant, igitur dict. firmas, et 10 sol. augmentationis earundem, dicto Jacobo de novo similiter assignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 78.

1101. Apud Halyrudehous, 16 Nov.

REX in feudifirma locavit D. DAVIDI MURRAY de Gospertie militi, computorum rotulatori, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—castrum fundamentum *lie* Castelsted de Falklaud, et domus ruinosas ex australi latere ejusdem, cum viridario, vastis locis et nemoribus adjaeen. (inter stabula regis et edificium per Pat. Seytoun occupat. ex boreali, sepimenta regis de Falkland ex orientali, vastam peciam fundi circiter 6 ulnas latam dividendem palatium de F. a dicto fundamento, que jaceret vasta pro limite dicti palatii, ex australi, aquam de Mospie ex occiden.) :—REDDEND. 20 sol. ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 144.

1102. Ex Arce Saneruciana, 16 Nov.

REX,—cum ROBERTUS DOMINUS SEYTOUN ex clarissima vetustaque

familia de Seytoun descenderet, que multis abhinc seculis dignitatem liberi baronis et domini parliamenti consecuta est, cumque majores dicti Rob. in fidelitate versus regem firmiter permansissent, et dictus Rob. ita de rege meritus esset ut regalis munificencia postularet ne pateretur eum meritis honoribus destitui,—de consilio procerum et regni primatum, creavit dictum Robertum, et heredes ejus masculos,—comites cum titulo et dignitate COMITIS DE WENTOUN; et ipsum comitem dicto honore per cincturam gladii ac cappe honoris et dignitatis et circuli aurei circa caput positionem insignivit, investivit et realiter nobilitavit :—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 78. xliv. 136.

1103. Apud Halyrudhous, 16 Nov.

REX,—quia Jo. Murray de Tibbermure ejusque predecessores in terris infrascriptis infeodati fuerant,—concessit JACOBO MURRAY, filio natu maximo et heredi apparenti dicti Joannis,—terras de Westir Glentarff, in senese. de Stratharne, vic. Perth :—TENEND. dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legitime procreand. absque divisione, quibus def., dicto Jo. et heredibus ejus masc. quibuscunque reversuras, in feudifirma :—REDDEND. 8 lib., cum parte parte consueta, et 3 sol. 4 den. nove augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in cartis* 1183. xlv. 215.

1104. Apud Halierudehous, 17 Nov.

REX in feudifirma disposuit LUDOVICO LENNOCIE DUCI comiti Darnelie domino Tarboltoun, Methven et Aubigney &c., magno camerario Scotie,—castrum de Glasgow, ejus domos, hortos, vireta et privilegia; necnon jus nominationis annuatim prepositi, ballivorum aliorumque officiorum magistratuumque burgi et civitatis de Glasgow, sicut archiepiscopi de Glasgow prius habuerunt ;—et constituit dictum ducem—hereditarium ballivum et justiciarium terrarum, dominiorum, baroniarum et aliorum quorumcumque ad temporalitatem dicti archiepiscopatus pertinen.

thairfra to the said Bowbair), necon Ordequische &c. usque ad Dundaricus et Acras bondatas ut infra (the saidis landis of Ordequische in the eist syid of the water Spey lyand betuie the burne callit Auld-dary at the south and the burne of Ordequische on the northe, and thairfra northwest to Brandeis-stokkis in the rin or auld wattergang of Spey foranent the burne of Inschewill at the northwest, and thairfra up the auld rin of Spey be the teillit rig or arrabill land of the landis of Baithill and Hauch of Dippill portening to the erle of Murray, to the burne of Ellie rynnand betuie the said Hauch and the saidis landis of Ellie, and passand up the said burne to the Brakanfeildheid of the saidis landis of Hauch, and be the south end of the teillit riggis thairof to the Bowbank, and thairfra to the Wpnetwis, and directlie thairfra to the burne of Mannoch, and ascending as the said burne rynnis to the mullis of the mouth or hill of Tormellen, and direct west thairfra to the heid of the said hill of T., and sua passing south the heid of the said hill to the Cabrach-burne at the south, and sa passing down as the said burne rynnis to the Lady-chapell, and thairfra rynnig to the loche of Inchevarrie at the eist end of the said chapell, and linealiv fra the southwest end of the said loche to the said water of Spey, and up the said water of S. quhill it cum to the landis of Daginsche, and west thairfra be the north syid of the Bog of Daginsche, and thairfra to Crofteroy as the said kingis gait gangis to the Preistis-briggis, and sua farthe to the Cabrache-burne, and ascending as the said burne rynnis to the heid of the hill of Tormellen, and as wind and wether schewis to the Gallowhill of Garbatie, and thairfra down be the southwest heid riggis thairof to the landis of Friefield, and passing down the said land-entis of F. be the rin of the burne of Garbatie to the water of Spey, and down the said water of S. to the north-eist part of the saidis landis of Daginsche quhair the saidis last merchis began), Straithbukkic et Croftis bondat. ut infra (beginnand at that part foirsaid callit Brandeis-stokkis foranent the burne of Inschewill at the north, passing

up the said water of Spey to the burne of Goway foranent Akinway, and sua passing as the said burne ran of auld to the Personis-pott at the south, and thairfra circuiting about the saidis landis of Straithbukkic); et omnia supradicta, cum lie cobill, curroch et speir fischingis super aqua de Spey infra dict. bondas, incorporavit in liberam baroniam de Ernesyid:—TENEND. cum communia super terris et mora de Reithmonth, inter Eister et Wester Ortanis et publicam viam ad superiorem cimbam de Spey:—REDDEND. ut supra:—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 50.

xliii. 128.

1138. Apud Haliernudhous, 2 Feb.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—pro servitio sibi per M. EDUARDUM BRUCE commendatarium de Kinlos, unum dominorum secreti concilii et senatorum collegii justitie, prestito tam in quotidiana et continua in sessione secretoque concilio animadversione erga justitie administrationem quam in diversis magnis missionibus et legationibus in extraneas regiones,—et quia dictus Eduardus provisus erat ad dictum monasterium de Kinlos ante actum annexationis, nec subscriptorum utilitas ad regem durante vita dicti Ed. pervenire potuit,—concessit dicto Eduardo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Kinlos (viz. villam de K. et terras per inhabitatores ejusdem occupatas, viz. lie Sellererukie, Mylneeruke, Freireruke, Wodland, Selatterland, Ewyngscrwke, lie Langaiker, Portereruke, lie Smythis-landis, Weiteruke, acras terrarum circa lie Eistwod, acras de lie Killand, terras dominicales lie Maynis de Kinlos, terras de Muretonne et earum acras, villam et terras de Coiffald, Hempriggis, Haltoun, Langcoitt Eister et Wester, Windiehill, Eist Grange, molendinum earundem, et Littill Ernesyid, Newtown, Winderlaw, Strutheris, Kilboghlauch et Nether Ruffis, Killlatt, Burgie, Boghervie, Lowranton, Colleiscruikis, acras earundem, et Newlandheidis, Inchedny, Wast Grange cum molendino, Tannacheis, Ailhoustak, lie Wairdis, lie Mylne-medow, lie Littill-medow, Blakstob, Newlandis earundem, et 3 ac. in Keilland,

lie Park et *Parkland*, villam de *Findorne* cum salmonum piscariis super aqua de *Findorne*, *Ordeis*, *Freifeild* [vel *Freiland*], terras de *Narne*, terras de *Elgyn*, annuos redditus de *Dundureus* et de villis de *Invernes* et *Forres*, vic. *Elgyn* et *Forres*; terras de *Fargie*, *Hauchis*, *Keillismound*, *Kilmeneideis* *Over* et *Nether*, *lie Grange*, *Clerksaitt*, *Murefauld*, *Boglogie*, *Thomtoun*, *Hauchis*, *Auchindaren*, cum *lie Newmylne*, ejus multuris et *lie suckin*, terras de *Overmylne*, *Montgrewis* *Over* et *Nether*, *Glengarrok*, *Auchinhoftis*, *Cantillie*, *Garretwod*, *Brakoch*, *Craiglethie*, *Cairnyhill*, *lie Nethermylne* cum toftis, croftis et *lie suckin* ejusdem, *Mellegyne*, terras de *Nethermylne* et *Ailhoustak*, *Jonetscheill*, *lie Knok*, *Knokbogie*, *Peithnik*, *Fluris*, *Rocheunt*, *Ballamoun*, *Echeris*, *Windehillis*, *Crollettis*, *Crannocheis* *Eister* et *Waster*, terras de *Fortrie*, *lie mossis*, *Edingiech* cum pertinentiis, *Clochmacreiech* nuncupat. *Onre-Ladyland*, in baronia de *Straithilay*, vic. *Banff*; terras de *Abbottishall* et *Candilland*, terras de *Lichnot*, mansionem *lie mans* in villa de *Allane*, in baronia de *Allane*, vic. *Abirdene*; terras de *Mwreailhous*, *Arkinduthe*, mansionem *lie mans* in *lie Channourie*, in parochia de *Avach*, vic. *Invernes*; cum castris, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., feudifirme firmis et proficuis quibuscumque; —que olim ad temporalitatem monasterii de *Kinlos* pertinuerunt; —neon monasterium et abbatie locum de *Kinlos*, cum domibus, hortis, molendinis, columbariis et aliis infra precinctum ejusdem, una cum advocacione ecclesiarum et parochiarum de *Alves* et *Allane*, rectoriarum et vicariarum earundem, cum decimis &c.; —quas abbas et conventus dicti monast. resignaverunt; —et que omnia rex incorporavit in liberum temporale dominium, baroniam et regalitatem de *Kinlos*, concedendo dictis *Ed. &c.* titulum et honorem liberi baronis et domini parlamenti, **DOMINI DE KINLOS** nuncupandi, cum suffragiis in parlamenti &c., et ut dict. dominium insigniis et dominiis armis honoraretur; et ordinando dict. abbatie locum principale fore messuagium; et dissolvit dictam abbatiam, renunciando jus suum ad tertias; et voluit

quod dictum dominium non inter terras ecclesiasticas sed cum baronibus et temporalibus dominis taxaretur, et quod existimaretur et retornaretur ad 100 mercas antiqui et ad 300 mercas novi extentus: —**REDDEND.** servitium liberi domini et baronis in parlamenti, cum 500 mercis albe firme: **INSUPER** rex promisit hec in proximo parlamento ratificanda: —**TEST.** *ut in aliis cartis &c.* xlv. 6.

1139. Apud Palatium de *Halierudhous*,
3 Feb.

REX confirmavit familiari suo **M. DAVIDI M'GILL** de *Cranstoun-Riddell* mi ordinariorum senatorum collegii justitie, heredibus dicti *Dav.* et assignatis, —terras et baroniam de *Cranstoun-Riddell*, cum advocacione beneficiorum, ecclesiarum et epellaniarum, cum terris de *Nisbit* eis ab antiquo unitis, cum fortaliciis, memoribus, molendinis, carbonibus, cuniculariis, columbariis, tenentibus &c., in constab. de *Hadingtoun* et vic. de *Edinburgh* respective; cum jure patronatus rectorie et vicarie de *Cranstoun*; terras de *Spotscheill* et superioritatem earum, in dictis constab. et vic.; terras de *Raufburne* et earum superioritatem, cum tenentibus &c., terras de *Nisbitscheillie* cum silva, vic. *Berrik*; terras de *Balvormie*, *Litle Parkley* et *Bwynsyid*, vic. *Linlythgow*; —quas idem *Dav.* apud burgum de *Edinburgh* personaliter resignavit; et quas rex ei, pro ejus bono servitio, de novo dedit, cum molendino de *Nisbitscheillie* et ejus terris, et pertinentiis earundem nuncupat. *Quhirig*; et omnes incorporavit in liberam baroniam de *Cranstoun-Riddell*, ut unica sasina apud turrin et principale messuagium de *Cranstoun-Riddell* capienda pro omnibus staret: —**REDDEND.** unam rubeam rosam nomine albe firme: —**TEST.** *ut in aliis cartis &c.* xlii. 238.

1140. Apud *Halierudhous*, 4 Feb.

REX confirmavit cartam *Joannis Vaus* de *Lochislin*, —[qua, cum consensu *Katherine Vaus* sponse sue et *Joannis V.* filii sui et heredis apparentis, —pro perimptione contractus de data presentium, —ad feuditiam dimisit fratri suo germano **ALEXANDRO VAUS** mercatori burgen. de *Edin-*

burgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Lochislin, cum fortalicio, manerie, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., vic. Invernes:—REDDEND. dicto Jo. 30 mere.:—cum precepto sasine directo Jac. Vaus burgen. de Forres:—TEST. Jac. Boiswell servitore D. Roberti Melvill de Murlocairny militis, Adamo Lautie scriba, Davide Andersoun (scriptore carte) et Daniele Melvill ejus servitoribus:—Apud Edinburgum, 3 Jul. 1600]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 14.

1141. Apud Halyrudhous, 5 Feb.

REX,—cum consensu &c. (93.),—in feudifirmam dimisit OSWALDO SMYTH in Kilroy, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—7 solidatas terrarum de Ferlingwoll antiqui extentus (per quondam And. Mureheid occupat.), in parochiade Dunscore, vic. Dumfreis;—que olim ad abbatiam de Melros pertinuerunt:—REDDEND. 11 sol. 3 den., et 9 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 99.

1142. Apud Halyrudhous, 7 Feb.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—concessit et, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, de novo dedit ALEXANDRO quondam BLAIR tunc COCHRANE nominato, filio legitimo tertio natu Joannis B. de eodem,—solarem dimedietatem terrarum de Cochrane extenden. ad 5 mercat. antiqui extentus, cum fortalicio, manerie loco, molendinis, silvis, piscationibus, columbariis, tenentibus &c., in baronia et vic. de Renfrew:—necnon dicto Alex., et ELIZABETHE COCHRANE ejus sponse, filie legitime tertie Willelmi C. de eodem,—umbralem dimed. dictarum 5 mercatarum de Cochrane, cum molendinis &c. (*ut sup.*);—quas omnes dictus Wil. in eorum favorem resignavit:—RESERVATO libero tenemento dicto Wil.:—TENEND. solarem dimed. dicto Alex. et heredibus masculis inter eum et dictam Eliz. legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Alex. de corpore legitime procreandis, nomen et arma de Cochrane gerentibus, quibus def.,

Roberto Blair de Auldmure immediato seniori fratri germano dicti Alex., et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, cognomen et insignia de Cochrane acceptantibus et nomen de Blair renuntiantibus, quibus def., Bricio B. de Loehwod eorum immediato seniori fratri germano, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Hugoni B. immediato fratri juniori germano dicti Alex., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Gavino B. dicti Alex. fratri germano natu minimo, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., secundo filio legitimo senioris domini de Fulwod pro tempore existen., ejusque heredibus masculis cognomen et insignia de Sempill renuntiantibus insignaque et cognomen de Cochrane acceptantibus, quibus def., domino de Barbachlaw ejusque pro tempore heredibus masculis cognomen et insignia de Cochrane gerentibus, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Wil. C. quibuscunque, cognomen &c. (*ut sup.*); umbralem dimed. dictis Alex. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi, heredibusque eorum supradict.; de principe et senescallo Scotie:—REDDEND. unam rosam nomine albe firme:—PROVISO quod si dicti Alex. aut heredes cognomen et insignia de Cochrane declinarent, jus hereditarium proximo heredi tallie eadem acceptanti accresceret; et quod non liceret dictas terras aut annuos redditus de eis alienare in prejudicium cognominis de Cochrane (quod si facerent, dicta alienatio nullius esset roboris et terre ad propinquiores heredes tallie pertinerent),—secundum tenorem contractus matrimonialis inter dictas personas, de data apud ecclesiam de Kilbarquhan, 21 Jul. 1600:—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 78. xliiii. 1.

1143. Apud Halierudehous, 9 Feb.

REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit familiari servitori suo M. GEORGIO YOUNG archidiacono S. Andree, et (de ipsius consensu et desiderio) MARGARETE MURRAY ejus conjugii,—villam et terras de Wilkestoun, in regalitate S. Andree, vic. Fyiff;—quas (olim de archidiacono S. Andree tentas) Adamus Mathesoun Ros heraldus in favorem dicti Geo. resignavit; et quas rex, pro diuturno et acceptabili

servitio, dictis Geo. et Marg. de novo ad feudifirmam dimisit, prout per dictum Geo. ejusque tenentes occupate sunt tam in proprietate quam communitate (intra bondas specificatas), et cum libertate carbones et calcem *lie lymestone* in terris et communitate effodiendi:—TENEND. dictis Geo. et Marg. in conjuncta infeodatione, heredibusque masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus et legit. heredibus dicti Geo. quibuscunque et assignatis:—REDDEND. 22 libras 13 sol. 4 den. feudifirme antique, et 26 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 10.

1144. Apud Halierudhous, 12 Feb.

REX confirmavit et,—pro servitio sibi suisque predecessoribus impenso, ac pro 501 merc. et 20 lib. compositionis persolutis,—cum consensu &c. (105. 101. 93.),—de novo dedit ALEXANDRO STRATHAUCHIN de Thornetoun, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Thornetoun, terras dominicales ejusdem, cum castro et manerie loco, molendinis granorum et fullonum, et pertinentiis (viz. Brigtonn, New-Thorntoun, Brandisleyis, Langhill, cum bruerio *lie Browstersait* apud molendinum granorum de T.), necnon antiquum castrum de Kincardin et *lie Castelsted thairof* cum ejus terris et privilegiis, terras de Petgarvie, Caldam, Muretoun, Goseslie, Roishill et Wyismestoun, cum *lie Parkis* de Kincardin eorumque pendiculis (viz. terris de Newbigging cum molendino granorum, terris molendinariis &c., Boighoill, Huntarsait, Crechieburne, Blairnamiddill, Arubarro, Arclesaittis, Todhoillis et Newsaitt), cum piscationibus, silvis, tenentibus &c., necnon moras et petaria *lie muris and mossis* de Kincardin, Gallowhillok et Gallowmyres, cum focalium *lie fewall, fuill et dovall* in communia lucratione, ac communi pastura bestialium in *lie muris and mossis* de Luther, Cammak et Strafylochull, necnon montes sive colles, *lie mures and mossis* supra terras *the Braylandis of Thornetoun* nuncupat. usque ad summitatem montium (viz. *beggynd at the west syid of the town*

and bondis of Crechieburne, ascendand up to the hill or mouth heidis thairof as wind and wecher scheirris, and thairfra directlie northeist kripand the heicht of the hill for marche thairof to the Cairny-Month, and feathyne down the northeist cairne gait to the Clattering-brigis, and fra that northeist to the water of Feeder, kripand the water as merche, down that till it cum to the proper landis of Over Craigquestoun, and fra that apart and west to the saidis Alexanderis proper merche dygdis of the landis of Thornetoun), cum focalium aliorumque necessariorum in communia lucratione, ac cum communi pastura in orientali et occidentali partibus dict. bondarum, vic. Kincardin; necnon terras de Haddow et Lawsched (olim de monasterio S. Andree tentas), in parochia de Convoth, vic. Kincardin;—quas idem Alex. resignavit:—INSTRER rex constituit dictum Alex. hereditarium ballivum infra omnes bondas dict. communiarum;—et omnia suprascripta incorporavit in liberam baroniam de Thornetoun:—REDDEND. pro antiqua baronia de T. jura et servitia debita et consueta (taxando wardam et nonintroitum ad 50 lib. annuatim, relevium ad 50 lib., maritagium ad 1000 mercas); pro antiquo castro &c. (usque ad Newsait) 8 merc. 3 sol. 8 den., pro dictis moris de Kincardin &c. 40 sol., pro communiis in moris de Luther &c. 13 sol. 4 den., pro proprietate dictorum montium &c. 13 sol. 4 den., pro dicta pastura in orien. et occiden. partibus bondarum 6 sol. 8 den., nomine feudifirme; pro Haddow &c. 5 merc. feudifirme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis, ac 3 sectas ad 3 placita capitalia apud monast. S. Andree, ac duplum feudifirme in introitu heredum (proviso quod si duo termini currerent in tertium insoluti in toto vel in parte, hec locatio expiraret); et 6 sol. 8 den. nove augmentationis pro omnibus suprascriptis in feudifirma tentis; pro dicto officio unum den. albe firme, ac debitam administrationem in eodem:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 12.

1145. Apud Halymudhous, 14 Feb.

REX,—cum consensu &c. (92.),—ad feudifirmam dimisit et, pro servitio sibi impenso

et impendendo, quitteclamavit JOANNI CORSTOUN filio legitimo Joannis C. senioris incole ville de Nethir Crawmound, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—tenementum terre cum domibus, horreo, *lie kill* et *cabill* et parva crofta, ex parte occidentali vie regie ville de Kirk-Crawmound (inter tenementa et terras quondam Jo. Smyth tunc Rob. et Jo. Mowbrayis, terram dominicalem Ricardi Cas et Walt. Cleghorne, et aquam de Almonnd), cum pastura unius equi sive eque et unius vacce cum earum sequelis in communia dicte ville, et potestate lucrandi *lie fewall, foill, peittis and dovattis* ibidem;—quod olim ad episcopatum Dunkeldensem pertinuit:—REDDEND. 5 den., cum servitio burgi debito et consneto; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 7.

1146. Apud Halyruidhous, 14 Feb. REX,—cum avisamento &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit JOANNI CORSTOUN juniore, filio legitimo Joannis C. senioris in Nethir Crawmound et Mariote Bartaue ejus conjugis, et JOANNI BARTANE filio legitimo quondam Willelmi B. apud *lie Schoirsyde* de Almonnd, heredibus eorum et assignatis quibuscunque,—tenementum terre cum horto in villa de Nethir Crawmound ex occidentali parte vici regii (juxta aquam de Almonnd), duo tenementa ex orientali parte dicti vici, croftam ex oriente fortalicii de Crawmound (inter terras episcopi Dunkeldensis et litus maris), tenementum cum horto ex occidente dicti vici, cum crofta eidem pertinente prope *lie Sauct-Columbiswell* (inter terras communie de Crawmound et litus maris), cum tribus *lie fredomes* pasturandi 3 equos et 3 vaccas cum sequelis super communia de Kirk-Crawmound, et lucrandi glebas, cespites et focalia ibidem;—que olim ad episcopatum Dunkeldensem pertinerunt:—REDDEND. 2½ nummos, cum 15 sol. 7 den. antea solutus capellano S. Thome in ecclesia de Kirk-Crawmound

nomine annualis redditus, et 12 den. augmentationis; cum ceteris (si que essent) in antiquo rentali contentis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 8.¹

1147. Apud Halyrudehous, 14 Feb. REX,—cum avisamento &c. (92.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit JOANNI STEWART magistro de Orknay, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—occidentalem quarteriam orientalis dimedietatis terrarum de Wester Tarbert, cum *ailhous* et *Ailhousecroft* (olim per Nic. Ros occupat.), in diocesi Rossen., vic. Invernes;—que olim ad episcopatum Rossen. pertinuit:—REDDEND. pro terris 3 lib. 4 sol., $\frac{1}{4}$ *lie custome-mart*, unum muttonem, 3 capones, 3 pultreas, 1 hedum, 20 ova, 2 firlotas *lie suggeroun-aittis*, pro *lie ailhous* &c. 26 sol. 7½ den., $\frac{1}{4}$ muttonis, 1½ capones, 1½ pultreas; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 24.

1148. Apud Halierudhous, 17 Feb. REX confirmavit cartam Roberti Logane de Restalrig,—[qua,—virtute contractus de data 5 Feb. 1596, inter se cum consensu Bernardi Lindsay incole ville de Leith ab una, et And. Logane de Coitfeild ab altera partibus, in libris dominorum concilii registrati 9 Jan. 1601, necnon alius contractus de data presentium inter dictum And. cum consensu Eliz. Hoppringill ejus sponse ab una, et ADAMUM COWPER unum clericorum collegii justitie ab altera partibus,—cum consensu dicti Andree, vendidit dicto Adamo Cowper, heredibus ejus et assignatis, irredimabiliter,—terras et villam de Nether Gogar, cum tenentibus &c., et feudifirmis, in baronia de Restalrig, vic. Edinburgh:—REDDEND. regi servitia warde &c.:—cum precepto sasine:—TEST. Rob. Logane portionario et ballivo de Restalrig, Patricio Logane fratre dicti And., Adamo Logane filio et herede apparente Andree L. de Grantoun, Jacobo Logane clerico regalitatis de Brochtoun,

¹ This charter has the following names of adjoining owners:—Wil. Cleghorne, John Dalzell, unquihle Tho. Cleghorne, unq. John Mowbray.

Janet Stewin, unquihle Mr John Logane, John Wilsoun, James Mowbray of Colcairny, John Howiesoun.

Gibb. Edington scriba in Edinburgo, Wil. Stark servo dicti Adami C.:—carta scripta per Jo. Castellaw servum dicti Adami C.:—Apud Edinburgum, 28 Jan. 1601]:—**INSUPER** dict. terras dicto Adamo C., pro ejus bono servitio, de novo dedit:—et taxavit wardam et nonintroitum ad 40 lib. annuatim, relevium ad 40 lib., maritagium heredis ad 100 libras:—**TEST. ut in aliis cartis &c.** xliii. 9.

1149. Apud Halyrudehous, 19 Feb. **REX** concessit **ALEXANDRO ELPHINSTOUN** filio magistri de Elphinstoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —20 mercat. terrarum antiqui extentus de Pettynane, cum molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., vic. Lanerk, et per annexationem in dominio et baroni de Carlile;—que fuerunt quondam Willelmi magistri de Carlile aut quondam Michaelis dom. de Carleill vel Eliz. C. ejus neptis;—necnon terras de Pettinane vocatas *the Maynis* et tunc Wester-Raw, cum fortalicio, manerie, molendinis &c. (*ut supra*), in dominio de Pettynane, vic. de Lanerk;—que fuerunt Jacobi Johnnestoun de Wester-Raw;—necnon 10 libratas terrarum de Duncreiff et Wyisbie, cum fortaliciis, maneriebus, molendinis &c. (*ut sup.*), in senesc. Annuerdail;—que fuerunt quond. Adami Murray de Duncreiff;—et que omnes, de rege tente per servitium warde, regi devenerunt ob alienationes per dictas personas aut earum predecessores factas absque consensu regis:—cum potestate pro declaratione recognitionis prosequendi:—**REDDEND.** jura et servitia debita et consueta:—**TEST. ut in aliis cartis &c.** xliiii. 40.

1150. Apud Halyruidhous, 20 Feb. **REX**,—cum consensu &c. (93.),—in feudifirmam dimisit **JOANNI HOME** de Hutonhall, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —terras de Sowther Kynnadeis, cum molendino, terris molendinariis &c., in regalitate S. Andree, vic. Fyif;—que olim ad preposituram ecclesie collegiate de Kirkhill pertinerunt:—**SOLVEND.** 18 lib.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—**TEST. ut in aliis cartis &c.**

xliiii. 17.

1151. Apud Halyrudhous, 20 Feb. **REX**,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit cartam M. Gulielmi Murray, rectoris ecclesie parochialis de Dysert, —[qua concessit **ELIZABETHIE FORBES** domine Sinclair, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, in feudifirma, —tenementum in dicta rectoria (inter mansionem suam ex orientali, vulgo *uict be east the east garill thair of of tenth langis the northe merche eastward conforme to the breid of the said east garill 28 fathis of tenth*, dicti fani cymeterium ex australi, *the Kirkbank* ex occiden., viam publicam ad dict. fanum ex boreali);—quod Henricus Grott ejus feudatarius, cum consensu Joannis Grote et Margarete Dudingstoun parentum suorum et dominorum vitalis redditus, pro hac carta facienda resignavit:—**REDDEND.** dicto rectori 10 sol., et 5 sol. augmentationis; necnon tres sectas ad 3 placita capitalia apud mansionem dicti rectoris:—cum precepto sasine directo Jacobo Sinclair:—**TEST.** Magistris Andrea Pablis lectore de Dysert, Jac. Bruce de Newburne, Georgio Gardin de Latone in Angusia, Davide Thomesone sartore burgen. de Dysert, Jac. Sinclair servitore domini Sinclair, Laurentio Sinclair filio legitimo dicti dom., Jo. Strutheris incola dicti burgi, Hen. Young communi scriba ibidem, Joanne Auld notario ibidem (scriptore carte):—Apud burgum de Dysert, 17 Feb. 1601]:—**PREFEREA** dictum tenementum quitteclamavit:—**TEST. ut in aliis cartis &c.** xliiii. 18.

1152. Apud Halyrudehous, 2 Mar. **REX** confirmavit cartam Walteri Murray portionarii de Drumdewan olim in Carsheid, et Helene Stewart ejus sponse, —[qua, vigore contractus de data presentium, vendiderunt **GEORGIO OLIPHANT** de Bauchiltoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, —quarteriam suam terrarum de Drumdewan, cum quarteria molendini, terrarum molendinarum &c. (olim per Hen. Stewart et ejus subtenentes, tunc per Jo. Weiffute et ejus cottarios occupat.), necnon annum redditum 6 mere. de dictis terris de Drumdewan, vic. de Perth:—**TENEND.** de rege:—cum

clausula warrantizationis terrarum &c. contra omnes mortales, annui redditus a factis suis et D. Willelmi Ruthven senioris de Ballindane militis et Willelmi R. feudatarii de B. ejus filii:—cum precepto sasine:—TEST. (ad subscriptionem dicti Walt.) Jo. Murray de Tibbermwre, Laurentio Oliphant de Williamstoun, Laurentio Grhame tutore de Kalendar, Jo. Henrie in Perth (scriptore carte) et Thoma Gaw notariis:—Apud Perth, 26 Maii 1599:—(ad subscriptionem dicte Helene) Antonio et Thoma Murray fratribus germanis dicti Walteri, Andrea Lambe et Jo. Hay serviteribus dicti Geo. Hay (*sic*) de Bauchiltoun:—Apud Drumdewan, 18 Oct. 1599]:—INSUPER,—pro bono servitio dicti Geo., ac pro compositione persoluta,—suprascripta dicto Geo. de novo dedit:—et taxavit wardam et nonintroitum ad 53 sol. 4 den. annuatim, et maritagium ad 100 merc.:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xliiii. 43.

1153. Apud Halyrudehous, 2 Mar. REX,—cum avisamento &c. (101.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit NINIANO M'MORANE mercatori burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—trigesimam binam partem ville et terrarum de Kingisbarnis, in senesc. et vic. de Fyiff;—quam Wil. Lyell portionarius de Kingisbarnis, cum consensu Cristine Myretoun sponse sue, in favorem dicti Niniani resignavit:—TENEND. in feudifirma; cum communi pastura &c. (*ut in carta 153*):—REDDEND. 41 sol. 8 den., 4 bollas 2 firloas frumenti, 5 bol. 2 firlo. ordeï, 3 $\frac{3}{4}$ capones, cum ariagiis, cariagiis et servitiis consuetis, et 20 den. augmentationis; necnon duplicando &c. (cum ceteris *ut in carta 153*):—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xliiii. 142.

1154. Apud Haliernudhous, 2 Mar. REX, pro bono servitio, concessit et de novo dedit D. DAVIDI MURRAY de Gospertie militi, computorum rotulatori,—terras et baroniam de Segy, cum molendinis, tenentibus &c., vic. de Kinroscher;—quas Alex. dom. Home, D. Tho. Erskin de Gogur miles, et Georgius Ker de Fawldounsyil portionarii earundem in

favorem dicti Dav. resignaverunt; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Segy, ut unica sasina apud villam de Mekle Segy capienda pro omnibus staret:—TENEND. dicto Dav. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Andree M. de Balvaird et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., legit. et propinquiribus heredibus masc. dicti Dav. quibuscunque, cognomen et arma de Murray gerentibus, et eorum assignatis:—REDDEND. 3 den. sterlingorum nomine albe firme, non obstante quod partes dictorum Alex. et Geo. per servitium warde tenebantur:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xliiii. 145.

1155. Apud Halyrudehous, 3 Mar. REX confirmavit cartam factam per Tho. Lyell filium et heredem quondam Patricii L. in Dinnichin ac nepotem et heredem quond. Thome L. in D. ejus avi,—[qua,—cum consensu Alexandri Lyell naucleri burgensis de Dundie curatoris sui, pro ejus interesse,—pro perimptione contractus de data presentium,—vendidit DAVIDI CREWKSCHANK servo Joannis Carnegie de eodem, heredibus ejus et assignatis,—sub reversione continen. summam 450 merc.,—brasinam vulgo *the brewhous* de Dinnichin ejusque terras brasinarias, et aeram arabilem ex parte orientali de Drumbog, cum decimis garbalibus earundem, in baronia de Dinnichin, regalitate de Abirbrothok, vic. Forfar:—REDDEND. dicto Tho. unum den. albe firme; necnon firmas et devorias in originali infeofamento contentas iis quibus debite sunt:—cum precepto sasine directo Ricardo Rind de Fanow:—TEST. Davide Spalding nauclero burgen. de Dundie, Davide M'Gill servo Joannis Moffat carpentarii burgensis ejusdem, Rob. Dumbar servo Petri Wedderburne burgensis ejusdem, M. Willelmo Balfour et Jo. Pattoun (scriptore carte) notariis, Jac. Ker filio legitimo Jacobi K. naucleri burgensis ejusdem:—Apud Dundie, 5 Dec. 1596]:—NECNON instrumentum sasine sub signo et subscriptione M. Alex. Peirsoun scribe burgi de Abirbrothok,—[qua narratum est Abrahamum Creichtoun ballivum burgi de Abirbrothok, super solis

terrarum subscript. quond. Davidis Lyell in burgo de Abirbrothok, tradidisse Davidi Cruschank burgensi dicti burgi, heredibus ejus et assignatis,—annuum redditum 10 lib. de novo tenemento (inter terras dicti Dav. et hortos elimosinarios), et horto *lie* Braidyard ex parte orientali de Lorburne (inter terras Alex. Wode et aqueductum), et horto ex occiden. dicti vici vocato *lie* Greinyaird (inter terras Rob. Lyne et Alex. Haggus, et aquam de Brothok), et 2½ aeris de Keptie cum decimis (inter terras Geo. Peirsoun et And. Dunlop, Walleis et viam ad morum);—super resignatione Thome Lyndsay burgen. de Dundie et Margarete Ker ejus sponse (per Jo. Carrell burgen. de Dundie procuratorem constitutum per literas de data apud Dundie, 23 Jun. 1599) in favorem dicti Dav. C.:—TEST. Jo. Haillis, Pat. Balfour, ballivis burgi de Abirbrothok, Jo. Schakari, Jacobo Young, officariis ejusdem:—20 Jul. 1599, hora circa 3 p.m., an. reg. 33 (*sic*):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 130.

1156. Apud Halierudhous, 4 Mar.

REX,—tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—confirmavit [1] cartam Joannis Mackcaw de Australi Garathie,—[qua vendidit JOANNI STEWART vicecomiti de Bute, et heredibus ejus masc. (nomen et arma de Stewart gerentibus),—25 sol. terrarum antiqui extentus occidentalis partis de Australi Garathie, in insula et vic. de Bute:—REDDEND. regi tanquam principi et senescallo Scotie feudifirme firmas et devorias debitas et consuet.:—TEST. Tho. Cunnebruche de Scowlokis, Angusio Bannatyne de Lowbas, Wil. Stewart filio quondam Archibaldi S. de Laegazane (Largazane?), Joanne Gorow M'Caw de Garathie, Roberto Striviling burgen. de Rothesay:—cum subscriptione dicti Jo. M. de Australi Garathie calamum tangentis:—Apud Australe Garathie, 18 Dec. 1590]:—[2] cartam Joannis Stewart de Kilquhindick,—[qua vendidit dicto Jo. S. vicecomiti, et heredibus ejus masc. cognomen et arma de Stewart gerentibus, absque redemptione,—20 sol. terrarum aut. ext. de Langhillculquhi (per dictum vicecom. et ejus subtenentes occupat.), in dictis insula &c.:—

REDDEND. *ut supra*:—TEST. Pat. Campbell filio quond. Donaldi C. de Kilmorie, Rob. Glas de Middill Escogis, Waltero Stewart filio quond. Joannis S. in Neillistounsyid, Tho. Fraser in Rowttenburne, Arch. Stewart filio et herede apparente dicti Jo. S. de K., Arch. Stewart filio quond. Alexandri S. de Knaischlache:—carta scripta per Arch. Connell notarium publicum:—Apud burgum de Rothesay, 19 Sept. 1595]:—[3] cartam Roberti Glas de Middill Escogis,—[qua,—pro perimptione contractus de data apud burgum de Rothlissay, 5 Nov. 1594,—vendidit Joanni Stewart de Ardmaleisch vicecomiti de Bute, et JEANNE BLAIR ejus sponse, absque redemptione,—20 solidat. terrarum ant. ext. de Middill Escogis ex boreali parte dicte ville (per Jo. Stewart de Escogis occupatas), in dictis insula &c.:—TENEND. dictis Jo. et Jean, in conjuncta infeodatione et vitali redditu, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jo. quibuscunque nomen et arma de Stewart gerentibus, de rege tanquam principe et senescallo Scotie:—RESERVATO libero tenemento dicto Rob.:—TEST. Pat. Campbell filio quond. Donaldi C. de Kilmorie servo dicti vicecomitis, Jo. Stewart de Kilquhindick, Walt. Stewart filio quond. Joannis S. in Neillistounsyid, Wil. Stewart filio quond. Alexandri S. burgensis de Rothesay, Jo. M'Hehrest cive ejusdem:—carta scripta per dictum Arch. Connell:—Apud Escogis, 19 Sept. 1595]:—[4] aliam cartam Roberti Glas de Escogis,—[qua,—pro perimptione &c. (*ut in carta* [3] *supra*),—vendidit Jo. Stewart de Ardmaleiche vicecomiti de Bute, et heredibus ejus masc., absque redemptione,—40 sol. terrarum ant. ext. de Mid Escogis, in dictis insula &c.:—TENEND. de rege tanquam principe et senescallo Scotie:—TEST. Pat. Campbell filio quond. Donaldi C. de Kilmorie, Wil. Stewart filio quond. Alexandri S. burgen. de Rothesay, Joanne Kelburne, Joanne M'Hehrest, civibus dicti burgi, Dowgallo M'Kawis medico, Jo. Kar servo dicti vicecomitis:—Apud Eskoge, 19 Sept. 1595]:—[5] aliam cartam Rob. Glas de Eskoge,—[qua vendidit dicto Jo. Stewart vicecomiti, et heredibus ejus masc.,—16 sol. 8 den. terrarum ant. ext. de Cogoche,

in dictis insula &c.:—REDDEND. Henrico principi et senescallo Scotie feudifirme firmas et devorias debet. et consuet.:—TEST. Jo. Stewart de Kilkubinlick, Arch. S. ejus filio et herede apparente, Patricio Campbell filio quond. Donaldi C. de Kilmorie, Jac. Stewart burgen. de Rothesay, Jac. Spence burgen. ibidem:—cum subscriptione dicti Rob. calamum tangentis:—Apud Cogoche, 24 Sept. 1595]:—[6] cartam Jacobi Bannatyne filii et heredis quond. Jacobi B. scribe in Edinburgo,—[qua, virtute contractus de data presentium,—cum consensu Henrici Nisbit burgen. de Edinburgh et M. Jacobi Bannatyne scribe, curatorum suorum, pro eorum interesse,—vendidit Joanni Stewart de Ardmolice vicecomiti de Bate, absque redemptione,—5 librat. terrarum de Inschemernok, vic. Bate:—TENEND. dicto Joanni et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., heredibus ejus masc. quibuscunque arma et cognomen de Stewart gerentibus, de rege, loco episcopi Ergadie, in feudifirma:—REDDEND. 20 lib., et 20 sol. augmentationis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Jac. Stewart civi burgi de Rothesay:—TEST. Wil. Stewart clerico de Edinburgh, Joanne Stewart de Rosland, Rob. Bannatyne fratre dicti M. Jac., Jacobo Nisbit burgen. de Edinburgh, Adamo Fairley servitore dicti vicecomitis:—Apud Edinburgh, 10 Feb. 1592]:—PRETEREA, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum vicecomitem ejusque predecessores prestito, dictas terras dictis personis respective de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 131.

1157. Apud Halyruidhous, 18 Mar.

REX,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit D. RICARDO COKBURNE feudatario de Clerkintoun militi, secreti sigilli custodi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—tenementum interius in civitate Brechinensi, ex orientali parte ejusdem, cum libero introitu ad portam

anterioris domus teguliz cooperte, cum acra arabili eidem tenemento ab antiquo adjacent. (inter semitam ad Caldham et *commoun-den* dicte civitatis);—quod olim ad episcopatum Brechinens. pertinuit:—REDDEND. 13 solidos; necnon 3 libras 6 sol. 8 den. capellanis chori Brechinens. et eorum locum tenentibus; et faciendo servitia in dicta civitate debita et consueta, cum 12 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 159.¹

1158. Apud Halyrudehous, 18 Mar.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit M. JACOBO BANNA-TYNE portionario de Balma, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de *lie* Kirktooun de Newtyld, cum *lie* Brewland et decimis garbalibus earundem, in regalitate de Abirbrothok, vic. Forfar;—que olim ad abbatiam de Abirbrothok pertinuerunt:—REDDEND. 40 sol.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 78.

xliv. 326.

1159. Apud Halyrudehous, 21 Mar.

REX,—cum consensu &c. (93.),—in feudifirmam dimisit et quitteclamavit ANDREE DOMINO STEWART DE UCHILTRIE, et Domine MARGARETE KENNEDY ejus sponse,—terras ecclesiasticas de Uchiltrie *lie* Vicaris-holme, in dominio de U., vic. Air;—que olim ad rectoriam et vicariam de Uchiltrie pertinuerunt;—cum advocacione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Uchiltrie;—quam Jac. commendatarius de Melros resignavit, et quam ecclesiam, olim pertinentem ad monast. de Melros, rex in separatam rectoriam et vicariam erexit:—TENEND. dictis And. et Marg. et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti And. quibuscunque ei in terris et dominio de Uchiltrie succedentibus:—RED-

¹ This charter has the following names of adjoining owners:—unquhile John Guthrie, Mr Wil. Meldrum chanter of Brechin, unq. David

Baxter, unq. Mr Wil. Scall, unq. Wil. Richard, unq. John Scott.

DEND. pro terris 10 lib., et 3 lib. 6 sol. 8 den. augmentationis, ac duplum feudifirme in introitu heredum; pro advocacione unam rubram rosam 1 Aug. nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 19.

1160. Apud Halierudhous, 21 Mar.

REX,—cum consensu &c. (105.)—confirmavit et, pro servitio sibi et predecessoribus suis prestito, de novo dedit ANDREE FRASER de Stanywod—terras et baroniam de Stanywode et Muckwell, cum castellis, maneriibus, silvis, molendinis, lacubus et piscationibus, vic. Abirdene;—quas idem And. resignavit; et quas rex incorporavit in baroniam de Stanywode ut ab antiquo, ordinando fortaliciam de Muckwell principale messuagium fore:—TENEND. dicto And. et legit. et propinquieribus heredibus ejus masc. cognomen et insignia de Fraser gerentibus quibuscunque, quibus deficientibus, Alexandro F. de Dures et legitimis &c. (*ut sup.*):—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; taxando wardam et nonintroitum ad 90 lib. annuatim, relevium ad 90 lib., maritagium ad 1000 merc.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 20.

1161. Apud Halyrudehous, 26 Mar.

REX,—cum avisamento &c. (93.)—in feudifirmam dimisit JACOBO CLEGHORNE filio Walteri C. incole ville de Kirk-Crawmond, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terre tenementum in dicta villa ex parte orientali (occidentali?) vie regie (inter terram quondam Pat. Grenlaw tunc Ricardi Cars et Jo. Corstoun, terram quondam And. Corstoun tunc Jo. Mowbray, et aquam de Almond), vic. Edinburgh;—quod olim ad episcopatum Dunkelden. pertinuuit; et quod rex dicto Jac., pro ejus bono servitio, concessit cum duobus *lie friedomes* 2 equos et 2 vaccas in communia de Kirk-Crawmond pasturandi, necnon *fewall, failt et dorellis* luerandi:—REDDEND. firmam burgi debitam et consueta, cum servitio debito et consueto:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 23.

1162. Apud Halyrudehous, 26 Mar.

REX confirmavit ROBERTO DOMINO ELPHINGSTOUN in vitali reddito, et

ALEXANDRO MAGISTRO DE ELPHINGSTOUN ejus filio et heredi apparenti in feodo, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquieribus heredibus ejus masc. quibuscunque cognomen et arma de Elphingstoun gerentibus,—terras et baroniam de Elphingstoun, cum earum castro, manerie, molendino, terris molendinariis, tenentibus &c., terras de *lie Hallis-of-Airth* cum piscariis, terras de Polknaif cum piscariis, tenentibus &c., superioritatem terrarum de Powfoullis, quarteriam de Airthbeg, terras de Bannokburne, cum molendinis, carbonibus, advocacione capellanie S. Niniani, bovatum terre in Monte de Airth *lie Roschill* nuncupatam, terras de Carnok, Querrell et Plane, terras de Craiggorth cum molendino et *lie cruves*, terras de Gargunnok, vic. de Striviling;—necnon, in speciale warrantum de *Hallis-of-Airth* &c. (usque ad dictam advocacionem), dimidietatem terrarum et baronie de Calder, cum fortalicio, manerie, tenentibus &c., vic. . . ;—terras de Rossie cum earum fortalicio et manerie, tertiam partem terrarum de Drumbullis, terras de Pendreich, vic. de Perth;—quas iidem Robertus et Alex. resignaverunt;—necnon dicto magistro de Elphingstoun in vitali reddito, et ALEXANDRO ELPHINGSTOUN ejus filio et heredi apparenti, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus def., legit. et propinquieribus heredibus ejus masc. quibuscunque cognomen et arma de Elphingstoun gerentibus, hereditarie,—terras et baroniam de Kildrymie cum castro, terras de Invernachtie cum silvis, et advocacione rectorie de Invernochtie et capellanie de Dene, villam et burgum baronie de Kildrymie &c. (*ut in carta* 51), vic. Abirdene; terras de *lie Kirkton* de Kildrymie &c. (*ut in carta* 24);—quas iidem Rob et Alex. senior et junior resignaverunt;—et quas omnes rex, pro bono servitio, eis respective de novo dedit, cum baronie de Elphingstoun carbonibus, silvis, forestis, parais, *lie hanyngus*, pratis, piscariis tam salmonum quam aliorum piscium, cimbis *lie cobillis*, retis, *lie quairis, crucis*, et ceteris ingeniis piscationum in omnibus

partibus aque de Forth, cum privilegio cimbam *lie ferry-cobill* et *boit* apud Elphingstoun ex utroque latere aque de Forth tenendi, et cum castris, maneriebus, parais, molendinis, silvis, piscariis, carbonibus, tenentibus &c. ceterarum dictarum terrarum in vic. de Striviling, et carbonibus, tenentibus &c. terrarum in vic. de Perth; et cum castris, maneriebus, carbonibus, molendinis, silvis, parais, forestis, *lie glenis*, pratis, *lie hanyngis*, piscariis, tenentibus &c. baronie de Kildrymmie, et presertim forestis de Corrygarf, Glenuchtie et Bunzeoch, quas erexit in liberas forestas cum potestate curias foreste tenendi &c., necnon cum fortaliis, maneriebus, carbonibus, molendinis, silvis, piscariis, parais, pratis, forestis, tenentibus &c. de Invernochtie, et carbonibus dicti burgi, et ejus privilegiis, et foro heptomadatum die Sabbathi, liberis nun-linis ter in anno (*ut in carta* 51), cum custumis magnis et parvis mundinarum &c.; necnon,—cum consensu &c. (92.),—de novo dedit eisdem *lie Kirk-toun* et terras ecclesiasticas et Tempiltoun de Kildrymmie cum carbonibus et pertinentiis:—INSUPER,—cum avisamento &c. (100.),—univit advocacionem rectoriarum et vicariarum ecclesiarum et parochiarum de Airth et Logy in diocesi de . . . , et Straithgath in diocesi de Duublane, ad baroniam de Elphingstoun, necnon rectoriarum ecclesiarum &c. de Kildrymmie, Glenbuchet, Cabrocht, Logymar, Auchindoir, Kinbatho, Tarland et Mygvie, in diocesi et vic. de Airdene, ad baroniam de Kildrymmie;—et incorporavit dictas terras &c. (usque ad Pendreich) in liberum dominium et baroniam de Elphingstoun, et ceteras in liberam baroniam et regalitatem de Kildrymmie:—REDDEND. pro baronia de Elphingstoun jura et servitia debita et consuetas; ordinando quod terre de Craiggorth libere essent a solutione quaruncunque devoriarum et a solutione annui redditus 20 merc. ab antiquo soluti regali capelle de Streviling; et taxando wardam et nonintroitum dicte baronie ad 200 lib. annuatim, et maritagium ad 1000 lib.;—pro Calder unum den. albe firme;—pro Kildrymmie, Invernochtie et dictis advocacionibus unam rubram rosam nomine

albe firme (non obstante quod prius per servitium wardae tente erant);—pro dicto burgo cum pertinentiis 3½ merc. pro ejus feudifirmis:—pro Kirktoun &c. 3 libras 5 sol. 6 den. feudifirme, necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 31.

1163. Apud Halyrudhous, 26 Mar.

REX concessit et quitteclamavit MARGARETE CAIRNECROCE, relicte Joannis Hammiltoun de Chapell ac sponse M. Willelmi Hairt de Levilandis justiciarii deputati, et heredibus inter eam et dictum Joannem procreatis eorumque heredibus et assignatis,—terras et molendinum de Birkinsyde, vic. Beruik; terras vocat. Plewlandis extenden. ad 2 terras husbandias aut eocirca, bovata in villa et territorio de Liutoun, cum domibus, in constab. de Hadiugtoun, vic. Edinburgh;—que fuerunt quondam Jacobi com. de Bothuile, vel Francisci olim com. de B., et ad dictam Marg. pertinuerunt pro ejus vita; et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Jacobi (Dec. 1567), convictionem dicti Franc. in curia justiciarie (Jun. 1591), et ejus forisfacturam (Jun. 1592):—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 80. 49. 78. xliv. 227.

1164. Apud Halyrudhous, 27 Mar.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo ad feudifirmam dimisit familiari suo clerico M. THOME HAMILTOUN de Drumcarne, advocato regio, irredimabiliter,—duas tertias partes terrarum de Humbie (olim ad quondam Cristinam et Margaretam Listoun duas trium filiarum et heredum portionarum quond. Roberti L., qui fuit heres ex progressu quond. Simonis L. de Humbie, pertinentes), in parochia de Kirklistoun, regalitate S. Andree, vic. Linlythgow;—que fuerunt Joannis Steiusoun de Hyrdmanscheillis tanquam filii et heredis dicte Marg. et ex conquestu a dicta Cris., teute olim de archiepiscopo S. Andree; et quas dictus Jo., Joneta Kinros ejus sponsa et Jac. S. eorum filius natus maximus et heres apparens, in favorem dicti Tho. resignaverunt:—TENEND. dicto M. Tho. et heredibus ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Thome H. de Preistisfeild

ejus patri et heredibus masc. inter eum et Eliz. Murray ejus conjugem legitime procreatis, quibus def., heredibus dicti M. Thome et assignatis quibuscunque:—*Solvend.* 4 merc.; et duplicando dictam summam in introitu heredum:—*Test. ut in aliis cartis* &c. xliii. 22.

1165. Apud Halierudhous, 2 Apr.

REX,—cum avisamento &c. (100.),—concessit et, pro servitio sibi facto et faciendo, de novo ad feudifirmam locavit ROBERTO HAMMILTOUN seniori filio legitimo et heredi apparenti Patriei H. de Inchemurtho-park, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — pomerium, wardam et locum de Inchemurtho, cum molendino ejusdem vocato Craiginwar, terris molendinariis, astrictis multuris terrarum de Byrehillis, Polduf, Kinglassie et Kingask, in dominio de Byrehillis, regalitate S. Andree, vic. Fyiff;—que, olim de archiepis opo S. Andree tenta, dictus Pat. in favorem dicti Rob. resignavit:—*Reddend.* pro pomerio &c. 20 sol., pro molendino 5 lib. 14 sol., cum 12 caponibus et 24 pultreis; ac duplicando feudifirmas in introitu heredum; ac reddendo 3 sectas ad 3 curias capitales infra civitalem S. Andree:—*Test. ut in aliis cartis* &c. xliiii. 134.

1166. Apud Halierudhous, 3 Apr.

REX,—intelligens Pat. Eviot fratrem germanum Colini E. de Ballhoussie infeodatum esse in terris de Kirkton-Malare tam proprietate quam superioritate, cum fortaliciis, maneriebus, mansionibus, tentibus &c., vic. Perth, de rege tenendis secundum antiquum infeofamentum D. Jacobo Creichtoun de Fren draucht militi et ejus predecessoribus concessum; necnon in annuo reddito 20 merc. de terra Jac. Gill in vico australi burgi de Perth, tenend. in libero burgagio, sub reversione 200 mercarum; necnon (virtute contractus inter Hen. Lynsay alias Chairteris feudatarium de Kinfanis ab una, Rob. Leckie juniorem de Kipdarroche et quondam Beatricem Chairteris ejus conjugem ab altera partibus) in annuo reddito 240 merc. de terris de Kinfanis, Petsindie et Craigtoun, vic. de Perth, dictis Rob. et Beat. per dictum Hen.

alienato sub reversione 2400 merc., tenend. de dicto Hen. pro uno den. albe firmæ, et per dictum Robertum alienato dicto Pat. et Jonete Ros ejus conjugi (per duas cartas, tenend. de dicto Henrico et de dicto Rob. respective in alba firma); et quod dictus Col., David Lyndsay senior de Kinnettillis et David L. junior ejus filius dictos Pat. et Jon. infeodare se obligaverant in annuis redditibus 100 lib. et 100 lib. sibi per dictum Hen. alienatis de terris de Gooktoun et Tallyhow, vic. Perth, sub reversione 3000 merc.: et quod (per literas de data 4 Mar. 1597, registratas in libris concilii 2 Nov. 1598) Joannes Chairteris de Kinfanis cum consensu Jonete Chisholme sue conjugis constituerat dictum Pat. suum factorem, procuratorem, camerarium et assignatum durante vita sua ad proficua in dictis literis contenta; et quod dicti Jo. et Jon. C. assignaverant dictis Pat. et Jon. R. obligationem dicti Hen. ad se infeodand. in annuo reddito 40 mercarum sub reversione 400 merc.; et quod dictus Hen. infeodaverat, saltem obligatus est infeodare, dictam Jon. Ros in annuo reddito 70 merc. de terris de Haggishall, sub reversione 700 merc., et obligatus est infeodare eandem Jon. in ann. red. 400 merc., quorum usus fructus ad dictum Pat. pertinuit jure mariti; et quod fuerunt diverse obligationes et nexus hereditarii facti dicto Pat.; et quod dicti Pat. et Jon. R. titulum habuerunt ut succederent ad diversas terras et annuos redditus,—que omnia regi devenerunt ob forisfacturam dicti Pat. in novissimo parlamento mense Nov. 1600,—igitur, pro servitio sibi et ejus predecessores prestito,—cum consensu &c. (105.),—concessit dicto ROBERTO LECKIE, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—omnes dict. terras, annuos redditus et obligationes:—*Reservando* donationem eschaete de data 3 Mar. 1601 factam Jacobo Abircrumby feudatario de Carsie, de contractu inter dictum Pat. et Jac. Crambie burgensem de Perth ac Barbaram Foulis ejus conjugem:—*Test. ut in aliis cartis* &c. xliiii. 143.

1167. Apud Halierudhous, 4 Apr.

REX confirmavit D. ALEXANDRO

REX,—tanquam administrator &c. (*ut in carta* 1194),—concessit et,—pro servitio sibi et suis predecessoribus prestito, ac pro compositione persoluta,—de novo dedit WILLELMO CUNYNGHAME de Capringtoun in vitali reddito, et WILLELMO CUNYNGHAME ejus filio et heredi apparenti in feodo, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, dicto Wil. seniori, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque, —20 librat. terrarum antiqui extentus de Capringtoun cum earum castello, in balliatu de Kyle-stewart, vic. Air; 6 mercatas ant. ext. de Brokilmure, et 2½ mercat. ant. ext. de Dunlophill et Hoilhous, in balliatu de Cunyngame, vic. Air; cum molendinis, silvis, piscationibus, carbonibus, tenentibus &c., et advocacione ecclesiarum et capellaniarum, ab antiquo in liberam baroniam de Capringtoun incorporatas; tres quartas partes et 40 den. terrarum de Glenmuir, tam proprietatis quam tenandrie, cum molendinis, viz. 2 mercat. de Penbrek, 40 sol. de Paperthill, 4 mercat. de Schaw, 6 mercat. de Dalblairis et Constabilmark, 5 mercat. de Castelcauill, 23 sol. 4 den. de Dornell, mercatam de Auchtiauchte (vel Auchtitawche), 44 sol. 6 den. de Dalkeyth et Haggis de Dalkeyth, ant. ext., in balliatu de Kyle-stewart, vic. Air; 10 librat. terrarum de Cambuskeyth ant. ext., cum fortalicio, manerie et molendinis, terras de Baidland et Brothokle extenden. ad 40 sol. ant. ext., in balliatu de Cunyngame, vic. Air; officium coronatoris balliatus de Kyle-stewart cum feodis &c.;—quas idem Wil. senior resignavit; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Capringtoun:—REDDEND. principi et senescallo

Scotie 3 sectas ad 3 curias capitales balliatuum de Kyle-stewart et Cunyngame, cum warda &c.; taxando wardam et nonintroitum ad 5 libras pro unaquaque librata ant. ext. in Kyle-stewart et 6 lib. pro librata ant. ext. in Cunyngame, in toto 293 lib. 6 sol. 8 den. annuatim, relevium ad 293 lib. 6 sol. 8 den., maritagium ad 1000 mercas:—INSUPER,—quia dictus Wil. C. senior tenuit 5 libratas terrarum ant. ext. de Halie de Roberto Schaw de Foulsehillis in alba firma, quas dictus Rob. de Schaw de Keiris in alba firma et dictus Schaw de dicto principe per servitium warde tenuerunt,—rex concessit dicto Wil. C. wardam et nonintroitum de Halie cum principi deveniret, pro solutione 25 lib. annuatim:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 116.

1197. Apud Dalkeyth, 20 Jun.

REX,—cum consensu &c. (94. 103. 93.), —confirmavit [1] cartam M. Patricii Quhytlaw de Newgrange, — [qua, — pro summa pecunie sibi, Helene Q. filie sue et M. Patricio Lyndsay genero suo, viro dicte Helene, persoluta,—vendidit PATRICIO QUHYTLAW filio suo legitimo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras et villam de Newgrange, cum moris limitatis, cottagiis, pasturis, cum decimis garbalibus inclusis que nunquam a trunco separate erant, in dominio et regalitate de Abirbrothok, vic. Forfar:—TENEND. de superioribus earundem in feudifirma:—REDDEND. 15 lib. 6 sol. 8 den.; necnon ducendo 10 plaustratus feni et totidem glebarum ad monasterium de Abirbrothok et tegulas ad usum dicti monast. more solito; et faciendo 3 sectas ad 3 placita capitalia prope Carnecanane aut alibi prope dictum monast.; et duplicando feudifirmam pecuniariam in introitu heredum et assignatorum; et pro decimis 24 bollas farine, 8 bollas ordei, 4 bol. frumenti:—cum precepto sasine directo Petro Hay filio et heredi apparenti Patricii Hay de Meginche:—RESERVATO libero tenemento dicto M. Pat. Q.:—TEST. Alex. Peblis filio Oliveri P. de Chapelhill, Wil. Hall juniore pistore, Wil. . . . burgen. de Perth, Jac. Quhytlaw filio Alexandri Q. de Peblis:—carta scripta per Jacobum Don

notarium publicum:—Apud Perth, 15 Feb. 1600]:—[2] cartam Jacobi Hammiltoun de Kinbrachmont,—[qua,—virtute decreti arbitraris de data 26 (registrati in libris concilii 31) Jan. 1600, lati per D. Jacobum Elphinstoun de Bantoun militem secretarium regis et M. Thomam Hammiltoun de Drumcarne advocatum regis senatorum collegii justitie,—absque prejudicio priorum infeofamentorum factorum dicto M. Pat. Q., quondam Alexandro Q. ejus patri aliisque ejus predecessoribus de dict. terris de Newgrange,—vendidit dicto M. PATRICIO QUHYTLAW in vitali reddito, et Patricio Q. feuditario de Newgrange ejus filio, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, in feodo, irredimabiliter,—*lie* Hall-meadow de Abirbrothok (viz. *begynnand at the south nuik of Jakisland-fauld and sea tiniuillie to the water of Brothok, and north as the water rynnis to the auld dyk at the north heid of the said meadow, and west the said dyk to the dyk at the west syde of the said meadow foirnant the Thristie-den, and south the said dyk to the foirsaid nuik*), et peciam terrarum et morarum de *lie* Firth de Abirbrothok (viz., *begynnand at the north at ane stryp or burne ane certane space fra the arable land of Coleistoun quhair thair is ane merchestane imput on the south syde of the said burne, and fra that passand south and southwest as the merches ar imput betuie the muris of Coleistoun and Newgrange, passand to the Guillie-burne quhair thair is ane carne of stanes on the north syde thair of, and fra the said carne. richt south orir the said burne to ane merchestane imput on the south syde of the said burne, and fra that richt west the south syde of the said burne to ane gait callit the Ruffis-mercat-gait quhair thair is ane merchestane imput, and richt south the mercat gait and phuch-furr mercheit to the landis of Alexander lord of Spynie to the licht of the Drum quhair thair is ane croce gait and merchestane imput in the said croce gait, and richt eist the said Drum as the gait lyes to ane haik abone the Holmes quhair thair is ane merchestane imput, and fra that turnand richt north as the merches ar imput to the said Guillie-burne to ane auld furd bewest*

Peblis-furde quhair thair is ane merchestane imput), in dictis dominio &c.:—TENEND. *ut sup.*:—REDDEND. 26 sol. 8 den.; necnon duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—cum clausula warrantizationis a factis dicti Jacobi et Joannis dom. Hammiltoun commendatarii de Abirbrothok, eorum heredum et successorum:—cum precepto sasine directo Geo. Balfour de North-Tarrie:—TEST. Joanne Carnegy de eodem, Geo. Balfour de North-Tarrie, Alexandro Quhytlaw de Peblis, M. Alex. Peirsoun scriba communitatis de Abirbrothok, Pat. Lyell ejus servitore, Rob. Nasmyth servitore dicti Jac.:—carta scripta per M. Jo. Wardlaw servitorem Patricii Small scribe:—Apud Abirbrothok, 23 Jan. 1601]:—[3] cartam Alexandri Quhytlaw de Peblis,—[qua,—virtute contractus de data apud Quhytlaw et Abirbrothok, 23 Jan. 1601,—vendidit dicto M. Pat. Q. in vitali reddito, dicto Pat. Q. ejus filio et heredibus ejus et assignatis quibuscunque in feodo, irredimabiliter,—partem more vocate *lie* Braidmure (viz. *begynnand at the northwest nuik of James Davis hous in the Cottoun of Peblis, and fra that as the cart gait gangis southwest the Drum to ane uther cairt gait bewest the Ruffis-hirk-gait callit James-Homes-gait, and north the said gait to the heid of James-Homes-drum, and sea north to Peblis-furd, and eist the gait to the Birnie-hittokis to the foirsaid hous nuik, togidder with the commontie of the Hall-meadow and propertie thair of lyand benorth the south nuik of Jakisland-fauld and fra thyne as the stank is presentlie cassin to the watter of Brothok*), in dictis dominio &c.:—TENEND. *ut sup.*:—REDDEND. 6 sol. 8 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—cum precepto sasine:—TEST. Thoma Peirsoun de Lochlandis, Jo. Aikman, Geo. Peirsoun, Geo. Liddell, burgensibus de Abirbrothok, M. Alex. Peirsoun scriba communitatis ejusdem, et Pat. Lyell ejus servitore:—carta scripta *ut supra* [2]:—Apud Abirbrothok, 8 Jun. 1601]:—IN SUPER rex,—pro bono servitio dictorum M. Pat. Q. et ejus filii, ac pro compositione persoluta,—de novo in feudifirmam dimisit dicto M. Pat. in vitali

redditu, dicto Pat. ejus filio in feodo,—dict. Newgrange, comprehendentem cetera suprascripta que semper fuerant proprie partes ejusdem (viz. *beginning at the water of Brothok at the west end of the stank quhilk deryllis the landis of Newgrange and Leyis, and north as the said stank is presentlie cassin to the Tempill-furde, and east liuallie to the auld dyk at the arable land endis of Fahillis, and fra the said dyk to the auld merchstones standing benorth the faulb callit of auld in the Register of Abirbrothok: Auchinglus that is to say Gray-Leyis, now callit the Chappell-fauld, and east the gait benorth the Cottoun of Kinbrathmout to the place quhair the auld singuldie stude, in the yeir of God 1569 callit Sythnekerd, and to the heid of Montgungie, and west as the water ryunis throu the myre to the auld grene dyk at the arable land end of the Abbottis-Murchons, and west to ane furde a littill bevest the said dyk, and south ane cart gait quhilk gangis to Newgrange, to ane uther cart gait cumand east fra the Cuthill-furde callit the Cadgergait, and southwest the said Cadgergait to ane grene hillok besouth the said gait quhairin standis tra cardfast gray stanis, and southeist fra the saidis stanis to the Garreth-furde, and to Garreth-wall on the south syde of the Garreth-den, and liuallie fra the wall southwest to the said water of Brothok, and north as the watter ryunis to ane stank in the said Hall-meadow quhilk deryllis Newgrang fra Pellig, and west as the merches presentlie standis to the merchestanis presentlie standing at the northwest unik of James Dawis hors in the Cottoun of Pellig, and southwest as the cart gait gangis west the Drum to ane uther cart gait callit the Ruffis-mereat-gait, and north the said gait to ane furde in the north end thair of quhairin standis tra merchestanis, and fra the said furde in Guildie-burne as the cart gait gangis benorth the West Cokhill east to the Ruiffis-kirk-gait, and north the said kirk-gait to ane latch in the said kirk-gait, quhilk latche hes of auld deryllit and presentlie deryllis the proper mure of Newgrange fra the landis of Collestoun, and east as the saide latche gangis to the auld Kilmonth quhilk standis in the gairde*

presentlie occupit be Johne Govanis in the Cottoun of Collestoun, and east as the merchestanis presentlie standis to the west heid of the merche dyk quhilk deryllis the proper landis of Colistoun and Newgrange, and east as the said dyk standis to the east end thair of to ane uther dyk at the west heid of the mure of Gairis, and north the said dyk to ane grene risk or latche at the north end of the said dyk, and east to ane watter strype quhilk ryunis at the north syde of the said mure of Gairis, and east as the said stryp ryunis to ane stank at the west heid of the Weitt-meadow, and south the said stank to ane uther stank quhilk deryllis the proper landis of Newgrange from the foirsaid Weitt-meadow, and east the said stank to the water of Brothok, and north as the watter presentlie ryunis to the foirsaid west end &c.);—et omnes univit in unum tenementum de Newgrange, cujus principale messuagium esset maneries de N.:—REDDEND. regi (loco monasterii de Abirbrothok) 17 lib. monetæ, cum ceteris suprascriptis, et ceteris, si que essent, in rentali content.; necnon sustinendo domos et politiam solo corresponden.:—TEST. ut in aliis cartis &c. xliii. 86.

1198. Apud Dalkeith, 23 Jun.

REX,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam locavit JOANNI GRAHAME de Balgoun, heredibus ejus et assignatis,—prebendarii terras et antiquas domos ruinosas ad prebendam abbacie de Drumferling vocat. *lie* Meikill-College pertinentes, in burgo de Perth ex occidentali parte ecclesie ejusdem ex boreali latere *lie* Scho-gait;—que olim ad dictam abbatiam pertiuerunt:—REDDEND. 20 sol., cum 3 sol. 4 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. ut in aliis cartis &c. xliiii. 32.

1199. Apud Dalkeith, 23 Jun.

REX,—intelligens Robertum senescallum Scotie de data 20 Maii 1363 concessisse quondam Laurentio Govano predecessori JOANNIS GOVANE de Cardrona, ejus heredibus et successoribus,—hostilagium, domum et hospitium in villa de Pellig ubi dictus Rob. residentiam tempore hosti-

lagii sive exercitus confecit,—virtute ejus dictus Jo. et ejus antecessores in possessione semper extiterant,—suprascripta dicto Jo., heredibus ejus et assignatis, concessit et quitteclamavit, cum aliis ad ea ab antiquo pertinentibus (viz. prato *lie . . . meadow* inter terras de Grewstoun et Traequair, annuis redditibus 13 sol. 4 den. de terris de Innerlethane ad Jo. Twodie pertinentibus, 12 sol. de tenemento Jo. Peblis in dicto burgo, 12 sol. de tenemento Joannis Boo ibidem, 12 sol. de tenemento Rob. Wilsoun ibid., 12 sol. de tenemento Jac. Horsburgh ibid., 12 sol. de tenemento Jacobi Frank ibid., 8 sol. de tenemento Pat. Govane ibid., 2 sol. de tenemento Rob. Portnous, Tho. Steddat et Rob. Cranstoun ibid.):—**REDDEND.** unum libram seminis linteï *lie linyet seid*, cum asiamentis consuet.:—**TEST.** *ut in aliis cartis &c.* xliii. 89.

1200. Apud Edinburgh, 26 Jun.

REX confirmavit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit JOANNI MAKNAUCH de Kilquhanatie—10 mercatas terrarum (antiqui extensus) de Kilquhanatie cum silvis et molendinis, in senesc. Kirkeadbrycht;—quas idem Jo. resignavit:—**TENEND.** dicto Jo. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Joanni M. mercatori burgen. de Edinburgh et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., propinquioribus et legit. heredibus masc. dicti Jo. M. de K. cognomen et arma de M^oNaucht gerentibus, quibus def., propinquioribus et legitimis heredibus dicti Jo. M. de K. quibuscunque:—**REDDEND.** servitium wardæ &c.:—**TEST.** *ut in aliis cartis &c.*

xliii. 30.

1201. Apud Edinburgh, 26 Jun.

REX confirmavit cartam Davidis Seytoun de Parbroith,—[qua, cum consensu Marie Gray conjugis sue,—pro perimptione contractus de data apud Parbroith et Cowpar, 15 et 16 Apr. 1601,—vendidit GEORGIO SEYTOUN seniori filio legitimo dictorum Dav. et Mar., et heredibus masc. inter eum et JEANNAM SINCLAIR ejus sponsam legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc.

dicti Geo. quibuscunque arma et cognomen de Seytoun gerentibus, irredimabiliter,—terras et baroniam de Parbroith (viz. maneriem et *lie* Manis de P., terras de Lawdifferone cum molendino, annuum redditum 6 lib. de terris de Ramsayis-Forthier, terras de Wrqhartis viz. Eister Wrqhart, Middill Wrqhart et *lie* Loppie-Wrqhart, cum pasturagiis et privilegiis, terras de Kingask cum manerie, terras de Lillok, vic. Fyiff; terras de Haystoun et Scroggarfold, vic. Forfare; cum castris, maneriebus, pratis, parcis, forestis, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c.), necnon decimas gabales aliasque decimas cum redditibus quibuscunque et advocacione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Creich, vic. de Fyiff, ad dictam baroniam unitas;—necnon dicte Jeanne, in vitali reddito,—dict. terras &c. de Kingask, Landifferone et Wrqhartis:—**REDDEND.** regi pro Wrqhartis servitia in antiquis infeofamentis contenta; pro Kingask et Lillok jura et servitia debita et consueta; pro residuo dicte baronie 3 sectas ad 3 placita capitalia vic. de Fyiff, necnon wardam &c. (taxando wardam &c. ad 80 libras, et maritagium ad 400 lib.); pro decimis &c. unum den. argenti nomine albe firme:—**RESERVANDO** vitalem redditum de Parbroith, Lillok et Lawdifferone cum earum decimis &c. dictis Davidi et Mar.; necnon Eliz. S. filie dictorum Dav. et Marie jus terrarum de Wrqhartis secundum tenorem ejus infeofamenti:—cum precepto sasine directo Davidi Leys:—**TEST.** Davide Kyninmonth de eodem, Rob. Seytoun filio dicti Davidis S., Wil. Ramsay seniore, Wil. R. juniore ejus filio, servitoribus dicti Dav. S., Davide Ramsay servitore dicti Dav. K., Jo. Seytoun filio dicti Dav. S., Jo. Hedderuik in Cowpar (scriptore carte) et Pat. Glasfurde notariis publicis:—Apud Parbroithe, 9 Maii 1601]:—**PRETEREA**, pro bono servitio, suprascripta dicto Geo. de novo dedit:—**TEST.** *ut in aliis cartis &c.* xliii. 156.

1202. Apud Dalkeith, 29 Jun.

REX concessit DANIELI HAY secreti sigilli scribe, et M. ALEXANDRO HAY ejus fratri juniore, conjunctum et divisim pro eorum vite diebus,—officium secreto

sigillo scribendi, cum feodis &c.;—quod idem Dan. in favorem suum et dicti Alex. dimisit. xliiii. 152.

1203. Apud Halierudhous, 1 Jul.

REX,—cum avisamento &c. (105. 93.),—confirmavit JOANNI HOME de Coldingknowis et Magistre MARIE SINCLAIR ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquiorebus heredibus masc. dicti Jo. quibuscunque et assignatis,—terras et terras dominicales de Qubhitrig, cum fortalicio, manerie et molendino, in balliatu de Lauderdaill, vic. Bernik;—quas idem Jo. H. resignavit:—RESERVANDO vitalem redditum Domine Margarete Ker avie dicti Jo.:—INSUPER rex concessit dictis Jo. et Marie in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus def., legit. et propinquiorebus heredibus dicti Jo. quibuscunque et assignatis,—terris nuncupat. *the Eist-raik* terrarum de Ousbyir, cum earum communitate, silvis, pratis et moris adjacen., in dominio et regalitate de Melros, vic. Roxburgh;—quas (olim de monasterio de Melros tentas) Jac. Pringill de Wodehous et Jac. P. ejus filius et heres apparens, cum consensu Cristine Lyndsay sponse dicti Jac. junioris, in favorem dictorum Jo. et Mar. resignaverunt;—et quas omnes rex, pro bono servitio, dictis Joanni et Marie de novo dedit, cum terris infrascriptis de quibus dictus Jo. antiquus et natus tenens et feudifirmarius fuit, viz. 40 solidat. terrarum de Park, 30 sol. de Sorrowlesfeild, cum maneriebus, in dictis dominio &c. (olim ad monast. de Melros pertinen.), et terris de Smalhame-spittell cum manerie (olim ad monast. de Dryburgh pertinen.), vic. Roxburgh:—REDDEND. pro Qubhitrig unum den. argenteum nomine albe firme; pro Eist-raik 6 mercas, pro Park 45 sol., pro Sorrowlesfeild 33 sol., pro Smalhame-spittell 20 mere., et 5 sol. augmentationis, in toto 21 lib. 9 sol. 8 den. feudifirme, ac duplum feudifirme in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 33.

1204. Apud Dalkeyth, 1 Jul.

REX dedit lteras legitimationis JOANNI

STEWART bastardo, filio naturali Mathei S. de Correeravie. xliiii. 37.

1205. Apud Dalketham, 1 Jul.

REX confirmavit cartam Willelmi Kirkcaldy de Grang,—[qua,—pro perimptione contractus inter se ab una, Tho. Hammiltoun de Preistisfeild et M. Tho. H. de Drumcarne advocatum regium ejus filium ab altera partibus, initi de data presentium, intuitu contractus matrimonialis antea confecti,—vendidit MARGARETE HAMMILTOUN sponse sue, filie legitime dicti Tho. senioris, in vitali redditu,—terras de Banehrie, et dimidietatem suam terrarum de Tyrie, cum carbonibus, in parochia de Kingorne, baronia de Grange, vic. Fyiff:—REDDEND. regi unum den. albe firme:—cum precepto sasine directo Rob. Peirsoun in Banehrie:—TEST. M. Wil. Kellie (scriba presentium), M. Andrea Hammiltoun, Jac. Merstoun, Jac. Hammiltoun notario, Jac. Don:—Apud Edinburgum, 26 Jun. 1601]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 105.

1206. Apud Halierudhous, 1 Jul.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit M. THOME GAIRDIN de Blaertoun clerico commissariatus Abirdonensis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—lacum ex occiden. latere Canonie de Auld Abirdene ab antiquo nuncupat. *the Denis-loch*, in diocesi et vic. de Abirdene; cum custumis ville de *lie Auld-toun* de Abirdene, viz. *lie furlottis, peckis* et aliis mensuris quibuscunque cum omnibus proficuis, olim ad episcopatum pertinentibus:—REDDEND. 6 sol. 8 den.; necnon duplum feudifirme in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 121.

1207. Apud Dalkeith, 1 Jul.

REX confirmavit cartam Georgii Trottar de Prentonane,—[qua, cum consensu Eliz. Auchincraw conjugis sue pro ejus interesse,—pro imptione contractus de data 15 et . . Jun. 1596, in libris concilii registrandi,—vendidit (quondam) PATRICIO COKBURNE tutori de Langtoun et ELIZABETHE HOME ejus conjugi in vitali redditu, et PATRICIO COKBURNE

eorum filio seniori legitimo et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, in feodo, irredimabiliter,—terras de Wolferland extenden. ad 6 mercat. (occupat. per Tho. Adamesoune alias Cordonare et Tho. Chymeside), vic. Beruik:—REDDEND. regi servitium warde &c.:—cum precepto sasine:—TEST. Jo. Home portionario de West Restoun, Jo. Craw de Raintoun, M. Wil. Methven ministro apud Langtoun, Alex. Cuik et Jo. Horne notariis, Jo. Richardstone servo dicti Jo. Horne:—carta scripta *ut in carta* 829:—Apud Langtoun, 18 Jun. 1596]:—NEXON cartam Willelmi Reidpeth de eodem, et Thome R. ejus filii feudatarii de eodem,—[qua,—pro impletione contractus inter Pat. Cokburne de Eist Borthwik tutorem de Langtoun ex una, dictos Wil. et Tho. et Jo. R. filium dicti Wil. ex secunda, Jo. Sleych de Otterburne, Katherinam Barclay ejus sponsam et Pat. S. ejus fratrem e tertia partibus, de data 17 Apr. 1599,—in excambium pro 6 merc. terrarum de Otterburne,—vendiderunt dicto Pat. C. et Eliz. Home ejus conjugi eorumque alteri diutius viventi, et Patrio C. eorum filio seniori, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie et irredimabiliter,—3 terras husbandias terrarum et ville de Grwedykis (per Jo. Thomsoun et Jo. Manderstoun seniore occupat.), vic. de Beruik:—REDDEND. regi servitium warde &c.:—cum precepto sasine:—TEST. Tho. Reidpeth olim in Gammilscheillis, And. Galbraith de Wynscheillis, M. Geo. Reidpeth filio dicti Wil., Philippo Nisbit de eodem, Alex. Nisbit ejus fratre, Niniano Foulis notario publico:—carta scripta *ut in carta* 830:—Apud Reidpeth et Langtoun, 4 Jul. 1600]:—PRETEREA,—pro servitio sibi et predecessoribus suis per dictum quond. Pat. C. ejusque antecessores prestito, ac pro compositione persoluta,—dict. terras dicte Eliz. H. in vitali reddito et dicto Pat. C. juniori in feodo de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 123.

1208. Apud Lynlythgow, 2 Jul.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit ALEXANDRO NEILSON filio legitimo natu maximo Joannis N. de

Craigatlie, inter eum et Marjoriam Strang ejus sponsam procreato,—2½ mercatas terrarum de Nether Craig alias Craigatlie, cum fortalicio, manerie, molendinis, terris molendinariis, 20 solidat. de Over Craig, 1 mercat. de Beauch, 2 mercat. de Braid et Claschyne, 2 mercatas de Dalcopok, vic. Wigton; 3 mercat. terrarum de Smertoun, in balliatu de Carrik, vic. Air; cum castris, maneriebus, parais, pratis, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c.;—quas dictus Jo. apud Halierudhous pro hac carta conficienda resignavit:—RESERVATIS libero tenemento omnium dicto Jo., libero tenemento de Beauch dicte Mar.; et dicto Jo. potestate aliquam partem dictarum terrarum sive annuum redditum de eisdem impignorandi sub reversione 3000 mercarum; et licentia assedationes longes seu breves spatium 19 annorum minime excedentes conficere, absque diminutione rentalis:—INSUPER rex suprascripta, autea in unam tenandriam unita, incorporavit in unam liberam baroniam de Craigatlie:—TENEND. dicto Alex. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Gilberto N. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jacobo N. eorum fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Wthrido N. eorum fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Joanni N. eorum fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Alex. quibuscunque arma et cognomen de Neilsone gerentibus:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 158.

1209. Apud Dalkeith, 4 Jul.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit PATRICIO BARCLAY filio legitimo natu maximo Patrio B. de Tolly, ejusque heredibus masculis quibuscunque arma et cognomen de Barclay gerentibus,—terras et baroniam de Tolly-Barclay (viz. terras de Tolly cum pendiculis, molendinis &c. subsequen., viz. terras dominicales de Tolly cum fortalicio, manerie et molendino, terras de Tollyturnay, Petdowlsie, Wodtoun et Auldmylne, terras de Meikill Seggait cum molendino, cum silva lie Garletwod. et Ernboig eidem adjacen., ac

cum capella et crofta capelle de Seggait, terras de Meikill Drumquhendill cum pertinentiis, viz. 14 bovatas de Meikill D. cum molendino et terris molendinariis, borealem dimelietatem terrarum de Drumquhendill et terrarum vocat. *lie Outsettis* earundem, terras de Ardlane et Auchroddy, cum tenentibus &c. omnium dict. terrarum, vic. Abirdene; villas et terras de Wodend, Comaylyne, Romeishill et Burraldailis, cum multuris &c., in baronia de Fyvie, vic. Abirdene; terras de Inverthernie cum tenentibus &c., astrictas multuras et *lie knaifschip* dict. terrarum de I., in parochia et baronia de Auchterles, vic. Abirdene; cum castris, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c.;—quas dictus Pat. senior in favorem dicti Pat. junioris resignavit; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Tolly-Barelay:—RESERVATO libero tenemento dicto Patricio seniori:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; taxando wardam et nonintroitum ad 500 merca annuatim. et maritagium heredis ad 1000 lib.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 180.

1210. Apud Dalketham, 10 Jul.

REX,—cum consensu &c. (101. 93.),—ratificavit cartam venditionis per Jac. Sandelandis de Calder dom. de Torpheckin factam JOANNI HAMMILTOUN juniori de Wodhall, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—de terris et baronia de Thankertoun, cum earum fortalciis, maneriebus, molendinis, terris molendinariis, silvis, piscationibus, carbonibus, advocacione ecclesiarum et beneficiorum ejusdem, tenentibus &c., cum privilegio libere regalitatis, in parochia de Boithuall, regalitate Torpheckin per annexationem, vic. Lanerk:—que fuerunt partes domini et regalitatis de Torpheckin;—TENEND. de rege in feudifirma:—INSUPER rex, pro bono servitio, dictam baroniam dicto Jo. de novo ad feudifirmam dimisit:—TENEND. cum exemptione dicti Jo. a taxationibus, *lie scattis, stentis* &c., et dicti Jo. et tenentium a jurisdictione quacunque, exceptis rege et dominis concilii:—REDDEND. 10 libras, in partem solutionis summe 500 merc. in antiquo infeofamento

dominii de Torpheckin contente, absque ulla duplicatione feudifirme in introitu heredum vel assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 48.

1211. Apud Halyrudehous, 10 Jul.

REX concessit GEORGIO CAMPBELL de Crwnane, et ELYSABETHE BETOUN ejus sponse,—villam et terras de Balgirscho, cum fortalicio, manerie et pendiculis, et specialiter *the Mattounhoill* (per Duncanum Galbraith occupat.), 2 acras nuucupat. *the Kitching-aiker*, et acram de Balgirscho in *lie Guldiehill*, cum tofta ejusdem in villa de B. (inter toftas quondam Wil. Andro et quond. Davidis Masoun), et magno horreo in Kowbyre (olim per quondam Finlaum M'Harberie et Jo. M'Harberie occupato), in dominio de Cowper, vic. Perth:—quas Leonardus Blair de Balgirscho resignavit;—neonon 2 acras et $\frac{1}{2}$ rudam terrarum aut eocirca burgi de Kethik jaen. ex boreali parte monasterii de Cowpar (inter Sanct-Katherins-croft per Robertum Alschonder occupat., croftam Walteri Pilmour nuncii, toftas dictorum Rob. et Walt. et Joannis Cubbane, et forum farinarium ante portam dicti monast.), cum toftis, croftis et hortis dict. acrarum ex boreali earum parte (inter toftas dicti Jo. Cubbane et Alex. Wilsoun alias Tallyeour), in dictis dominio &c.; super qua tofta liceret dicto Geo. habere commune bruerium neonon uti omnibus libertatibus dicti burgi:—quas idem Geo. resignavit;—et quas omnes rex,—pro bono servitio sibi et suis predecessoribus prestito, ac pro summis pecuniarum persolutis,—cum consensu &c. (93.),—dictis Georgio et Elys. de novo ad feudifirmam dimisit, cum parte de Monkmyre per eos et eorum tenentes semper post hominum memoriam occupata; et easdem incorporavit in liberam tenandriam de Balgirscho:—TENEND. dictis Geo. et Elys. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquieribus heredibus masc. et assignatis dicti Geo. quibuscunque:—REDDEND. pro Balgirscho 14 libras 6 sol. 8 den., cum 8 duodenis et 9 pultreis (vel 4 den. pro qualibet pultrea), 6 bollis avenarum ad equorum pabulum (vel 10

den. pro bolla), et pro areagiis, carregiis, aliis oneribus et communibus servitiis consuetis 10 sol., cum 13 sol. 4 den. augmentationis; pro Muttounhoill 53 sol. 4 den., cum 12 pultreis, pro dictis acris et tofta 26 sol. 8 den., cum tribus pultreis, et ceteris servitiis consuetis; pro dictis acris &c. de Kethik et parte de Munkmyre 26 sol. 8 den.; cum 3 sectis ad 3 placita capitalia apud dictum monast.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum vel assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 109.

1212. Apud Halierudhous, 11 Jul.

REX,—cum consensu &c. (101.),—concessit et, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, de novo ad feudifirmam dimisit JACOBO MAGISTRO DE PAISLAY, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—terras terrasque dominicales de Abircorne, terras de Braidmedow que fuerunt partes earundem, cum domo ruinosa, manerie loco et carbonibus, molendinum de A. cum hortis, pomariis novis et antiquis de Hekbeckishill (alias Echokishill), australibus et borealibus ripis *lie bankis*, multuris, columbario, marinis piscationibus, cum communi pastura et communitate in moro de Abircorne, marresio et *lie Myre* de Duntarvie, et terras de Mortoun, vic. Linlythgow; cum astrictis multuris &c. (*ut in carta* 299);—quas Jo. Levingstoun de Abircorne et Eliz. Carmichael ejus sponsa cum consensu Jacobi L. filii sui legitimi natu maximi et heredis apparentis, et Alex. Michaelsoun de Mortoun cum consensu Patricii M. filii sui, in favorem dicti magistri resignaverunt:—REDDEND. *ut in carta* 299, et pro carbonibus si qui inventi essent 40 sol.:—INSUPER rex voluit quod unica sasina &c. (*ut in carta* 299):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 29.

1213. Apud Halyrudehous, 11 Jul.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—confirmavit cartam Tho. Cauldwell de eodem,—[qua vendidit WILLELMO CAULDWELL, filio seniori inter se et Eliz. Wallace ejus sponsam, filiam quond. M. Adami Wallace ballivi civitatis Glasguen., procreato,—5 mercat.

terrarum antiqui extentus de Wester Caldwell, cum tenentibus, tenantiis et molendino, in baronia et vic. de Renfrew:—RESERVATIS dicto Tho. libero tenemento; et dicto Eliz. vitali reddito 10 solidatarum de Braeok et 5 sol. de Bowhous aut eocitica cum dicto molendino, et absque prejudicio ejus tertie reliquarum;—cum potestate dicto Thome quascunque partes dictarum terrarum vel annuum redditum de eis impignorare sub reversione 1000 merc.:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Adamo C. ejus fratri germano secundogenito et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Thome C. ejus fratri germano tertio genito et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Gavino C. ejus fratri germano quartogenito et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquieribus heredibus masc. cognomentum et insignia de Caldwell jure stirpis gentilibus quibuscunque, de principe et senescallo Scotie:—REDDEND. communes sectas in curia vic. de Renfrew, cum servitio warde &c.:—cum precepto sasine:—TEST. Jo. Striviling de Bankeir, Wil. Wallace burgen. civitatis Glasguen., Michaelle Wallace studente in collegio ejusdem, Rob. Brok nuncio ibidem, Patricio Mosman notario publico (scriba carte):—Apud civitatem de Glasgow, 15 Maii 1601]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 172.

1214. Apud Villam Vicecanonicorum prope Halyrudehous, 11 Jul.

REX,—intelligens Alexandrum Home de Rentoun et Jonetam Ellem ejus matrem et eorum predecessores fuisse ultra hominum memoriam antiquos, favorabiles et nativos tenentes infrascriptorum,—ratificavit omnes cartas per commendatarios et conventum de Coldinghame desuper factas in favorem quondam Alexandri Ellem de Rentoun, Davidis E. ejus filii, dictae Jon. ejus unius filie aut eorum predecessorum, et dicti Alex. H.:—INSUPER, pro servitio prestito et impendendo, de novo ad feudifirmam dimisit dicto ALEXANDRO HOME, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —16 terras husbandias et 3 terras cottagias in villa et territorio de Rentoun, cum

fortalicio, manerie, pratis, silvis, piscationibus, molendino de R., ejus terris *lie Mylnerig* et *Mylhauch* nuncupatis, cum pendiculis *lie Myrriehauch* et *Weschinghauch* appellatis (per dictos Alex. et Jon. occupatas), cum astrictis multuris ville et terrarum de Rentoun, 4 terras husb. nuncupatas *Wairinnislandis*, cum mansionibus, toftis &c., in villa et territorio de *Coldinghame* et *lie Law*, 4 terras husb. in *West Restoun* (per Nic. Paxtoun occupat.), tres partes carcate terre in villa et territorio de *Coldinghame*, cum officio forestarie baronie de *Coldinghame* cum terris ad id pertinent. (viz. terra husb. et 10 acris *Forresterislandis* vocatis, cum toftis,croftis et mansionibus in *lie Swtoun* de *Coldinghame*, terra husb. in *Auld-Cammos*), cum devoriis dicti officii (viz. esculenta et potulenta et pabulum equinum pro ipso et ejus homine quando ad domum prioris accederet, cum custodia *lie wrak* et *waij* infra dominium de *Coldinghame*, recipiendo de *wrak* et *waij* 12 den. de libra, et de nave seu battella applicante infra dictum dominium carcata cum blado, sale, carbonibus vel hujusmodi [si quid inde venderetur] unum bollam ante milum et aliam post malum, et de ancoragio ejuslibet navis 12 den., et de battella 4 den., cum thrava avenarum de quolibet terra husbandia firmariorum dicti domini [husbandiis ville de *Coldinghame* exceptis], de quolibet plastro nemorum 4 den., de tractu equino 1 den., de quercu quadrato cum bobus tracto 4 den., gallinas silvestres de consuetudine debitas, et unam robum generosis aptam ad festum Natalis Domini annuatim), unam terram husb. in *Howburne*, 3 $\frac{3}{4}$ terras husb. in *Eymouth*, cum annuo reddito 5 sol. de terris de *Scheilupdykis*, in baronia de *Coldinghame*, vic. *Beruk*;—necnon *MARGARETE COKBURNE* sponse affuturæ dicti *Alexandri*, in libero tenemento,—in plenariam contentationem ejus tertie seu conjuncte infeodationis,—antedictas *Wairinnislandis*, tres partes carcate, *Forresterislandis* cum toftis &c., et 3 $\frac{3}{4}$ terras husb. in *Eymouth* (excepta acra ancoragii cum custumis *lie hearin* et portus de E.);—quas omnes in dem Alex. H. et *Joneta* resignaverunt:—RESERVATO dicte *Joneta* libero tenemento

dict. terrarum de *Rentoun*, *Howburne* et *Auld-Cammos*, cum devoriis dicti officii:—INSUPER rex voluit quod unica sasina apud principale mansionem de *Rentoun* capienda pro omnibus staret:—TENEND. cum communi pastura in communia de *Coldinghame*:—REDDEND. 24 libras 13 sol. 4 den., et 6 sol. 8 den. augmentationis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum;—dicta *Marg.* post decessum dicti *Alex.* solvente 12 lib. de dicta feudifirma durante ejus vita:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 173.

1215. Apud Falkland, 12 Jul.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—concessit *PATRICIO WOD* de *Bonyntoun* in vitali reddito, et *HENRICO WOD* ejus filio legitimo natu minimo in feodo,—terras de *Idwy*, *Auscurry*, *Braktullo*, molendinum de *Auchscurry*, *Kynneris* et *Gask*, terras de *Pitscandlie*, *Mairstane* et *Baldardie*, in baronia de *Rescobie*, regalitate *S. Andree*, vic. *Forfare* (olim de archiepiscopo *Sancti Andree* tentas); necnon terras de *Lethame* et *Newbigging* cum moris et marresiis, molendino *lie Kirkcoun-mylne*, ejus terris molendinariis, astrictis multuris, hordeo *lie ring-beir* et aliis multuris totius baronie de *Abirbrothok*, *lie Kirkcoun-meadow* alias *the meadow* de *Lethame* et *Newbigging* (intra bondas specificatas, prout ab antiquo fuerat *lie dyikit* et *fowseit*), in baronia et regalitate de *Abirbrothok*, vic. *Forfare* (olim de monasterio de *Abirbrothok* tentas);—quas idem *Pat.* resignavit:—RESERVATO *Nicholae Wardlaw* domine *Bonyntoun*, sponse dicti *Pat.*, vitali reddito de *Pitscandlie*, *Mairstane*, *Baldardie* et *Kirkcoun-meadow*:—Proviso quod quocumque dictas *Pat.* in sua vita tantum dicto *Hen.* aureum nummum vulgo *ane rois-noble* alias *ane thrissill-noble* infra ecclesiam parochialem de *Dundie* persolveret, aut super premonitione 6 dierum in manibus thesaurarii aut decani gilde burgi de *Dundy* consignaret, haberet regressum ad suprascripta:—INSUPER rex, pro magnis pecuniarum summis persolutis, suprascripta dictis personis de novo ad feudifirmam dimisit, cum eorum castris, maneriebus, carbonibus, molendinis, terris molendinariis, silvis,

parcis, forestis, pratis, piscariis, tenentibus &c., cum jure suo ratione forisfacture quondam Jacobi Wod apparentis de Bonyntoun (pro lese majestatis criminibus ex quibus convictus extitit et ad mortem justificatus); necnon eadem incorporavit in liberam baroniam de Lethame, ordinando fortalitium de L. principale messuagium fore:—TENEND. dicto Pat. *ut supra*, dicto Hen. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Andree Wod de Largo ejusque heredibus masc. quibuscunque cognomen et arma de Wod gerentibus:—REDDEND. pro Idwye &c. (usque ad Gask) 66 lib. 13 sol. 4 den., pro Pitscandle &c. 5 lib., necnon 6 sol. 8 den. pro sectis curie de Rescobie vulgo *liv scotarjie*, et 5 sol. domino de Murelawderwod pro *lie mure-male*; pro Lethame 20 lib., pro Newbiging et Kirkton mylne 24 bollas victualium (viz. 6 bollas frumenti, 9 bol. ordeï, 9 bol. farine avenatice), et 21 lib., pro Kirkton-meadow 13 sol. 4 den.; et in omni novo introitu duplicando augmentationem rentalis viz. solvendo 12 bollas ordeï et farine equaliter, et 6 lib., per duplicationem feudifirmæ tantum; cum ceteris devoriis, sectis curiarum et servitiis in antiquis rentalibus et cartis contentis; et 20 sol. augmentationis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 11.

1216. Apud Falkland, 12 Jul.

REX concessit PATRICIO WOD de Bonyntoun in vitali reddito, et HENRICO WOD ejus filio legitimo natu (minimo) in feodo,—terras et baroniam de Birnes, viz. terras de Cuikbirnes cum molendino, vic. Abirdene; terras de Bonyntoun cum fortalicio et molendino, terras de Ennanye, terras de Kynblathmount subscriptas, viz. Gilkhorne cum molendino, Hantestom, Lawtoun, Balmulastoun, superioritatem terrarum dominicalium de Kynblathmount et 10 lib. feudifirmarum de eisdem, cum tenentibus &c. omnium dietarum terrarum, terras de Balbane, Incheok et Pittarous, cum quarta parte *lie cayns* de Connansye, tres quarterias terrarum de Annestoun et Myresyde ex solari parte earundem, 8 merc. annui redditus de terris de Inverrichtie, in

baronia de Birnes per annexationem, vic. Forfare;—quas idem Pat. resignavit:—RESERVATO vitali reddito Nicholae Wardlaw domine Bonyntoun, sponse dicti Pat.:—PROVISO, cum clausula de novodamus et TENEND. *ut in carta* 1215:—INSUPER rex suprascripta incorporavit in liberam baroniam de Bonyntoun:—REDDEND. jura et servitia debita et consuetata:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 12.

1217. Apud Falkland, 13 Jul.

REX confirmavit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, (de novo) dedit LUDOVICO CREYCHTOUN feoditario de Nauchtane, et CRISTINE RAMSAY ejus sponse,—terras dominicales de Nauchtane (per dictum Lud. et Alex. C. de N. ejus patrem et eorum subtenentes et servitores occupat.), terras de Brounhillis, Gallahill, Galra, Skuro (vel Skur) et Kilburnis, cum fortalicio, manerie et cofumbario de Nauchtane, cum superioritate terrarum de Segy et earuate terrarum de Sandfurd nuncupat. Sandfurd-Hay (ad Joannem Hay pertinen.), cum tenentibus &c. omnium diet. terrarum, in baronia de Nauchtane, vic. Pyiff;—quas iidem Ludovicus et Alex. C. resignaverunt; et quas rex incorporavit in liberam tenandriam de Nauchtane:—RESERVATO libero tenemento dicto Alex.:—TENEND. dictis Lud. et Cris. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus heredibus masc. dicti Lud. de corpore legitime procreandis, quibus def., propinquioribus et legit. heredibus masc. dicti Lud. procreatis inter dictum Alex. et quondam Margaretam Johnstoun dominam Nauchtane matrem dicti Lud., quibus def., propinquioribus et legit. heredibus dicti Lud. et assignatis quibuscunque:—REDDEND. servitium warde &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 171.

1218. Apud Falkland, 19 Jul.

REX,—cum consensu &c. (93.),—in feudifirmam dimisit et de novo quitteclamavit ROBERTO SEMPELL de Fulwode, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Kilmwn, Auchindocher et Garvelatter, dimidietatem piscarie in

flumine de Achie et Lochek (olim ad preposituram collegii de Kilmawn pertinentes), terras de Fynnertmoir, Fynnertbeg, Wlting et Bla(i)moir et aliam quarteriam dicte piscarie (olim ad capellaniam dicti collegii pertinen.), terras de Coufflatt et Cloyne, in parochia de Kilmwn, terras de Craighawis in parochia de Lochgoylisheid, terras de Kilmolew in parochia de Kilmolew (omnes olim ad preposituram et capellanas dicti collegii pertinen.), terras de Kenlochgoyle in dicta par. de Kenlochgoylisheid (olim ad vicariam dicte parochie pertinen.), et terras de Barnacarie in parochia de Killynnyen (olim ad capellaniam de Kilmory pertinen.), vic. Argyle; cum molendinis, terris molendinariis, silvis, piscationibus; necnon advocacionem prepositure et capellaniarum dicti collegii, et vicariam de Kenlochgoylisheid et Glenurehie, que beneficia ad terras de Kilmwn annexuit:—REDDEND. pro terris &c. 20 libras, pro advocacione unum den. si peteretur, et personas qualificatas presentando, et 6 sol. 8 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—INSUPER rex voluit quod unica sasina apud dictam ecclesiam collegiatam de Kilmwn capienda pro omnibus staret:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xliii. 106.

1219. Apud Falkland, 22 Jul.

REX confirmavit cartam Alexandri Foullartoun de Dunevyn-Wester,—[qua vendidit GEORGIO FULLARTOUN filio suo primogenito, heredibus ejus et assignatis,—terras de Wester Dunevyn, cum molendino granorum, tenentibus &c., in baronia de Dundie,¹ parochia de Glamis, vic. Forfar:—TENEND. de rege:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—RESERVATO dicto Alex. vitali redditu orientalis seu solaris dimelietatis dict. terrarum per se occupate, cum integro molendino:—cum precepto sasine directo Tho. Ogilwy de Torbreckis:—TEST. Jo. Lamby de Dunkeny, Davide Fullartoun filio dicti Alex., Joanne Kyninmonth de Wester Mathie apparente, Rob. Fullartoun in Dunevyn, Tho. Ker sartore in Dundie, Abrahamo

Piggott notario publico clerico regalitatis de Keremure (scriptore carte):—Apud Dundie, 11 Jul. 1601]:—PRETEREA, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, suprascripta dicto Geo. de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xliii. 165.

1220. Apud Palatium de Falkland, 23 Jul. REX confirmavit cartam Jacobi Scott de Baluerie militis,—[qua,—pro perimplacione contractus de data apud Edinburgh, 17 Jun. 1590, in libris dominorum concilii registrati,—vendidit JOANNI QUHIPPO de Rungawie, incole ville de Leithe, et AGNETE LOGANE ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque,—dimedietatem terrarum de Inverteill;—necnon dictis Jo. et Ag. in vitali redditu, et GEORGIO QUHIPPO eorum filio legitimo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—alteram dimed. earundem, cum loco, vic. Fyiff:—REDDEND. regi 10 sol. pro antiqua alba firma:—cum precepto sasine:—TEST. Pat. Weyms de Rungawie, Geo. Logane de Bonytoun, M. Alex. Auchmawtie fratre germano Joannis A. de eodem, Hen. Weyms. . . dicti Pat., Jac. Tarbert scriba signeti:—Apud Edinburgh, 24 Mar. 1595]:—NECNON cartam dictorum Jo. Quhippo et Agnete,—[qua venderunt dicto Georgio Quhippo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—dimedietatem de Inverteill in qua adhuc infeodatus non extitit, vic. Fyiff:—REDDEND. regi 5 sol. albe firme:—SALVA reversione dicto Jac. Scott secundum tenorem dicti contractus:—RESERVATO libero tenemento dicto Jo. Quhippo:—cum precepto sasine:—TEST. M. Davide Aytoune advocato, Rob. Scott mercatore, Aud. Scott chirurgo, burgensibus de Edinburgh, et Alex. Sempill servitore Jo. Gilmour scribe signeti regii (scriptore carte):—Apud Edinburgh, 9 Jul. 1601]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xliii. 164.

1221. Apud Falkland, 23 Jul.

REX confirmavit cartam Willelmi Kirkcaldie de Grange, et Margarete Hammil-

¹ The introductory clause reads, "in baronia de Dunevyn."

tou ejus conjugis,—[qua,—cum consensu Thome Hammiltou de Preistisfeild et M. Thome H. advocati regis, necnon Walteri Adamesou de Litchil Barbowgall, pro eorum interesse,—pro perimptione contractus de data presentium, et pro pecuniarum summis persolutis per WILLELMUM ROLLAND filium primogenitum et legitimum Andree R. in Kynnedder, et per Jo. Rolland burgen. de Kingorne,—vendiderunt dicto Wil. R., et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. legitimis propinquioribus et assignatis quibuscunque, irredimibiliter,—solarem dimedietatem de Glasmonth (per Jac. Orrok et Davidem Broun tenentes occupat.), in parochia de Kingorne et vic. de Fyiff:—REDDEND. regi servitium wardæ &c.:—cum precepto sasine:—TEST. M. Rob. Lyntoun advocato, M. And. Hammiltou filio legit. dicti Tho. H. de Preistisfeild, Jac. Done famulo dicti M. Thome Hammiltou, M. Wil. Kellie et Jo. Hammiltounis scribis in Edinburgh, Pat. Kirkealdie filio Joannis K. de Ablene, Roberto Kellis, Jac. Gray, Willelmo Martine, famulis dicti dom. de Grange, M. And. Wilsoni in Bruntiland, Alexandro Dick ibidem (scriptore carte):—Apud Edinburgh et Grange, 30 Maii et 6 Jul. 1601]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliii. 167.

1222. Apud Falkland, 26 Jul.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—confirmavit et,—pro bono servitio ac pro pecuniarum summis persolutis,—de novo dedit ROBERTO FAIRLIE de eodem, et heredibus ejus quibuscunque,—terras de Fairlie, cum molendinis, piscationibus et pertinentiis tam proprietatis quam tenandrie, 40 solidat. terrarum de Wattersyde, 40 solidatas de Blaiketlie, 10 mercat. de Fairlie-Crevoch, cum turre, et molendinis fullonum et granorum, vic. Air;—quas idem Rob. resignavit:—RESERVATO Katherine Crawford relicte Davidis Fairlie de eodem vitali reddito ejus conjuncte infeodationis terrarum, cum rationabili tertia:—PRETEREA rex, —quia commodus portus extitit, ubi liegii

et peregrini quotidie cum navibus et cimbis *lie crearis* appellere solebant, Fairlie-raid vocatus,—de novo erexit villam de Fairlie in liberum burgum baronie cum ejus portu, BURGHUM ET PORTUM DE FAIRLIE nuncupand.; cum potestate dicto Roberto ballivos, thesaurarios, decanos gilde, consules, burgenses &c. faciendi; cum libertate burgensibus emendi, vendendi, conservandi, *lie pak et pill* &c.; cum potestate pretorium edificandi et crucem foralem, cum mercantiis heptomadatum diebus Lune et Veneris, cum libera nundina *lie fair* annuatim 4 Nov. pro 48 horis continuanda, cum custumis &c.; cum potestate dicto Rob. custumas portus tam per mare quam per terram levandi pro sustentatione dicti portus, necnon resignationes terrarum &c. dicti burgi recipiendi et easdem quibuscunque personis disponendi, curias burgales tenendi bis heptomadatum scilicet diebus Lune et Veneris &c.:—TENEND. de Henrico principe et senescallo Scotie:—REDDEND. jura et servitia debita et consueti:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 53.

1223. Apud Falkland, 26 Jul.

REX confirmavit cartam Walteri Wode de Fettircarne,—[qua,—pro adimplitione contractus de data presentium,—vendidit WALTERO WOD filio suo et apparenti heredi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Eister Strath, in dominio et vic. de Kincardin:—REDDEND. regi unum den. argenti nomine albe firme:—cum precepto sasine directo Roberto Stratoun in Deanis-strayth:—TEST. Wil. Forbes de Monymusk, Davide Lindsay seniore de Vayne, Davide L. ejus filio, Jo. Leslie notario publico:—carta scripta per M. Arthurum Watt notarium publicum:—Apud Fettircarne, 22 Feb. 1594]:—IN-SUPER, pro bono servitio dicti Walt. Wod tunc de Fettircarne, de novo ei dedit dict. terras, cum *lie commounlie* in mora de Luther et in *the Mos of Balmane*, cum potestate bona et catella pasturandi, *lie peittis, turvis, fewall, faill and dorattis* effodiendi, cum extractione mericarum:—REDDEND. *ut sup.*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 57.

ANNO REGNI 35. ANNO DOMINI 1601.

1224. Apud Dalkeith, 1 Aug.¹
 REX,—cum avisamento &c. (102. 103. 92.),—in feudifirma disposuit et, pro bono servitio, quitteclamavit WILLELMO SANDILANDIS de Sant-Monanis, hereditibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Houstoun, cum earundem mansione, manerie, columbariis, cuiculariis, molendinis, piscariis in aqua de Tyne, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—que olim ad ministerium ecclesie Crucis de Peblis pertinuerunt:—REDDEND. 33 lib. 6 sol. 8 den. pro antiquis feudifirmis, et 13 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 43.

1225. Apud Palatium de Falkland, 2 Aug.
Blacader (viz. dimedietatis terrarum ville et terrarum dominicalium de B., ac molen-
dinorum granorum ejusdem ac terrarum de
Quhytelaw, cum tenentibus &c., et advoca-
tione ecclesiarum et capellaniarum earun-
dem), vic. Beruik :—RESERVATIS vitalibus
redditibus dicto Dav. H. de B. et Margarete
Schaw conjugi sue :—TENEND. dicto Dav.
H. fratri Patricii H. et dicte Elyzabethe
in conjuncta infeodatione, et heredibus inter
eos legit. procreandis, quibus deficientibus,
legit. et propinquioribus heredibus et assign-
natis dicte Elyz. quibuscunque, de rege :—
cum precepto sasine directo Adamo Forsyth
in Kymmergem-mains :—TEST. Davide
Home de Nynwellis, Jo. Home de Kirk-
gait, Jo. Home famulo regis, And. Home
filio primogeniti dicti Jo. H. de K., Wil.
Crawfurd servo dicti Dav. H., Wil. Carraill
ministro Verbi Dei apud Eddrem, Rob.
Home filio quondam Archibaldi H. rectoris
de Duce, Wil. Lorrane servo dicti Dav.,
Rob. Lawder, Georgio Thomesoun, notariis
publicis :—carta scripta *ut in carta* 713 :
—Apud Nynwellis, 19 Dec. 1599] :—PRE-
TEREA suprascripta dictis personis de novo
dedit cum jure suo ad eadem :—TEST. *ut in*
aliis cartis &c. xliii. 263.

1291. Apud Halierudhous, 15 Feb.

REX in feudifirmam dimisit servitori suo
M. ADAMO NEWTOUN preceptori filio
suo Henrico Phederico principi et senescallo
Scotie, heredibus ejus et assignatis,—ter.
de Lassuduyne cum pertinentiis (exceptis
terris de Newtoun, Elistoun, Maxpoffell,
Cammistoun et Plewland), cum molendino
de Newtoun cum multuris et sequelis vil-
larum de Newtoun, Lassuduyne, Elistoun,
Cammistoun, Murchouslaw et Plewland, in
dominio de Melros, vic. Roxburgh ;—que
olim ad monast. de Melros pertinerunt :
—RESERVANDO regi piscationem super aqua
de Tweid ad dict. terras pertinentem, cum
lapicidio et lapidibus pro necessariis dicti
monast. ; et quod non liceat feudifirmario
vendere vel dare alicui persone quemlibet
dict. lapidum, sive eos ad aliquem usum
convertere sed domos et edificia dictarum

terrarum reparare et edificare :—REDDEND.
pro Lassuduyne 80 mercis 8 sol. 8 den.,
10½ duodenas pultricarum, cum careagio
consucto, pro dicto molendino 12 mercas,
et in augmentationem rentalis 6 merc., in
toto 99 merc. 5 sol. 1 den. monete tanquam
antiquam firmam, et 2 merc. 3 sol. 4 den.
augmentationis ; necnon duplicando feudi-
firmam in introitu heredum :—TEST. *ut in*
aliis cartis &c. xliii. 92.

1292. Apud Dunfermeling, 18 Feb.

REX,—cum consensu &c. (101.),—con-
firmavit cartam Joannis (vel Jacobi) Scott
senioris,—[qua,—cum consensu Joannis S.
filii sui primogeniti et heredis apparentis,
et Jonete Oliphant ejus sponse,—vendidit
THOME WALKER portionario de Drone
seniori, in vitali reddito, et DAVIDI
WALKER ejus filio secundogenito here-
ditarie, et heredibus ejus mase., quibus
deficientibus, seniori heredum fem. absque
divisione,—nonam suam partem terrarum
de Drone (excepta una *lie butt* ex occidente
partis *the Aubhall* vocate, inter terras Jo.
Wilsoun et Alex. Hendersoun), in dominio
et senesc. de Fyff :—TENEND. de rege in
feudifirma ; cum communi pastura &c. (*ut*
in carta 1129) :—REDDEND. *ut in carta*
1278 (in augmentationem rentalis ad 18
sol. 7 den.) ; ac duplicando &c. (cum ceteris
ut in carta 932) :—cum precepto sasine :—
TEST. Alex. Hendersoun ac Tho. Wilsoun
portionariis de Drone, Joanne Turpie in
Darsy-milne, Alexandro Bell in Craighude :
—Apud Drone, 8 Nov. 1583] :—TEST. *ut*
in aliis cartis &c. xliii. 90.

1293. Apud Halierudhous, 19 Feb.

REX,—cum consensu &c. (112.),—con-
cessit et, pro bono servitio, de novo dedit
M. JACOBO CUNYNGHAME fratri
germano quondam Willelmi C. de Tour-
landis, heredibus ejus et assignat.,—tertiam
et sextam partes ville et terrarum de Tullig-
greg (*in carta* 719 *specificatas*), cum molen-
dino, in parochia de Alane, vic. Abirdene ;
terras de Corthiemure cum *lie* Smyddie-
croftis et Mylne-croftis (per Pat. Mill

¹ The corresponding clause in No. 1326 *infra* reads " 18 sol.," which corresponds with the sum total given immediately below.

occupat.), in episcopatu et vic. de Abirdene;—que olim fuerunt quondam M. Davidis Cunynghame episcopi Abirdonen., et dicti Wil. ejus fratris filii et heredis apparentis, tente ab antiquo de episcopis Abirdonen.; et regi devenerunt ob forisfacturam contra dictum Wil. deductam pro ejus introitu infra fortaliciam de Cunynghameheid post mandatum lese majestatis Alexandro C. ejus fratri datum pro extraditione ejusdem dominis de Dunraith et Orhill commissionariis regis, et ejus executionem ad mortem propterea:—REDDEND. pro Tulliegreg *ut in carta* 719: pro Corthiemare 48 sol., 11 bollas farine (seu 10 sol. pro qualibet bolla), 1 anatem (seu 12 den.), et pro Smyddie et Mylne-croffis 26 sol. 8 den., 4 sol. 4 den. pro gressuma, 6 gallinas fumatas *lie reik-hennis* (seu 4 den. pro qualibet), pro bondagio et servitio 20 den., in augmentationem rentalis 30 den., pro servitio 3 sol.; necnon duplicando devoriam pecuniariam in introitu heredum; cum 3 sectis curie apud palatium de Abirdene; et tenentes inserviendo ballivo principali in guerris regis; et heredes prestando juramentum fidelitatis; et si deficerent &c. (*ut in carta* 672):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 91.

1294. Apud Halyrudhous, 19 Feb.

REX confirmavit cartam Roberti Innes de eodem,—[qua, — pro perimptione contractus de data apud Rothemay, 17 Maii 1588,—vendidit (quondam) GEORGIO DOMINO DE SALTOUN, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Arduaille (per Alex. Gordoun et Jo. Innes modo occupat.) in baronia¹ de Abirchirder, vic. Bamf:—REDDEND. dicto Rob. unum den. albe firme:—cum precepto sasine directo Jac. Fortrie:—TEST. Tho. Innes de Pethnik, Jo. Innes de Lucheris, Jo. Fordice in Tulladoun:—Apud Innes, 24 Maii 1588]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 93.

1295. Apud Halyrudhous, 20 Feb.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 171),—concessit JOANNI

COLQUHOUN filio primogenito Alexandri C. de Lus, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—10 librat. terrarum antiqui extentus de Dummerbuk et Auchintourlie, cum tenentibus &c., cum molendino de A., et piscatione super aquam de Clyde vocata Cruikitschot et Spittillschot, vic. Dumbarfane:—que fuerunt quondam Roberti dom. de Boyde et ejus predecessorum, de senescallis Scotie tente per servitium warde, et in manibus Henrici principis devenerunt ob alienationem absque licentia superioris factam, modo libellando in processu recognitionis desuper intendendo:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 81.

1296. Apud Halyrudhous, 20 Feb.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit M. JOANNI PRESTOUN de Fentombarnis, uni senatorum collegii justitie, ac LILIE GILBERT ejus sponse,—terras de Gutheris cum mansione et carbonibus, vic. de Edinburgh;—necnon, in speciale warrantum earundem, terras de Drum et Gilmertoun, cum earum fortalicio, manerie et carbonibus, vic. Edinburgh;—quas Hugo Somervell de Drum et Margareta Hammiltoun ejus sponsa, cum consensu Gavini Hammiltoun de Roploch cui dictus Hugo interdictus est pro ejus interesse, in favorem dictorum Jo. et Lil. resignaverunt irredimabiliter, secundum tenorem contractus de data 6 Jun. 1601:—TENEND. dictis Jo. et Lil. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquiorebus heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque:—REDDEND. jura et servitia debita et consueti; taxando wardam et nonintroitum ad 10 lib. annuatim, relevium ad 10 lib., maritagium ad 100 lib.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 82.

1297. Apud Halyrudhous, 24 Feb.

REX, pro bono servitio, confirmavit et de novo dedit JOANNI DOMINO ABIRNETHY DE SALTOUN, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. et assignat. quibuscunque,—ter. et baronium

¹ The introductory clause reads "parochia."

de Abirneyth in Rothemay, cum castro, manerie, molendinis, tenentibus &c., vic. Banff;—quas idem Jo. apud Lynlythgow resignavit;—necnon advocacionem rectoriarum et vicariarum ecclesiarum parochialium de Rothemay et Keyth, in diocesi de Murray, dominio et baronia de Spynie, vic. Banff;—que ecclesie olim ad episcopatum de Murray pertinerunt, et per regem cum consensu parlamenti ab eodem dissolute et in specialibus rectoriis et vicariis crecte fuerunt, et earum advocatio Alexandro dom. de Spynie concessa; et quam advocacionem dictus dominus et Domina Jeanna Lyoun comitissa de Angus ejus sponsa in favorem dicti dom. Saltoun apud Lynlythgow resignaverunt; et quam rex ad dictam baroniam univit et a dictis episcopatu et dominio de novo dissolvit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 95.

1298. Apud Halyrudhous, 22 Feb.

REX,—cum avisamento &c. (93.),—concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit PETRO OLIPHANT de Turingis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Carsbank, cum molendino, terris molendinariis &c., et columbario, in baronia de Roscobie, regalitate S. Andree, vic. de Forfar;—quas Jac. Betoun de Melgund in favorem dicti Petri resignavit:—TENEND. in feudifirma:—REDDEND. 20 lib., 8 lib. loco gressume quinquennalis, 40 sol. antique augmentationis, et 40 den. nove augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia dicte regalitatis apud Rescobie; necnon observando ceteras provisiones in infeofamentis dicti Jac. et ejus predecessorum mentionatas:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 88.

1299. Apud Halyrudhous, 22 Feb.

REX,—cum consensu &c. (93. 102. 103.), necnon Joannis marchionis de Hammiltoun commendatarii de Abirbrothok, et conventus ejusdem,—confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit DAVIDI BETOUN filio

legitimo natu maximo M. Alexandri B. archidiaconi de Lowthiane, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Hospitalfeild, cum decimis garbalibus que ab invicem separari minime solebant, in baronia et regalitate de Abirbrothok, vic. Forfar;—quarum vitalem redditum dictus Alex. et Margareta Allerdyce ejus sponsa, et feudum idem David, resignaverunt:—REDDEND. dicto marchioni durante ejus vita, et post ejus decessum regi, 5 mere., et 6 sol. 8 den. augmentationis, nomine feudifirme; et dicto commendatario et ejus successoribus pro decimis 3 mere., et 3 sol. 4 den. augmentationis:—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 78. xlv. 306.

1300. Apud Halyrudhous, 10 Mar.¹

REX,—cum consensu &c. (101.),—confirmavit cartam concessam per quondam Jacobum abbatem de Seona, et ejusdem conventum,—[qua concesserunt (quondam) DAVIDI CURROUR filio et heredi apparenti (quond.) Andree C. de Logymege, heredibus ejus et assignatis,—terras de Rochquhalloch, in regalitate de Seona, vic. Perth;—quas Pat. Gray miles, filius et heres apparens Andree dom. de Gray, in favorem dicti Dav. resignavit:—REDDEND. dicto monast. 6 sol. 8 den. feudifirme si peterentur; cum presentia ad tres curias capitales dicte regalitatis, et ad iter justiciarie ejusdem cum contingeret; cum duplicatione feudifirme in introitu tenentis; cum multuris et servitiis molendino de Mawis consuetis:—TEST. D. Jac. Rattray decano Christianitatis de Gowrie, M. Pat. Blare vicario de Kilspindie, Joanne Blare, Tho. Turnour, D. Andrea Elder presbytero ac notario publico:—Apud monast. de Seona, 29 Jul. 1512]:—Necnon preceptum sasine desuper sequens, directum Joanni Curroure, Wil. Chalmer et Jo. Chalmer, de eadem data:—INSUPER, pro bono servitio, ac pro compositione soluta, dict. terras DAVIDI CURROUR tunc de Logymege in vitali redditu, et STEPHANO CURROUR ejus filio, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, in feodo, de novo ad feudifirmam

¹ Dated an. reg. 36. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Sancti Sualii*, lib. lxxii. fol. 269 verso.

dimisit, cum earundem maneriebus, et cum jure suo ad easdem ratione forisfacture quond. Joannis olim com. de Gowrie, M. Alexandri Ruthven olim magistri de Gowrie ejus fratris, et Willelmi domini Ruthven eorum patris:—REDDEND. regi *ut supra*, et 16 den. augmentationis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 269.

1301. Apud Halierudhous, 12 Mar.

REX, — cum avisamento &c. (112.), — concessit et,—pro bono servitio, ac pro pecuniarum summis persolutis,—de novo dedit PATRICIO BUTTER de Marytoun, et ISSOBELLE ROSSY ejus conjugii,—villas et terras de Monykebak et Chapellcrofts earundem, Eirik cum manerie loco et habitatione, molendinum de Eirik cum terris molendinariis, crofts ejusdem, murturis et sequelis dict. terrarum ac terrarum de Auld-Govill et Sualend dicto molendino astrict., villam et terras de Litill Govill cum molendino fullonario, tenentibus &c. (que de Andrea Hervie de Monykebak in feudifirma tente sunt pro 10 lib. annuatim), in parochia de Sanct-Macher, vic. Abirdene; —quas dictus And. et Jac. H. ejus filius natu maximus et heres apparens, in favorem dict. Pat. &c. resignaverunt; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Eirik: —TENEND. dictis Pat. et Is. in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Pat. et assignatis quibuscunque:—REDDEND. jura et servitia consueta; taxando warlum et nonintroitum ad 40 lib. annuatim, relevium ad 40 lib., maritagium ad 500 lib.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 97.

1302. Apud Halierudhous, 13 Mar.

REX,—cum consensu &c. (113. 103. 93.), —ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, de novo dedit ANDREE HAY, filio legitimo natu maximo et heredi apparenti quondam Joannis H. fratris germani quond. Thome Hay de Smythfeild, ac servitori Jacobi Kymmer scribe signeto regis, — terras et croftas jacen. contigue prope et circa

templum S. Crucis *lie Croce-kirk* de Peblis, cum earum columbario, domibus &c., necnon terras nuncupatas *lie Kingis-medois* cum earum terris et pratis (*viz. begynnand at the northeist end and fute of the meadow callit the Littill-meadow pertening to the laird of Henderstone, and passand thairfra eist to the merche dyke quilk derydis the saidis landis of K. fra the landis of Farnghauch, and keipand the said dyke southeist through Henderstoun-burne, and thairfra still southeist keipand the said dyke till it cum to the merche betuir the saidis landis and the landis of Crnikislandis, and thairfra direct west the said merche quhill it cum to the said Henderstoun-burne, and throich the same and thairfra direct north to ane rasch-bus till it cum to the south endis of the weilit Rasche-riggis of the saidis landis of K., and thairfra direct west be the heidis of the same Rasche-riggis to the endis of certane Rasche-buttis pertening to the said laird of H., and thairfra direct north down the east syulis of the saidis Rasche-buttis and of the forisaid Littill-meadow to the northeist end thair of*), jacen. ex australi latere aque de Tweid, vic. de Peblis;—que olim ad ministrum et conventum antedicti templi pertinuerunt:—TENEND. dicto And. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Joanni H. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Willelmo Hay eorum fratri, servitori Francisci com. Errolie dom. Hay &c., et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., heredibus masc. et assignatis dicti Andree quibuscunque: —REDDEND. 8 lib. 6 sol. 8 den., et 40 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 200.

1303. Apud Dumfermeling, 16 Mar.

REX,—cum avisamento &c. (112. 92.), —concessit JOANNI DOMINO LYNDISAY DE BYRIS, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — majorem dimedietatem terrarum de Carnoch, vic. Fyill; necnon

¹ Dated an. reg. 36. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, bb. lxxiii. fol. 115.

minorem dimed. earundem, in regalitate S. Andree, vic. Fyiff;—quas (minorem dimed. de archiepiscopo S. Andree olim tentam) D. Georgius Ramsay de Dalhoussey miles in favorem dicti Jo. resignavit; et quas rex dedit, cum fortalicio, manerie, parcis, pratis, forestis, columbariis, carbonibus, molendinis tam granorum quam fullonum, terris molendinariis, multuris, silvis, piscariis, tenentibus &c., ex utrisque lateribus aque; necnon easdem incorporavit in liberam baroniam de Carnoch:—REDDEND. pro majore dimed. servitium warde &c.; pro minore dimed. 33 sol. 4 den. nomine caue:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 83.

1304. Apud Brechin, 24 Mar.

REX confirmavit cartam Domini Duncani Campbell de Glenurquhy militis,—[qua concessit COLINO CAMPBELL filio suo et heredi apparenti, ejusque legit. et propinquioribus heredibus masc. quibuscunque arma et cognomen de Campbell gerentibus, —10 mercatas terrarum de *lie* Port de Lochtay, cum insula earundem, ac piscatura lacus de L., 8 mercat. orientalis finis seu caude de Eddergoll prope terras de Balloch, 4½ mercatas de Callelaquhane, terras de Dalgardie, Tulloch, Teray, Corriecharmik (absque pastura sive intromissione cum Mamlorne alias Balmacane), Moyeronich, Teirarthure, Kilterie, Clocherane, Ardtolony, Eddergoll cum molendino, Awlekheich, Ramony, Skeag, Duncane-Reochistoun, Croftnacabir et Pitmakie, in dominio de Discheor et Toyer, vic. Perth; terras de Drummoquheill et Drumquhassell, et *Castell* de Castellhill, cum molendinis, piscaturis et silvis, vic. Perth; terras de Fintolich, binam partem terrarum suarum de Dalmarkglen, cum maneriebus, infra dominium et senesc. de Stratherne, vic. Perth; terras ecclesiasticas sive glebam vocatam *lie* Ibert ecclesie parochialis de Monzie, in parochia de M., diocesi Dumbanen., vic. Perth:—TENEND. de rege in feudifirma:—REDDEND. pro Port &c. (usque ad Pitmakie) *ut in Registro Magni Sigilli* A.D. 1546-1580, *carta* 2200; pro Drummoquheill &c. *ut in carta* 76 *supra*; pro Fintolich 8 lib., cum parte martarum debit.

et consuet., et 12 den. augmentationis, pro Dalmarkglen 5 libras 6 sol. 8 den., cum parte martarum debita et consuet., et 12 den. augmentationis, in toto 13 lib. 8 sol. 8 den., cum observatione ceterarum conditionum in prioribus infeofamentis content.; pro Ibert de Monzie 5 lib. 10 sol., et 3 sol. 4 den. augmentationis, ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Donaldo M'Ean Vekpatrik Veknab in Leragane:—RESERVATIS libero tenemento de Port cum insula, necnon de Callelaquhane, Juliane Campbell sponse dicti Colini; et dicto Dunc. libero tenemento ceterarum:—TEST. Jac. Campbell feudatario de Laweris, Colino Campbell de Abirrouchill, Joanne C. ejus fratre germano, Quintigerno Lockhart, Arch. Campbell, famolis dicti Col. C. feudatarii de Glenurquhy, Gavino Hamiltoun notario publico (scriptore carte), Tho. Makie dispensatore in Findarg:—Apud Findarg, 12 Mar. 1602]:—NECNON aliam cartam ejusdem Duncani,—[qua concessit dicto Colino C. filio suo, et heredibus superscriptis,—terras et baroniam de Findarg, cum fortaliciis, silvis, molendinis, piscariis, tenentibus &c., in ballia de Discheor et Toyer, vic. Perth; terras de Cowldaris et Tennailis, cum cottagiis, silvis, piscationibus, molendinis et forestis, in baronia de Glenfalloch, vic. de Perth; terras de Ewer (vel Yewar) et Leragane, cum ollicio ballivatus de Discheor et Toyer, Glenlyoun et baronie de Glendoquhart, vic. Perth; terras de Bawane, Ardehalyie-Eister et Dowinche, in dominio de Glendoquhart, vic. Perth; 40 sol. terrarum de Wester Stwikis, cum silvis, piscariis, *lie schelingis* &c., in comitatu Atholie, vic. Perth; quartam suam partem terrarum de Monzie, cum molendinis, silvis, piscationibus, manerie loco, tenentibus &c., in senesc. de Stratherne, vic. Perth; terras de Emyrreachane et Costinterrie tunc nuncupatas Eister et Wester Creachanis, cum silvis, piscationibus, pasturis, in senesc. de Menteith, vic. Perth; terras de Strommelquhane, cum manerie loco, molendinis et piscationibus, terras de Edindonich cum earum molendino, terras de Larachfulzie, Craig, Candroquhat, Castell, Tulloch, Dalettir et Myaue, cum

silvis, piscationibus, molendinis, maneriebus, tenentibus &c., in comitatu et vic. Argadie:—REDDEND. regi pro Finlurg jura et servitia in antiquo infeofamento contenta; pro Bowane, Ardchalyie-Eister et Dowineche par chirothecarum, pro Wester Stwikis unam rubeam rosam, nomine albe firme; pro Creachanis albefirmam in antiquis infeofamentis contentam; pro Stroumelapuhan et seqq. wardam &c.; pro ceteris jura et servitia debita et consueta:—cum precepto sasine *ut sup.*:—RESERVATO libero tenemento dicto Duncano:—TEST. Jacobo Campbell feodatario de Laweris, Jo. C. ejus fratre germano, Quintigernio Loekhart, Arch. Campbell, famulis dicti Col., Gaviuo Hammitoun notario publico (scriptore carte), Tho. Makie dispensatore in Finlurg:—Apud Finlurg, 12 Mar. 1602]:—PRETEREA, pro bono servitio, suprascripta dicto Colino de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 212.

1305. Apud Dumfermeling, 29 Apr.

REX,—cum avisamento &c. (93.),—confirmavit et,—pro bono servitio, ac pro compositione soluta,—de novo ad feudifirmam dimisit EDUARDO MAXWELL de He, filio et heredi quondam Willelmi M. de Yle,—2 mercat. terrarum antiqui extentus apud ecclesiam de Carlaverok, mercatam terre in Bourlandis vulgo Knokfernok vocat. (per dictum Edw. ejusque tenentes occupat.), in parochia de Carlaverok, vic. Drumfreis:—quas, olim de vicario dicte parochie tentas, idem Edw. resignavit:—RESERVANDO dicto vicario 2 acras terrarum arabilium cum dimedia dieta prati (*half day work of meadow*) apud dict. ecclesiam ex boreali ejus parte, pro gleba, jacen. prope torrentem Kirk-burne nuncupatum:—TEXTEND. dicto Edw. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Joanni M. ejus filio naturali et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti Edw. quibuscunque:—REDDEND. presenti vicario pro ejus vita, et postea regi, 3 lib., et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 217.

1306. Apud Dumfermeling, 4 Maii.

REX,—cum consensu &c. (112. 92.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit GEORGIO BRUCE portionario de Gellattis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Carnoch (viz. terras &c. *in carta* 1303 *specificatas*);—quas Jo. dom. Lyndsay de Byris, cum consensu Domine Enphamie Leslie matris sue (relicte Jacobi dom. L. de B.), et Anne Oliphant spouse sue, in favorem dicti Geo. resignavit:—PRETEREA rex,—quia And. Arnote minister de Scotlandwall, conventu destitutus, resignaverat rectoriam et vicariam ecclesie parochialis de Carnoch, cum terris, decimis &c.,—dissolvit eandem a dicto ministerio, et advocationem ectorie et vicarie dicte ecclesie ad dictam baroniam univit, constituendo dictum Geo. hereditarium patronum ejusdem:—REDDEND. *ut in carta* 1303; taxando wardam et nonintroitum ad 20 lib. annuatim, et maritagium heredis ad 100 libras:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 216.

1307. Apud Dumfermeling, 6 Maii.

REX,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit WILLELMO SMYTH servitori M. Joannis Skene clerici registri, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—2 mercat. terrarum de Over-Lagane (viz. 1½ mercat. per Nic. Greir, ½ mercat. per Wil. M'Kynnay occupat.), in parochia de Dinscoir, vic. Drumfreis;—que olim ad abbatiam de Melros pertinerunt:—REDDEND. 4 mercas, et 3 sol. 4 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum ad suprascripta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 224.

1308. Apud Parthum, 10 Maii.

REX,—cum consensu &c. (100.),—ad feudifirmam dimisit WILLELMO GIBSOUN burgensi de Hadingtoun, et BARBARE FORRES ejus sponse,—duo tenementa terre cum cauda continen. acram terre ex boreali latere ville de Nungait, cum horto eidem adjacen. (juxta aquam de Tyne), 2½ acras arabiles continen. 5 rigas jacentes separatim in agello nuncupato Spottisflat, in territorio ville de Nungait,

vic. Edinburgh:—TENEND. dictis Wil. et Barb. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Wil. quibuscunque:—REDDEND. pro tenementis &c. 5 sol. 2 den., pro 2½ acris 8 sol. 8 den., et 2 sol. augmentationis, in toto 15 sol. 10 den.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 84.¹

1309. Apud Parthum, 10 Maii.

REX, — cum consensu &c. (100.),— ad feudifirmam dimisit PATRICIO NICOL-SOUN in Giffertgait, et AGNETI ADAMESOUN ejus sponse, — dimediam partem tenementi, ac totum sulcum sive rigam *lie daill* terre arabilis ei adjacent. (per eos occupat.), aliud dimediam tenementi cum cauda sive riga ei adjacent. (que olim fuit dimediam trium rigarum quond. Patricii Lyell), ambo juxta aquam de Tyne, in villa et territorio de Nungait prope burgum de Hadingtoun, necnon tenementum seu domum in dicta villa (juxta dictam aquam), in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—TENEND. dictis Pat. N. et Ag. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Pat. N. quibuscunque:—REDDEND. 7 solidos, et 12 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 94.²

1310. Apud Pertham, 10 Maii.

REX, — cum consensu &c. (93.),— ad feudifirmam dimisit JOANNI LESLIE de Balquhane et JEANNE ERSKINE ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. et assignatis dicti Jo. quibuscunque,—terras et schyram seu baroniam de Fetterneir, cum fortalicio, et salmonum piscaria super aqua de Done, pratis, moleninis et foresta, vic. Abirdene;—necnon dicto Jo., heredibus ejus masc. et assignatis

quibuscunque,—officium constabularii loci et principalis messuagii episcopatus de Abirdene in Canonia ejusdem, cum ejus hortis, pratis, pastura &c.; necnon annuum teoduna 126 lib. 10 den. de terris de Auchlyne, Tailyeauch, Blairdynnie, Bonetoun, Casteltoun (Cuseestoun?), et Luesk, in parochiis de Clat et Rayne, pro sustentatione dicti officii;—que omnia olim ad episcopatum Abirdonen. pertinerunt:—et rex voluit quod unica sasina apud fortalicium de Fetterneir capienda pro omnibus staret:—REDDEND. pro officio unum den. albe firme; pro ceteris 54 lib. 8 sol. feudifirme antique, et 26 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; necnon reddendo 3 sectas ad 3 curias capitales apud palatium de Abirdene:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 186.

1311. Apud Dumfermeling, 21 Maii.

REX, — cum consensu &c. (100.),—concessit M. HENRICO MERSER, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—dimedietates terrarum ecclesiasticarum parochie de Dull, viz. terras de Cars, Carsunkie, Petvassy, dimed. montis de Craigdull, dimed. terrarum de Auchlavie, decimis garbalibus omnium inclusis, in regalitate S. Andree, vic. de Perth (exceptis manso cum hortis adjacentibus per M. Duncanum McClagane occupat., domo nuncupata Makiltreshous et alia domo *lie Clerkhou*, pastura 6 summarum animalium cum animalibus dicti Hen. in terris superscriptis, cum *lie peittis, faill and dovelt*);—que fuerunt quondam Alexandri Stewart de Cars, olim de vicario ecclesie parochialis de Dull in feudifirma tente; et regi devenerunt ob non solutionem feudifirmarum per 2 annos integros:—REDDEND. dicto June, vicario de Dull, pro ejus vita, et postea regi, 6 lib. 13 sol. 4 den. feudifirme; cum 3 sectis ad 3 placita capitalia super dict. terris; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; cum

¹ This charter has the following names of adjoining owners in the territory of the town of Nungait:—John Lyell, Henry Cockburne, Wil. Bald, Jas. Cockburne, David Forrest, John Gray, Wil. Hepburne.

² This charter has the following names of adjoining owners:—William Gibsons, heirs of unquhile Philip Gibsons, Rob. Oliphant, John Johnstoun *alias* Myllar, Pat. Hepburne of Benestoun, heirs of unq. The. Waik.

prohibitione alienandi absque licentia regis; et si in solutione duobus terminis in tertium concurrentibus aut in aliquo premissorum deficerent, presens infeofamentum nullius esset roboris:—RESERVANDO regi jurisdictionem, et potestatem tenendi curias super dict. terris:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliii. 100.

1312. Apud Dumfermling, 30 Maii.

REX confirmavit cartam sub hac forma;—[BE IT KEND &c., ws Rob. erle of Orknay lord of Zetland . . to have sett and in heretable feufirme lattu . . to our weil-belovit cousing WILLIAM ELPHEISTOUN¹ brother germane to Robert lord Elpheistoun, his airis and assignayis quhatsumever,—all and hail the landis of Trosnes extending to ane urisland . . , lyand within Our-Lady parochin in the yle of Sanday and schirefdome of (Orknay):—TO BE HALDIN . . with housis, biggingis, tummolis, toftis, croftis, outbrekis, mossis, mewis, medowis, fischingis, quoyland, in pastur, out pastour &c.:—PAYAND . . to ws &c., for releif of oure few maillis, for ilk chalder of twa chalderis beir 6 pundis 13 schillingis 4 penneyis . . , and for ilk meile of 48 meillis flesche 5 s., and for ane barrell butter 3 pundis (or ellis to pay saidis beir &c.), and in augmentatioun of rentale 4 s. . . :—And we . . obleisis ws and oure airis to warrand &c.:—ATTOUR to oure lovittis Mathow Scollay . . we command yow . . gif stait, sesing &c.:—IN WITNES &c.:—At the Cannogait, 7 Apr. 1589:—Befoir thir WITNES, Joh. Cavertoun, Alex. Kincaid and Tho. Auchinleck noter publict:—ATTOUR the said Wil. &c. to pay 18 pultrie fowlis mair in augmentatioun of rentale]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliii. 214.

1313. Apud Falkland, 4 Jun.

REX dedit literas remissionis THOME DUMBAR feuditario de Littill Penik, et ROBERTO DUMBAR ejus fratri, pro eorum vita duraturas,—pro gestione et missione machinarum et machinularum quibuscunque temporibus ante diem date.

xliii. 103.

1314. Apud Edinburgh, 8 Jun.

REX confirmavit cartam quond. Willelmi Dalgarnoch apparentis de Garnestoun,—[qua,—pro adimpletione contractus initi cum Joanne Gordoun de Glas(c)oforest, de data apud Cragstoun, 24 Maii 1588,—vendidit CRISTINE WDNYE conjugi sue future, in ejus virginitate, in vitali reddito, —terras de Auldtoun de Garnestoun (vel Auld Garnestoun), in baronia de Garnestoun, parochia de Kinedwart, vic. Abirdene:—TENEND. de rege;—cum precepto sasine directo Alex. Laird in Grene-inschis:—TEST. Alex. Leslie, Alex. Laird, Davide Lyndsay, Geo. Fyiff, servitoribus dicti Jo. Gordoun, M. And. Clerk notario publico:—Apud Cragstoun, 27 Maii 1588]:—PRETEREA dict. terras quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliiii. 229.

1315. Apud Falkland, 8 Jun.

REX,—cum consensu &c. (101.),—confirmavit cartam Jo. M'Keinzie de Garloche, —[qua,—pro impletione contractus matrimonii de data apud Canoniam Rossen. et Kinkell, 21 et 28 Jul. 1599,—vendidit (quondam) JOANNI M'KEINZIE filio suo legitimo et heredi apparenti, et ISSOBELLE M'KEINZIE ejus sponse affidate, filie legitime Alexandri M. de Farburne,—davatum terrarum de Dawache-polley cum *lie scheillingis*, in comitatu Rossie, vic. de Invernes; dimediam davatum de Petlundie cum *lie scheillingis*, jacen. in dominio de Ardmannoche, vic. Invernes:—TENEND. dictis Jo. juniori et Is. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientebus, dicto Jo. seniori suisque heredibus et assignatis quibuscunque reversuras, de rege in feudifirma:—cum precepto sasine directo Hectori M'Keinzie M'Alexander M'Cane servitori dicti Jo. junioris:—TEST. Jo. M'William M'Kay servitore dicti Jo. senioris, Joanne M'Enleave in Garloch, Thoma Wrquhart servitore Rob. Monro vicarii de Wrquhart, Jo. M'Gilliehoan, Adamo Dumbar, connotariis publicis, Kenneto M'Keinzie in Mekill Angadill in Garloch:—cum subscriptione dicti Jo. M'Keinzie senioris manu

¹ In introductory clause styled "quotidianus servitor regis."

calamum tangentis : — Apud Kinkell-Clascher, 29 Jul. 1599] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 213.

1316. Apud Falkland, 9 Jun.

REX concessit consiliario suo D. PATRICIO MURRAY de Ganyes militi, et Domine ISSOBELLE BROUN ejus sponse,—terras de Balbyn et Drumcarne, cum manerie, in parochia de Abirmethy, vic. de Perth ;—quarum vitalem redditum Tho. Hammiltoun de Preisfeild, feudum M. Thomas H. de Drumcarne advocatus regius ejus filius,—cum consensu Eliz. Murray sponse dicti Tho. et Margarete Foulis sponse dicti M. Tho., necnon Alexandri Hammiltoun de Innerweik pro ejus interesse,—in favorem dict. Pat. et Is. resignaverunt ; et quas rex, pro bono servitio, dictis personis de novo dedit, cum tenentibus &c., et in liberam baroniam de Byn incorporavit, ordinando maneriem de Byn principale fore messuagium : — TENEND. dictis Pat. et Is. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. dicti Pat. de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Pat. quibuscumque nomen de Murray et arma domus de Balwaïre gerentibus :—REDDEND. &c. *ut in carta* 563 :—PROVISO quod heredes masculi de corpore dicti Pat. non procreandi, qui ad dictam baroniam succederent, persolverent heredibus femineis inter dictos Pat. et Is. legitime procreatis 10000 mere., secundum tenorem eorum contractus matrimonii :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 221.

1317. Apud Falkland, 9 Jun.

REX,—cum consensu &c. (112.),—confirmavit cartam Andree dom. Stewart de Ochiltrie,—[qua,—pro observatione contractus de data presentium,—vendidit JOANNI GORDOUN de Erlistoun, irredimabiliter,—mercatam terrarum de Erlistoun, mercatam de Myltoun, mercatam de Ardoch, $\frac{1}{2}$ mercat. de Ovir Barley, $\frac{1}{2}$ mercat. de Blaquharne, mercatam de Knokgray, et $2\frac{1}{2}$ mercat. de Marbrok, cum fortalicio et molendino de Erlistoun, terris molendinariis &c., in dominio de Erlistoun, parochia de Dalry, senesc. Kirkcudbrycht :—TENEND. dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore

legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquieribus heredibus masc. dicti Jo., quibus def., ejus propinquieribus heredibus et assignatis quibuscumque, de rege :—REDDEND. servitia debita et consueta :—cum precepto sasine :—TEST. Josia Stewart de Wester Polquharne fratre germano dicti domini, M. Wil. Hammiltoun ministro apud Dalry, Alex. Lawson scriba signeto, et Jacobo M'He fratre germano Alexandri M. de Balmaghie :—carta per Alex. Gray notarium publicum scripta :—Apud Edinburgum, 30 Jul. 1601] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 232.

1318. Apud Falkland, 12 Jun.

REX dedit literas remissionis ANDREE MONRO de Newmoir, et DONALDO MONRO de Tarlaky ejus fratri germano, pro eorum vita duraturas,—pro arte et parte interfectionis Alexandri Monro alias M'Intalgart, mense Jul. 1579 commisse ;—quia *lie letter of shonis* viderat, et quia dicte persone literam respectuationis pro 19 annis procuraverant. xliii. 104.

1319. Apud Falkland, 19 Jun.

REX,—cum avisamento &c. (93.),—in feudifirmam dimisit et de novo dedit HUGONI MOFFETT de Gorpuill, nativo possessori infrascriptorum, heredibus ejus et assignatis,—dimediatatem terrarum ecclesiasticarum de Buttill, mansionem et glebam ejusdem (olim per quondam Wil. Smyth occupatam), extenden. ad 10 solidat. antiqui extentus, cum mansione, et decimis earundem inclusis tam garbalibus quam minutis tam rectorie quam vicarie, que nunquam a stipite separari solebant, in parochia de Buttill, senesc. Kirkcudbrycht ;—que olim ad abbates Dulcis-cordis *lie Sweithairt* pertinerunt, et in feudifirma locabantur quond. Arthuro Moriesoun in Culloch et quondam Mariote Maxwell ejus conjugi, quod infeofamentum nunquam legitime confirmatum fuerat :—REDDEND. 3 lib. 10 sol., et 12 den. nove augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—RESERVANDO 2 acras ministris apud ecclesiam de Buttell servientibus :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 223.

1320. Apud Perth, 28 Jun.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—cum consensu &c. (112.),—confirmavit cartam quondam Willelmi Hammiltoun de Sawchuir (Sanguhair),—[qua,—pro perimptione contractus de data apud Edinburgh, 18 Mar. 1575,—vendidit WILLELMO DUMBAR de Blantyre,¹ heredibus ejus et assignatis,—10 librat. terrarum antiqui extentus de Eister Sanchair, in balliatu de Kyle-stewart, vic. Air :—REDDEND. dicto Wil. H. unum den. albe firme :— cum precepto sasine directo Jo. Hunter juniori in Sanchair :—TEST. Quintigerno Campbell juniore de Brunsviid, Jo. et Davide Dumbar :—Apud burgum de Air, 20 Maii 1577] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 225.

1321. Apud Perth, 28 Jun.

REX confirmavit cartam M. Roberti Ros de Cragy,—[qua—pro perimptione litere obligationis per se et Robertum Stewart de Haltoun de Loncardie facte de data presentium, necnon pro 4150 mere. dicto Rob. per Wil. Moncreif de eodem persolutis,—vendidit CRISTINE MONCREIF legitime seniori filie dicti Wil., heredibus ejus et assignatis,—molendinum de Cragie cum ejus terris &c. (olim per quond. Walt. Murray in Cragy, Pat. Kynmairde ibidem, Jacobum et Alex. Milleris occupat.), tres quarterias terrarum ville de Cragy (per dictos Walt. et Pat., Davidem et Marcum Cristell, Wil. Broun et Jo. Broun in Cragy occupat.), in baronia de Cragy, vic. Perth :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine :—TEST. M. Jo. Moncreif de Eister Moncreif, M. Colino Ramsay et And. Dysert ejus servitoribus, Andrea Pitscottie servo dicti Rob. S., Jac. Bower notario in Perth (scriptore carte) :—Apud Perth, 21 Maii 1602] :—PRETEREA rex suprascripta dicte Cris. de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 261.

1322. Apud Perth, 28 Jun.

REX confirmavit cartam Petri Oliphant de Turingis,—[qua, cum consensu (quondam) Joannis Ros de Cragy et Agnetis Hepburne

ejus conjugis, vendidit M. JOANNI MONCREIF de Eister Moncreif et JANE SPENS ejus sponse in conjuncta infeodatione pro eorum vita, quibus deficientibus, JERARDO MONCREIF eorum filio, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—annuum redditum 140 mere. de terris de *lie* Mayns de Malar, Barclayshauch, in baronia de Cragie, vic. Perth :—sibi per dictum Jo. R. cum consensu dicte Ag. impignoratum sub reversione 1400 mere., prout in evidentiis sibi et quond. Petro O. de Turingis patri suo et Jeanne Hepburne ejus sponse confectis contentum est :—REDDEND. superioribus dicti Pet. 2 den. tanquam dupli simplicis albe firme :—cum precepto sasine directo Alex. Ramsay in Balmonth, filio quond. Roberti R. de Balmonth :—TEST. Rob. Merschell de Ovir Pitcairnis, Wil. Moncreif in Methven, M. Colino Ramsay servo dicti M. Jo., Jacobo Bower notario (scriptore carte), Jac. Logy scriba :—Apud burgum de Perth et Malar, 16 Apr. 1600] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 262.

1323. Apud Falkland, 3 Jul.

REX,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit DAVIDI LEITCHE filio legitimo quondam Davidis L. in Pusk (heredi quond. Andree Wilsoun, et Davidis W. in Deninsche ejus filii et heredis, hereditariorum feudifirmariorum et possessorum infrascriptorum post hominum memoriam), in vitali redditu, et JACOBO LEICII civi civitatis S. Andree, heredibus ejus et assignatis, in feodo,—tertiam partem terrarum de Drumharie et Bodumcraig, exceptis 2 acris olim per quond. Ric. Wilsoun occupatis (inter Crocefauld et Byriscroft ad Davidem Ramsay et Alex. Cokburne pertinentes, et alias bondas specificatas), et tertiam partem dict. terrarum jacen. ex australi parte dicti Ric. bine partis earundem, necnon 2 acras terrarum de Ledwallis (intra bondas specificatas),—reservando cottariis de Doucharne, Bodumcraig et Skur pasturam solitam super Drumharie et Bodumcraig,—terras de Park et Pointok (intra bondas specificatas),

¹ In introductory clause styled "olim de Blantyre, tunc de Entirkin."

terras vocat. Cragingrugisfauld (jacen. intra bondas specificatas), 3 acres de Hardlandis (inter terras olim occupat. per Tho. Thomesoun, Alex. Patersoun et Hen. Boyter, et alias bondas specificatas), unam acrem in *lie* Wodflat aut cocirca (intra bondas specificatas), in baronia de Balmerinoch, vic. Fyif; cum potestate pascendi 6 vaccas cum earum sequelis, et duos equos vel equas, super Cragingrugisfauld, Wodflat et Hardlandis et *lie Outfield* de Byris et Cultrahill, ac fodiendi cespites et focalia et omnia alia necessaria pro reparatione domorum &c. dict. terrarum;—que olim ad abbatiam de Balmerinoch pertinerunt:—REDDEND. pro tertia parte de Drumharie &c. 2 bollas 3 firlotas hordei, 2 bol. 1 firl. farine avenatice et bollam avenarum *lie hors-corne*, mensure burgi de Cowper, cum uno *lie turs* straminum, et 17 sol. 8 den., pro Park &c. 10 sol., pro Cragingrugisfauld 20 sol., cum 8 pultreis, pro dictis 4 acris 20 sol. 8 den., cum 8 pultreis, cum aliis oneribus et servitiis prout alie 4 acre in dicta baronia persolverunt, necnon pro Drumharie &c. 2 peccas ordeï et 2 pec. farine avenatice, et 16 den., pro Park &c. 20 sol., pro Cragingrugisfauld 7 sol., pro dictis 4 acris 4 sol., et 6 sol. 8 den. augmentationis; et 3 sectas ad 3 placita capitalia in dicta baronia et infra dictum vic.; ac veniendo ad principale molendinum cum granis ibi crescentibus et liberam multuram solvendo viz. peccam pro singulis 6 firlotis cujuscunque grani (nisi dictum molendinum aqua careret); necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—et rex voluit quod unica sasina pro omnibus supradictis staret:—RESERVANDO particulam de Park et Pointok vocatam *lie Brumedene* (intra bondas specificatas) pro animalibus pascendis et aquandis in modum *lie lone*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 184.

1324. Apud Civitatem S. Andree, 11 Jul. REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—cum consensu &c. (112.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JOANNI MAXWELL de Stanelie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—decem mercatas terrarum antiqui extentus de Thornelie tunc

Thornelie-Maxwell nuncupat., cum earum molendino, teris molendinariis, mossis et marresiis, in baronia et vic. de Renfrew;—quas idem Jo. resignavit;—necnon 3 sol. 4 den. aut cocirca aut. ext. terrarum de Heildykis, in dictis baronia et vic.:—quas Jo. Knox de Mylburne, cum consensu Willelmi Stirling de Law cui interdictus est, in favorem dicti Jo. M. resignavit:—TENEND. de Henrico principe et senescallo Scotie:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 231.

1325. Apud Falkland, 14 Jul.

REX,—cum avisamento &c. (92. 94. 103.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, quitteclamavit DAVIDI RAMSAY burgen. de Abirbrothok, et ELIZABETHIE PEIRSOON ejus sponse,—croftam nuncupatam Barbouris-croft, cum decimis garbalibus que ab invicem separari minime solebant, jacen. apud *lie* Darncey (intra bondas specificatas), infra regalitatem de Abirbrothok, vic. Forfar;—que olim ad monasterium de Abirbrothok pertinerunt:—TENEND. dictis Dav. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquiorebus heredibus et assignatis dicti Dav. quibuscunque:—REDDEND. 28 sol.; necnon 3 sectas ad 3 placita capitalia apud *lie Almeray* per elimosinarium dicti monasterii tenenda, et ad singulas curias ibidem cum premoniti essent; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 230.

1326. Apud Edinburgum, 16 Jul.

REX confirmavit cartam factam per M. Adamum Newtoun preceptorem Henrici Phrederici principis et senescalli Scotie,—[qua concessit JOANNI KER, filio maximo natu inter D. Jo. K. de Hirsell militem et Dominam Margaretam Quhytlaw ejus conjugem legitime procreato,—terras de Lassuduyne (*et cetera in carta* 1291 *contenta*):—RESERVANDO *ut in carta* 1291:—TENEND. dicto Joanni juniore et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Gulielmo K. ejus fratri germano juniore et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Andree Ker ejusdem fratri germano minimo et heredi-

bus &c. (*ut supra*). quibus def., dicto D. Jo. K., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, de rege in feudifirma:—REDDEND. 99 mercas 5 sol. 4 den., 10½ duodenas pultrearum, cum cariagio consueto, et 2 merc. 3 sol. 4 den. augmentationis; neenon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine:—TEST. Davide Murray, Alexandro Wilson, Wilhelmo Layng, domesticis servitoribus dicti principis, et Petro Newton famulo dicti Adami:—carta scripta per Donaldum M'Gilehrist servitorem Walteri Henrysoun scribe signeti regii:—Apud Sterlinum, 16 Maii 1602]:—PRETEREA,—pro servitio sibi per predecessores dicti Joannis junioris, presertim per dictum D. Jo. in negotiis et servitiis ei per se commissis, prestito,—suprascripta dicto Joanni juniore de novo ad feudifirmam locavit:—REDDEND. *ut in carta* 1291; et comparando in itineribus justiciarie et 3 curiis capitalibus per ipsos vel sectam; eum ceteris devoriis et servitiis debitis, si que essent; et si in solutione per tres terminos et 40 dies deficerent, hereditatem amitterent:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 240.

1327. Apud Edinburgh, 17 Jul.

REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit et,—pro bono servitio, ac pro magnis pecuniarum summis persolutis,—de novo in feudifirma dimisit Magistro PATRICIO LYNDSEY ministro apud ecclesiam S. Vigiani, et HELENE QU'HYTLAW ejus sponse, irredimabiliter,—terras de Kirk-toun de Aberbrothok, cum *lie Murefall* et crofta seu tofta S. Vigiani, cum particula terre de communi ex australi parte ecclesie S. Vigiani, neenon cum decimis garbalibus earundem que ab invicem separari non solebant, jacen. infra Cairnie et Lethame (per quondam Mariotam Ogilvy occupatas antequam in feudifirma locate erant, tunc per Alex. Pairsoun possessas), in dominio et regalitate de Abirbrothok, vic. Forfare;—quarum (olim de monasterio de Abirbrothok tentarum) vitalem redditum M. Alex. Betom de Hospitalfeild filius dictæ Mar., et Margareta Allardes ejus sponsa, feudum David B. eorum filius et heres apparens, cum consensu Joannis com. de

Montrois cancellarii et D. Jacobi Elphinstoun de Barntoun militis secretarii regis pro eorum interesse, in favorem dictorum Pat. et Helene resignaverunt:—TENEND. dictis Pat. et Hel. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Pat. quibuscunque:—REDDEND. 28 bollas farime avenaticæ, 28 bol. hordei, 7 bol. frumenti, et pro particula de communi monasterii de Abirbrothok pro pittantiis ejusdem solut., et 6 sol. 8 den. augmentationis; neenon tres sectas ad tria placita capitalia apud Carnecounane sive alibi in pretorio infra burgum de Abirbrothok; ac 46 sol. nomine duplicationis feudifirme in introitu heredum sive assignatorum; et observando ceteras clausulas originalis infeofamenti dictæ Mariote in vitali reddito et dicto M. Alex. hereditarie concessi:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 228.

1328. Apud Edinburgh, 17 Jul.

REX,—recordans servitium sibi per quondam Helenam Littill nutriceam suam prestitum in educatione et nutritione sua, neenon per servitorem suum JOANNEM GRAY filium diete Hel.,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit dicto Jo., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—hortos abbatis et conventus *lie Abbat and couvent gairdis* monasterii de Corsragwell, cum pastura intra omnes bondas preeinetorum dicti monasterii, in balliatu de Carrik, vic. Air; et particatam *lie rude* terre Abbottis-rude nuceupatam, cum domo, mansione et horto, in parochia de Garven, vic. Air;—que olim ad dictum monasterium pertinuerunt:—REDDEND. pro hortis 13 sol. 4 den., et 6 sol. 8 den. augmentationis, pro particata 5 sol., et 2 sol. augmentationis; neenon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 234.

1329. Apud Edinburgh, 17 Jul.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit ANDREE ARNOTE filio heredique apparenti Andree A. de Lochrig, et heredibus inter eum et

MARGARETAM CUNYNGHAME ejus conjugem legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Andree junioris et assignatis quibuscunque,—5 librat. terrarum de Lochrig antiqui extentus, cum manerie, in balliata de Cunynghame, vic. Air;—necnon dictae Marg., in vitali reddito, —31 bollas farine avenaticae annuatim de 40 solidatis terrarum dominicalium *lie* Maynis de Lochrig, et 16 acras terrarum contigue jacen. vocatas Lochfauldus cum domo et horto in Byrahill infra dict. terras de Lochrig (per dictos And. juniorem et Marg. occupatas), — et hoc in plenaria satisfactione 40 bollarum farine et 10 lib. pro dicto Marg. conjuncta infeodatione; —quas omnes dictus Andreas senior in favorem dictorum And. junioris et Marg. resignavit:—RESERVANDO dicto And. seniori liberum tenementum omnium supradict. (exceptis eis que dictae Marg. concessa sunt); et Eliz. Crawford ejus sponse vitalem redditum 14 solidatarum terrarum de Lochsyid, 4 sol. de Lochfauldus et 10 sol. de Wardheid, ant. ext., cum rationabili tertia omnium eum contingeret:—TENEND. de Henrico principe Scotie:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xliii. 236.

1330. Apud Edinburgh, 17 Jul.

REX concessit et,—pro bono servitio, ac pro compositione persoluta,—de novo dedit familiari suo ALLANO DOMINO CATHCART, heredibus ejus et assignatis,—4 mercat. terrarum antiqui extentus de Eister Carbestoun, in Kingis-kyill, vic. Air;—quas Rob. Stewart de Gas in favorem dicti Allani resignavit:—REDDEND. servitium warde &c.:—TEST. *ut in aliis cartis &c.*

xliii. 253.

1331. Apud Edinburgum, 17 Jul.

REX confirmavit eartam Abrahami Vaus, —[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Edinburgh, Alderstoun et . . . , 11 Apr. 1601, in libris dominorum concilii registrandi,—cum consensu Jonete Lauder sponse sue, et D. Joannis Vaus de Barnebarroche militis ad quem interdictus fuit,—vendidit ROBERTO HEPBURNE de Alderstoun, heredibus ejus et assignatis,

absque reversione,—terras de Caponellatt (inter *lie* Osgait ad M. Tho. Craig advocatum pertinent., et alias bondas specificatas), *lie* Peehtkailis continen. 2 acras aut eo circa (intra bondas specificatas), Rudlandis continen. 7 acras aut eo circa (inter dict. Osgait et terras dicti Tho. vocatas Sanct. Laurence-housis), et Petteeragis (inter terras domini Congiltoun et alias bondas specificatas), cum tenentibus &c., in baronia de (Kinceraig per annexationem), in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Rob. Patersoun burgen. de Hadingtoun:—TEST. Wil. Lawder ballivo in Dunbar, Pat. Broun burgen. de Hadingtoun, Pat. Johnestoun servitore dicti Roberti Hepburne:—carta scripta per Jo. Anislie notarium publicum, servitorem Roberti Gairdner scribe in Edinburgh:—Apud Alderstoun, 11 Apr. 1601]:—Necnon eartam Roberti Oliphant burgen. de Hadingtoun,—[qua, cum consensu Katherine Young sponse sue,—pro impletione ejusdam contractus in libris dominorum concilii registrandi,—vendidit Roberto Hepburne in Markle fratri germano M. Patricii Hepburne de Smetoun burgen. de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Alderstoun cum tenentibus &c. (intra bondas specificatas), terras de Plewaland eum tenentibus &c., in constab. de Hadingtoun, vic. de Edinburgh:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Rob. Kyle pistori:—TEST. Jacobo Leirmonth nuncio, Jo. Vallance fabro lapidario, Alex. et Jo. Symptonis notariis;—carta scripta per M. Davidem Boyis servitorem Valteri Henriesoun scribe signeti regii:—Apud Nungait, 9 Jul. 1599]:—PRETEREA,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Rob. et ejus antecessores prestito, ac pro compositione persoluta,—dict. terras dicto Rob. de novo dedit, et in liberam tenandriam de Alderstoun incorporavit, ordinando maneriem de Alderstoun principale messuagium fore:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta, taxando wardam et nonintroitum ad 45 mercaas annuatim, relevium ad 45 mercaas, maritagium ad 100 lib.:—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 78.

xliii. 295.

1332. Apud Edinburgh, 18 Jul.

REX confirmavit WILLELMO SUTHERLAND de Duffus—terras et baroniam de Duffus, cum castro, molendinis, silvis, tenentibus &c., advocacione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de D. et aliarum capellaniarum ejusdem, terras de Quarrellwod et Greifschip, vic. Elgin et Forres; terras de Breychtmony et Kinstarie cum molendino nuncupat. de Aulderne, terris molendinariis, brucrio earundem et brucrio de Breychtmony, vic. Narne; omnes ab antiquo in baroniam de Duffus incorporatas; —quas idem Wil. resignavit; et quas rex ei, pro ejus bono servitio, de novo dedit, cum advocacione capellanie de Unthank:—PRETEREA rex crexit illam partem terrarum de Kinstary nuncupatam Aulderne—in liberum burgum baronie, BURGUM DE AULDERNE nuncupand.; eum potestate dicto Willelmo eligendi ballivos, consules, burgenses &c.; cum potestate burgensibus ad *lie pak* et *peill*, emend. et vendend. &c.; et tenendi pretorium et crucem forealem, cum foro hepdomadatim die Lune, et libero mundino semel in anno 8 Aug., pro 2 diebus, ac colligendi custumas &c.; cum potestate dicto Wil. resignationes terrarum &c. dicti burgi recipiendi et easdem personis jus habentibus disponendi;—et omnia superscripta de novo incorporavit in liberam baroniam de Duffus:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus ejus heredibus masculis quibuscunque arma et cognomen de Sutherland gerentibus:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; taxando wardam et nomintroitum ad 200 merc., et maritagium ad 1000 merc.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 239.

1333. Apud Falkland, 22 Jul.

REX,—cum avisamento &c. (93.),—confirmavit cartam Joannis Hammiltoun de Blair,—[qua,—cum consensu Joannis II. filii sui et heredis apparentis, et personarum quibus interdictus est,—pro perimptione literarum obligatarum de data presentium, in libris concilii registrari ordinat.,—vendidit GILBERTO BLAIR in Inschyra, et MARIOTE MONOROUND

ejus sponse, irredimabiliter,—ecclesiasticas terras de Inschschyra cum earum piscaria, et decimis garbalibus inclusis que nunquam a fructibus separate erant, in diocesi et regalitate S. Andree, vic. Perth:—TENEND. dictis Gilb. et Mar. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Gilb. et assignatis quibuscunque, de superioribus earundem in feudifirma:—REDDEND. 53 sol. 4 den., et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et prestando ceteras condiciones in originalibus infeofamentis contentas:—cum precepto sasine:—TEST. Pat. Striviling servo D. Jacobi Elphingstoun de Bართoun secretarii, M. Wil. Hammiltoun filio dicti Jo., Rob. Hammiltoun servo dicti Jo.:—carta scripta per Tho. Elyer servitorem Roberti Kirkwod scribe signato regio:—Apud Edinburgh, 17 Jun. 1602]:—INSUPER,—pro bono servitio, ac pro compositione persoluta,—superscripta dictis personis de novo ad feudifirmam dimisit:—REDDEND. regi *ut supra*; et tres sectas ad 3 placita capitalia apud monasterium S. Andree; et 2 sol. nove augmentationis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 241.

1334. Apud Falkland, 26 Jul.

REX concessit GEORGIO KNOWIS burgensi de Abirdene, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—borealem partem terrarum de Logyruff, habentem integram *lie hard-erd* inter fontem de L. et *lie Blakpottmyre* (bondat. *ut in carta* 1282), *with passage to the burne of Orchardtoun*, in parochia de Logybuchane, vic. Abirdene;—quas Wil. Knowis frater dicti Geo. in ejus favorem resignavit:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 233.

1335. Apud Falkland, 26 Jul.

REX concessit et,—pro fidei servitio, ac pro compositione persoluta,—quitteclamavit WILLELMO CUNYNGHAME de Capringtoun, et AGNETI CAMPBELL domine Capringtoun ejus sponse, irredimabiliter,—terras et baroniam de Cunnok, cum earum castro, manerie loco, silvis,

molendinis, piscationibus, tenentibus &c., tam proprietatis quam tenandrie, cum jure patronatus ecclesie parochialis et officii clerici parochie de Cunnok, necnon 2 mercat. terrarum de Dalhannay, 2 mercat. de Nether Garreif, 6 sol. 8 den. de Garclauche, antiqui extentus, in Kyle-regis, vic. Air;—quam baroniam Alex. Dunbar de Cunnok vicecomes de Murray, et Dalhannay et seqq. (olim partes dictae baronie existentes, et ad instantiam quondam . . . Crawford de Lefnoresis a quondam . . . Dunbar de Cunnok appreciatas) . . . Crawford de Lefnoresis, in favorem dictorum Wil. et Ag. resignaverunt; et quas terras

de Dalhannay &c. rex de novo ad dict. baroniam univit:—TENEND. dictis Wil. et Ag. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti Wil. quibuscunque:—REDDEND. unum nummum argenteum nomine alle firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 237.

1336. Apud Falkland, 27 Jul.

REX dedit literas legitimisationis ROBERTO MITCHELL bastardo, filio naturali quondam Willelmi Mitchell in Blaksyde. xliiii. 252.

ANNO REGNI 36.

1337. Apud Falkland, 31 Jul.

REX confirmavit cartam quondam Archibaldi com. Angusie dom. Dowglas,—[qua confirmavit JOANNI ARBUTHNET, et ejus heredibus,—terras de Eister Breich-teyne, in regalitate sua de Keremure, vic. Forfare;—que fuerunt Joannis com. Crawfordie in tenandria, per eum tente de dicto Arch., et dicti Jo. A. in proprietate, per eum tente de dicto com. C.; et jampridem cum reliquis terris comitatus Angusie ac domini et regalitatis de Keremure per dominos concilii adjudicate fuerunt in manibus regis fuisse per 45 annos ratione nonintroitus; et in quibus comitatu &c. rex dictum Arch. de novo infeodaverat pro compositione pecuniaria, ejus dictus Jo. A. partem sibi contingentem persolverat:—TENEND. de dicto Arch., quousque dictus com. C. aut ejus heredes in eisdem essent infeodati:—REDDEND. 3 sectas ad 3 placita capitalia dictae regalitatis, necnon wardam &c.:—TEST. Jo. Erskine de Dwn, Petro Carmichael, Tho. Fotheringhame de Powrie, Rob. Erskine, Tho. Vannand, Willelmo Guthrie de Kyugenny, Jo. Fotheringhame:—Apud Edinburgh, 10 Maii 1511]:—NEONON preceptum de clare constat factum per quondam Arch. comitem Angusie dom. Dowglas et Abirnethie,—[qua,—cum consensu Jacobi comitis de Mortoun dom. de Dalkeith cancellarii Scotie, tutoris sui,—mandavit Waltero Gowrly quatenus

ANNO DOMINI 1602.

sasiam daret KATHERINE GORTHE, tanquam heredi (dicti) Joannis Arbuthnet de Brichtie-Eister ejus abavi,—de dimediate terrarum de Eister Brichtie, et dimed. tertie partis terrarum de Monyfuth, cum tenentibus &c., in dictis regalitate et vic.:—TEST. M. Arch. Dowglas, Geo. Affleck famulo ejus, Wil. Paterson notario publico:—Apud Edinburgh, 18 Jan. 1563]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 246.

1338. Apud Falkland, 2 Aug.

REX,—pro servitio non solum sibi verum etiam matri sue prestito tam infra regna Gallie et Anglie quam in regno Scotie, necnon pro custodia maneriei et loci de Glenluce,—cum consensu &c. (93.),—concessit M. LAURENTIO GORDOUN commendatario de Glenluce, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—maneriem seu locum de Glenluce monasterium de G. ab antiquo nuncupat., cum domibus, columbariis, hortis &c. tam infra interius precinctum vel sepem lapidalem quam ceteros monachorum hortos, prata et croftas infra exterius precinctum vulgo *thornedykis* et *hedgys* ejusdem;—que, ab acto annexationis excepta, idem Laur. resignavit;—necnon burgum baronie seu regalitatis et villam de Ballinglache (inter torrentem de Glenluce et Oure-Lady-burne in Glenluce), cum terris burgalibus, tenementis, censibus burgalibus, foris, nundinis et

privilegiis, cum rectoria et vicaria ecclesie de Glenluce, cum capellanariis et altaragiis capelle Marie Virginis (*Oure-Lady-Chapell*) et Christi capelle (*Christis-Chapell*), et advocatione earundem, cum decimis garbalibus aliisque decimis magnis et minutis, fructibus &c. diete ecclesie;—quas idem Laurentius resignavit;—neon terras &c. subsequentes que olim fuerunt pars temporalitatis dicti monast., viz. Kirk-Christis-chapell-croft ad Kilphillane adjacentem, Oure-Ladyis-chapell-croft, Monkis-croft in parochia de Kirkeum, croftam vocat. Curylong ad Quhiteeruk adjacent., cum duabus piscariis super aquas de Poltantene et Corswattiris, in regalitate de Glenluce, vie. Wigtoun; cum potestate eligendi ballivos, clericos et alia curie membra dicti burgi (quod plenam jurisdictionem regalitatis et justiciarie haberet prout olim habuit), cum potestate tenendi forum in dicto burgo heptomadatum die Sabathi vulgo *Satirday*, cum tribus publicis nudinis annuatim, viz. 24 Jul. (*Sanct James-day*), 29 Sept. (*Sanct Mathovis-day*), et . . . (*Sanct Androis-day*), cum ceteris ad burgum baronie et regalitatis spectantibus:—**INSUPER** suprascripta dicto Laur. de novo dedit, libera ab omni solutione tertiarum, monachorum portionum, primi anni fructuum et quinquennarii; et dictas terras &c. a dicto monast. dissolvit; absque prejudicio dicto Laur. penes feudifirmas de Glenluce per comitem de Cassillis solvi solitas; et crexit rectoriam et personagiam in dicta ecclesia de Glenluce, et concessit rectori de G. pro rationabili ejus sustentatione mansum et glebam ad dictam ecclesiam proprie pertinent., neonon annuum stipendium 400 mere. (quod fuit plus assumpta tertia beneficii de Glenluce) ei per dictum Laur. solvendum de annuis devotiis decimarum &c.; et omnia incorporavit in liberam temporalem tenandriam de Glenluce:—**REDDEND.** pro manerie, burgo, ecclesia &c., servitium equitis aurati, et unum den. albe firme; pro terris &c. feudifirme firmas consuet., viz. pro Christis-chapell croft 13 sol. 4 den., pro Oure-Lady-croft 38 sol., pro Monkis-croft 13 sol. 4 den., pro Curylong 60 duodenas parvulorum piscium vocat. *quhyttingis*, pro piscationibus 50 sol., et 20 sol. augmentationis; neonon

duplicando feudifirmam pecunie in introitu heredum et assignatorum;—et solvendo collegio justiciarie annuam contributionem usitatum, pro qua dicti Laur. et heredes privilegium olim per abbates in parliamentis, generalibus et secretis conciliis et sessionibus habitum possiderent:—**INSUPER** rex promisit hoc infeofamentum in proximo parlamento ratificari:—**TEST. ut in aliis cartis &c.** xliiii. 245.

1339. Apud Falcolandiam, 3 Aug.

REX,—cum consensu &c. (93. 112. 101.),—concessit M. THOME HAMMILTOUN de Drumearne, advocato regio et uni senatorum collegii justitie, irredimabiliter, —terras et baroniam de Munkland, viz. ter. et prediade Auchingray, Gartscharraymanis, Crumlat et Blaklandis, terras de Caldererukis, Arbouchillis (Arbouchling?), Peddersburne, Brownsyde, Sostrane (Foskane?), Gartlie, Ruchsullo, cum molendino, terris molendinariis &c., Ryzairdis, Coittis et Garturk, Nethir Coittis, Coittis et Overhousis, Dundovane, Haggis cum molendino *lie* Hag-myln, ejus terris &c., terras de Ryden, Drumgray et Gartturk, cum terris brueriis *lie* Brevlandis, terras de Sutiehouis (Soutarhouis?), Kirkwode, Drumpendare, Padovane, Denbank, Gilgart, Arduinzeis, Carlingcroft, terras unius partis Gartscharie tenendrie (per Jo. Craig et Wil. Salmound occupat.), terras de Gartwerie et Garttusane (Gartlusane?), Gartmyllane, Inschemok et Gayne, Midrois, Mywat, Gatingawak, Blairlynies Eister et Wester, Middiltoun, cum molendino de Calzeokelair, ejus terris &c., terras de Glenhuif, Glenorris, Rowehsollis, Kypbyre, Brydenhill, de Kippis et Helenehirst, cum feudifirme firmis, tenentibus &c., molendinis, silvis, forestis, *lie parkis*, pratis, carbonibus, vie. Lanerk;—quas, partes existen. temporalis domini et baronie de Newbotle, Marcus dom. de Newbotle resignavit; et quas rex, pro bono servitio dicti Tho. et Thome H. de Preistisfeild ejus patris, dicto M. Tho. de novo dedit, cum castellis, maneriebus, lacubus, piscationibus tam salmonum quam aliorum piscium, cum liberis forestis intra omnes bondas diete baronie, cum advocacione ecclesiarum de Munkland et Calder;

et easdem incorporavit in liberam baroniam de Munkland, ordinando manerium de Brwnysyde fore principale messuagium:—TENEND. *ut in carta* 501:—REDDEND. 100 lib. albe firme, in partem solutionis albe firme in erectione domini de Newbotle contente:—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 78. xliii. 183.

1340. Apud Perth, 5 Aug.

REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit et, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, de novo ad feudifirmam dimisit ALEXANDRO STEWART de Garleyis, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras &c. subscriptas, olim ad Fratres Predicatores burgi de Wigtoun pertinentes, viz. terras de Corwar in parochia de Sorbie, pratum olim per Jo. Makilhauche et Jonetam M. ejus sororem occupat. (partem 8 solidatarum terrarum de Cassingilsie existen.), 1½ acras terrarum per dictam Jon. occupat. (inter *lie* Magdalanes-land ex occiden. et acram Mich. McClellane ex orien.), terras de *lie* Cruik vulgo Freiris-cruik nuncupat., croftas et acras circa locum dictorum Fratrum (olim per ipsos Fratres propriis bonis occupatas), salmonum piscariam in aqua de Blaidnoeh extendentem a *lie butt* diete aque ad Culmannoch super utroque latere diete aque, vic. de Wigtoun; necnon annuos redditus subscriptos olim ad dict. Fratres pertinentes, viz. 24 bollas farine avenatice et 22 solidos monete de terris de Terden, 6 bol. farine et 3 sol. de 5 mercatis de Mylnetoun, 7 bol. et 2 quarterias farine et 3 sol. 6 den. de 6 mercatis de Skeith, 6 bollas farine et 3 sol. de 5 mercatis de Kerimanoeh, 4 bol. 2 peccas farine et 2 sol. de 4 mercatis de Casteleruik, 12 bol. farine, 6 bol. farine et 6 sol. de 10 mercatis de Librak, 4 bol. 2 pec. farine et 2 sol. de 4 mercat. de Kno(k)incur, 6 bol. farine et 3 sol. de 5 mercatis de Knokafrik, 6 bollas farine et 3 sol. de 4 mercatis de Blairmaking, 6 bollas farine et 3 sol. de 5 mercatis de Drumgergane, 6 pec. farine et 9 den. de 16 solidatis de Slewhebert, 6 pec. farine et 9 den. de terris de Lytilhillis, 3 bol. farine et 18 den. de 2½ mercatis de Barrinbarroeh, 6 bol. farine et 3 sol. de 5 mercatis de Kildarache, 6 bol. farine et 3

sol. de 5 mercatis de Baryanage, 3 bol. farine et 18 den. de 2½ mercat. de Capinoeh, 6 bollas farine et 3 sol. de 5 mercatis de Barwerenoch, 3 bol. farine et 18 den. de 2½ mercatis de Chitage, 6 bol. farine et 3 sol. de 5 mercatis de Ardbos, 6 bol. farine et 3 sol. de terris de Culmalzeoch, 6 bol. farine et 3 sol. de 5 mercat. de Kerebroun, 6 bollas farine et 3 sol. de 5 mercatis de Kerequhirne, 12 bol. farine et 6 sol. de 10 mercatis de Barnes, 6 bol. farine et 3 sol. de 5 mercatis de Kerewelcop, 6 bollas farine et 3 sol. de 5 mercatis de Clauchrie, 6 bol. farine et 3 sol. de 5 mercatis de Bargles, 6 bol. farine et 3 sol. de 5 mercatis de Knoecane, vic. Wigtoun;—quas et quos Rob. Stewart olim de Cardonald, legitimus filius quondam Alexandri S. de Garleyis militis, in favorem dicti Alex. S. tunc de G. resignavit apud Edinburgh:—REDDEND. pro Corwar 7 merc.; pro dicto prato 30 sol., pro 1½ acris 35 sol., pro croftis circa dict. locum 4 merc., pro dicta piscaria 40 sol., pro qualibet bolla dict. victualium 6 sol. 8 den., cum pecuniarum summis suprascriptis, extenden. in integro ad 77 lib. 8 sol. 3 den., cum 3 lib. 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicandofeudifirmam in introitu heredum:—PRETEREA voluit rex quod unica sasina apud *lie* Freiris-croft capienda pro omnibus stare:—TEST *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 187.

1341. Apud Perth, 5 Aug.

REX,—pro servitio sibi prestito, precipue in repressione proditoriorum attentatorum et conspirationum Francisci olim com. de Bothuile ejusque complicitum,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit et de novo dedit ROBERTO DOMINO ROXBURGH, gardiano mediarum marchiarum Scotie,—terras de Halyden et Clarylau, cum maneriis, columbariis, cuniculariis, vic. Roxburgh; cum officio balliatus abbatie de Kelso et omnium ejus terrarum et possessionum;—quas, olim de dicta abbatia tentas, idem Rob. resignavit:—IN SUPER rex dissolvit a dicta abbatia cellam de Lesmahagow, et ecclesias de Kelso, Sproustoun, Nanethorne, Humbie, Dudingstoun et Innerlethaine:—quas Wil. commendatarius de Kelso cum consensu Andree Ker de Romano-grange

econimi et administratoris diete abbacie resignavit;—et concessit dicto Rob. jus patronatus rectoriarum et vicariarum diet. ecclesiarum et celle; proviso quod dictus Rob. persolveret ministris apud diet. ecclesias stipendia secundum eorum assignationes:—**INSUPER** voluit quod unica sasina apud maneriem de Halyden capienda pro Clarylway et dicto jure patronatus staret;—et, quia dictus Rob. ejusque antecessores hereditarii ballivi diete abbacie his multis annis extiterant, ratificavit omnia infeofamenta, literas balliatus &c. eis desuper factas:—**TENEND.** dicto Rob. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus et legit. heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque:—**REDDEND.** pro Halyden 10 lib., pro Clarylway 48 lib., feudifirme: et duplum feudifirme in introitu heredum; pro dicto officio unum den. albe firme, et ministrando justitiam in eodem:—**INSUPER** rex promisit hoc infeofamentum in proximo parlamento suo ratificari:—**TEST. ut in aliis cartis** &c. xlv. 16.

1342. Apud Perth, 5 Aug.

REX,—pro servitio &c. (*ut in carta* 1341),—cum consensu &c. (93),—concessit **ROBERTO DOMINO ROXBURGH**, gardiano &c. (*ut in carta* 1341),—villam et terras de Kelso, cum *lie outsettis*, cottagiis, horreis, hortis, ustrinis, cum *lie Almerylandis* earundem, *customes* et *lie vies* (vel *unis*) de Kelso, molendinis de K., salmonum piscaria inferioris cimbe *lie wether-cobill* super aqua de Tweyd, cum cimba portatoria *lie ferry-cobill* de Sproustoun, salmonum piscariam superioris cimbe super antedicta aqua, *lie ferry-cobill* ante villam de Maxwell, terras *lie West-croft*, terras de Brumbank, terras vocat. **Hott**, terras de Cunynghares et Brumlandis, terras vocatas **Angrieclatt**, terras de **Bromecroft**, **Tounercroft**, **Blakbalk** et **West-meadow**, **Eisthauch**, 20 librat. terrarum de Sproustoun, terras de **Redden**, **Plewlandis** de **Halden**, 4 terras husbandias de **Lyntoun**, terras de

Wester-Softlaw, cum 2 terris husbandiis in **Hietoun**, terras de **Plewlandis** in **Hoslaw**, terras de **Eillisheuch**, villam et terras de **Bollane** cum molendino, villam et terras de **Mydlem** cum molendino, terras de **Caldscheillis**, villam et terras de **Lyndene** cum molendino earundem, terras de **Greneheid**, **Fawdounsyid**, **Quhitlawhous**, **Quhitmurehall**, **Quhitmurtoun**, **Kippelaw**, **Caveris**, **Newhall**, **Haltoun** prope villam de **Hawik**, **Uniscroft** et **Preistoun**, infra dominium de **Kelso**, vic. **Roxburgh**: terras de **Dowglen**, vic. **Drumfreis**; terras de **Chapelhill**, vic. **Pebelis**; terras ecclesiasticas de **Litill Newtoun**, de **Nanthern**, de **Gordoun**, de **Simprene** et de **Home**, terras de **Belleishill**, **Gyrig**, **Bogend** ac molendinum de **Fogo**, vic. de **Beruik**; terras ecclesiasticas de **Selkirk**, vic. **Selkirk**; terras eccles. de **Makarstoun**, vic. **Roxburgh**;—que omnes olim ad abbatiam de **Kelso** pertinnerunt, et regi venerunt ob forisfacturam **Francisci** olim com. de **Bothuile** feudifirmarii earundem, aut ob inhabilitatem ejus prolium per parlamentum declaratam; et quas rex incorporavit in liberam baroniam de **Sproustoun**, ut unica sasina apud maneriem de **S.** capienda pro omnibus staret:—**TENEND.** *ut in carta* 1341:—**REDDEND.** pro **Quhytlawhous** 12 lib., pro **Preistoun** 6 lib. 13 sol., pro terris ecclesiasticis de **Selkirk** 40 sol., pro terris eccl. de **Makkarstoun** 10 lib., pro ceteris *ut in Registro Magni Sigilli*, A.D. 1546–1580, *carta* 1905¹, et 13 lib. 6 sol. 8 den. augmentationis, in toto 819 lib. 6 sol. 6 den. feudifirme: ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—**INSUPER** rex promisit hoc infeofamentum in proximo parlamento suo ratificari:—**TEST. ut in aliis cartis** &c. xlv. 17.

1343. Apud Perth, 6 Aug.

REX,—cum consensu &c. (100.),—ad feudifirmam dimisit **M. JOANNI AIKMAN** ministro apud **Twynane**, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—cimbam portatoriam *lie ferrie-boit* super aqua de

¹ Except that the *outsettis* &c. of Kelso are charged with 717 *dayparkis* instead of 86; Redden with 94 carriages instead of 93, and 200 capons instead of 52; Bollen with £13. 3s. instead of

£13. 4s.; Mydlem with £50 4s. instead of £55 4s.; and Gyrig with 24s. instead of 48s. The Kirklands of Girnclaw are not mentioned in this charter.

Cric inter bondas 8 mercatarum terrarum de Balquhase ex uno et 10 mercatarum de Balsaloch ex altero latere dictæ aque, presertim in illa parte nuncupata *lie Capill*, cum feodis &c.; necnon 7 acras aut eocirca terrarum ecclesiasticarum de Kirkeandareis ad vicariam pensionariam ecclesie de K. pertinen. (reservatis 1 acris ministro apud dict. ecclesiam pro ejus gleba), in diocesi de Galloway, senesc. de Kirkeudbrycht:—**REDDEND.** pro cimba 8 mercas, pro terris 13 sol. 4 den.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—**TEST.** *ut in aliis cartis* &c. xliii. 321.

1344. Apud Pertham, 6 Aug.

REX,—cum avisamento &c. (112. 93.),—concessit et,—pro bono servitio, ac pro compositione persoluta,—de novo dedit **GEORGIO MURRAY** de Brochtoun—10 mercat. terrarum de Mekill Brochtoun et molendinum ejusdem, cum manerie, tenentibus &c., 5 mercat. antiqui extentus de Litill Brochtoun, vic. Wigtoan; 10 mercat. terrarum de Kirkeossald, 5 mercatas de Barely, et terram *lie Twentie-schilling-taulbesytle*, ant. ext., cum tenentibus &c., in senesc. Kirkeudbrycht; 5 mercat. terrarum de Outoun-chapell ant. ext., in parochia de Quthorne, vic. Wigtoan; $\frac{1}{2}$ mercat. terrarum de Litil Balmangane, cum decimis tam rectoriis quam vicariis inclusis nunquam a solo separari usitatis, in dominio de Dundrennan, senesc. Kirkeudbrycht:—quas idem Geo. resignavit:—necnon 4 mercat. terrarum de Autoun-gallows aliter vocat. Litill Autoun (per Paulum M'Cullo occupat.), in parochia de Quthorne, vic. Wigtoan:—quas D. Jo. Vaus de Long-castell miles in favorem dicti Geo. resignavit;—necnon dimedietatem terrarum templariarum et tenementorum infra vic. de Wigtoan tam infra burgum quam in rure jacentium, ad dominium et preceptorium de Torphichin pertinen., cum tenentibus &c., privilegiis, castris, molendinis, carbonibus, piscariis:—quam Jac. Sandelandis de Calder dom. de Torphichin in favorem dicti Geo. resignavit:—et quas omnes rex incorporavit in liberam baroniam de Brochtoun, ut unica sasina apud Mekill B. capienda pro omnibus stare:—**TENEND.**

dicto Geo. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Joanni M. filio legitimo Caroli M. de Cokpale, et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreandis, quibus def., Gulielmo M. fratri germano dicti Georgii (si in Scotiam rediret et ibi remaneret), et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Malcolm M. fratri germano ejusdem Geo., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Jo., cognonem et arma de Murray gerentibus, eorumque assignatis quibuscunque:—**REDDEND.** pro Brochtoun, Kirkeossald &c. 4 den. albe firme; pro Outoun-chapell 10 mere., et 40 denarios augmentationis, pro Litill Balmangane 3 lib., et 12 denarios augmentationis, pro Autoun-gallows 8 mercas, feudifirme, et duplum feudifirme in introitu heredum; pro terris templariis 20 sol. feudifirme (in partem solutionis 500 mercarum de dominio de Torphichin debit.), absque duplicatione in introitu heredum; et observando cetera in originalibus infeofamentis contenta:—**TEST.** *ut in aliis cartis* &c. xliv. 21.

1345. Apud Perth, 7 Aug.

REX concessit **ADAMO CUNYNGHAME** servitori Joannis Oliphant scribe, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terram sive tenementum cum pecia horti et horreo, in *lie Soutergait* burgi de Drumfreis (inter terras Alex. M'Brair et quond. Petri Dum, et viam regiam sub hortis);—que regi devenit ob decessum Ricardi Knowis coriarii burgensis de Drumfreis, bastardi:—**TENEND.** in libero burgagio:—**TEST.** *ut in aliis cartis* &c. xliii. 265.

1346. Apud Falkland, 12 Aug.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—ratificavit instrumentum resignationis et sasina in eodem contentam, per quond. Joannem Romanois in Blanslie fact. **ANDREE ROMANNOIS** ejus filio, heredibus ejus et assignatis,—de 2 terris husbandiis in villa de Blanslie ex boreali parte ejusdem (intra bondas specificatas), per Stephanum Hunter et Jacobum Derling occupatis, in dominio de Melros, vic. de Roxburgh:—data 3 Sept. 1586:—cum carta confir-

mationis desuper facta per Jac. commendatarium de Melros, de data 19 Feb. 1590:—necnon ceteras cartas dicto Jo., quond. Joanni R. ejus patri, dicto And. eorumve predecessores desuper factas:—INSUPER, pro bono servitio, dictas terras dicto And. R. in Blanslie de novo ad feudifirmam dimisit:—REDDEND. 44 sol. 6 den., et 5 sol. 4 den. augmentationis, cum 2 cariagiis in Lodonia, et 6½ pultreis, et 3 sol. 4 den. nove augmentationis; et deferendo grana ad molendinum de Langschaw molenda; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—PROVISO quod non liceat dict. terras alienare sive impignorare dominis temporalibus vel spiritualibus seu quibuscunque generosis, preter incolis ville de Blanslie et similibus viris dicto And. in conditione inferioribus, etiam cum licentia regis, sub pena amissionis feudifirme:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xliii. 248.

1347. Apud Falkland, 14 Aug.

REX, pro bono servitio, in feudifirma locavit PATRICIO STRIVILING, servitori D. Jacobi Elphingstoune de Bantoun militis secretarii sui,—terras de Galwalmoir, cum libera pastura et *lie scheding* infra bondas de . . ., in senesc. et dominio de Stratherne, vic. Perth;—que quondam Eduardo Sinclair de Galwalmoir per Jac. V. regem in ejus minoritate in feudifirma locate fuerant, et igitur regi devenerunt:—TENEND. dicto Pat. et heredibus ejus masc., quibus def., legit. et propinquieribus heredibus ejus fem. quibuscunque absque divisione:—REDDEND. 10 libras 6 sol. 8 den., cum una marta, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et sustinendo sufficient. mansionem cum camera, horreo, *lie byre* et *stable* et columbario; et faciendo plantationem fundo correspondentem:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xliiii. 244.

1348. Apud Falkland, 16 Aug.

REX concessit M. JOANNI MURRAY de Hillefeld, heredibus ejus et assignatis, villam et terras de Annatland, cum aeris de Tibbermure, in baronia olim de Ruthven tunc de Huntingtour nuncupata, vic. de Perth;—que regi devenerunt ob forisfac-

turam quondam Joannis olim com. Gowrie:—REDDEND. pro Annatland 6 libras, et 3 duodenas pultrearum, pro dictis aeris 6 lib., et 2 duodenas et 8 pultreas, cum aliis devoniis et servitiis debitis, et consuet., nomine feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis &c.*

xliiii. 188. et 197.

1349. Apud Falkland, 18 Aug.

REX, cum avisamento &c. (112. 93.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit familiari suo D. DAVIDI MURRAY de Gosperdie militi, rotulorum computatori, heredibus ejus et assignat. quibuscunque,—dimeidietatem terrarum de Ballinbla cum *lie lone* et terra *lie Swaird* ejusdem (intra bondas specificatas), in dominio et senesc. de Fyiff; cum communi pastura super *lie Lowmonthis* de Falkland infra integras bondas eorundem, et privilegio commone in iisdem consueto; necnon teneamentum terre in burgo de Falkland (juxta terras quondam Jo. Gairdnar);—quas D. Michael Balfoure de Balgarvie miles in favorem dicti Dav. resignavit;—necnon aliam dimeid. de Ballinblaa &c., cum dicta communi pastura, et maneriem (*the Mauerplace*) de Nwthill, in dictis dominio et senesc.;—quas Mich. Balfoure de Bandone in favorem dicti Dav. resignavit;—necnon terras de Lodynwrquhart-Eister, et presertim illam earum pendicularium nuncupat. Davylandis-fauldis, vic. Fyiff;—quas D. Arch. Striviling de Keir miles, Ric. Maxwell senior portionarius de Kineragy et Ric. M. junior ejus filius, in favorem dicti Dav. resignaverunt;—necnon jus commone in parte *lie Lowmonthis* de Falkland nuncupata *the Blakhill*, et in moris de Falkland (*viz. beynnand at the cist at the gait or commune lone that passis fra the park of Falkland to the Kingis-stabillis, and thairfra southwest as the water of Mospy ryunis to the dancheid of the mylne of Falkland, and fra that west the said mylne-hut to the littill strypp that ryunis at the west wrik of the gaird of Nwthill, and fra that passand south and up the water strypp that cumis fra the dame in the heid of Mospy-den, and fra that south*

and ascendunt be the said den to the Coilpat-burne, and south-west as the strype gangis to the south syid of the Madincastell, and fra the said Madincastell down and north-west to the Arraty-den, and thairfra north-east as the arrabill landis of Kilgour gangis quhill it cum to the Denhauch of Kilgour quhair the Den-burne meittis with the saidis arrabill landis, and fra that north-east be the Den-burne as it ryunis till it cum foirament the Bowingtrie ou the Park-dyke, and fra that direct east as the said Park-dyke gangis to the Park-yell beneath the Kingis-stabillis);—quod And. com. de Rothes dominus Leslie &c. et M. David Barclay de Cullairny portionarii de Glasly, D. Jac. Scott de Balwerie miles et Alex. Seytoun in Stramigo portionarii de S., Tho. Burrell, Alex. Ireland, And. Burrell, Joannes Cowper, And. Ged, Jo. Burrell in lie Clois, Joannes Burrell Eister, portionarii de Frenquhy, Rob. Arnote, David Couper, Alex. Thomsoune, Hen. Malcolmne, Jo. Patersoun, Jo. Duncane, Alex. Couper, portionarii de Newtown de Falkland, Jo. Avery, David Bowmane, Geo. Patersoun de Dunmure, Rob. Bowman, Alex. Bett, Rob. Schadow, Joannes Balfour, Hugo Menteith, Jac. Strathachin, Hector Arnote, Jo. Cowper, Jac. Seytoun, Mich. Scott, . . Halkett, Geo. Crystie, Jac. Law, Jacobus Bickartoun, Hen. Wylie, Georgius Kilgour, And. Law et Margareta Cowper, burgenses et portionarii de Falkland, in favorem dicti D. Dav. resignaverunt:—REDDEND. pro integris terris de Ballinlula 9 libras 6 sol. 8 den. feudifirme; necnon duplum feudifirme in introitu heredum; et sustentando domos ad recipiendos in hospitio 40 viros, cum stabulis pro eorum equis ac pro eorum provisione in omnibus necessariis super eorum propriis expensis; —pro dicto tenemento servitium debet. et consuet. —pro manerie de Nuthill unum den., pro Ladinwrcuhart-Eister unum den., albe firme;—et pro jure commonie in Blakhill &c. 40 sol. feudifirme; et duplum feudifirme in introitu heredum;—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 208.

1350. Apud Striveling, 21 Aug.

REX,—cum avisamento &c. (93.),—ad

feudifirmam dimisit et quitteclanavit AGNETI MITCHELL unice filie legitime et heredi apparenti quondam Roberti M. de Burneheid (native tenenti subsciptorum), heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—10 denariatas dimedie mercate terrarum de Dalsangane (per dictum Rob. tempore ejus decessus occupat.), 7 solidat. de Braklare, 20 sol. de Burneheid, 1 sol. 6 den. de Eschawburne, antiqui extentus, in dominio de Kylismure, vic. Air;—que terre olim ad monasterium de Melros pertinuerunt; et quas rex incorporavit in liberam tenandriam, ut unica sasina apud principalem domum de Burneheid capienda pro omnibus staret:—REDDEND. pro Dalsangane 5 sol. 1 den., et 5 den. augmentationis, pro ceteris 15 sol. 1½ den., et 5 den. augmentationis; necnon triplicando feudifirmam in introitu heredum; ac prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia domini de Mauchlene apud locum ejusdem; et portando grana ibi crescentia ad molendinum de Mauchlene, et multuras consuetas persolvendo; et observando ceteras conditiones et provisiones quascunque antea observari consuetas et in antiquis rentalibus et assedationibus contentas:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 250.

1351. Apud Striveling, 23 Aug.

REX confirmavit familiari suo D. JACOBO ELPHINGSTOUN de Berntoun militi, secretario regio, in vitali reddito, necnon JACOBO ELPHINGSTOUN filio natu maximo inter eum et Dominam Majoriam Maxwell ejus sponsam legitime procreato in feodo, et heredibus &c. (*ut in carta* 1231). —*lie* Maynis de Ballumbie (*et cetera in carta* 1231 *contenta*);—quarum vitalem redditum dicti D. Jac. et Mar., feudum idem Jac. junior, resignaverunt (provisio &c. *ut in carta* 1231); et quas rex, pro bono servitio dicti D. Jac., dictis personis de novo dedit, cum advocacione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Auchterhous, unius regis communium ecclesiarum existen:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme; et hoc pro longo servitio dicti D. Jac., et in signum singularis affectionis erga dictum Jac. juniorem, cui rex nomen suum in baptismatis lavaero in singularis

erga dictum D. Jae. dilectionis testimonium indiderat :—TEST. *ut in aliis cartis &c.*

xliii. 251.

1352. Apud Falkland, 18 Sept.

REX,—cum avisamento &c. (112. 93.),—concessit WILLELMO RAIT de Halgrene in libero tenemento, et DAVIDI RAIT ejus filio legitimo natu maximo et heredi apparenti, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, in feodo,—terras et baroniam de Drumnagar, 2 novenas partes terrarum de Inverbervie vocat. Celillat, cum molendinis, multuris et terris molendinariis molendini de 1. dictis 2 novenis partibus spectan., cum annuis redditibus rodarum burgi de 1., vie. Kincairdin; terras de Kirktown de Abirluthnot (viz. *begyndand toward the north-west at one merchestane infixit in the waired-dyke stauland beneath the place of Kirktownhill direct auent one twaid balk at the syde of the nyne rigis, quhill balk is meithit and merchit and staves infixit on ilk syde thair of not to be eikit nor puit in tymes runing bot to stand and remaine as are perpetuall merchebalk and lone to the landis underwrittin, and discendand down that balk fra the said merchestane to the burne that derydis the landis of Balmaladie fra Kirktownhill, and enterand in that burne and discendand down the samin southwart quhill it cum to the heid of the Threap-aker, and compassand and includand the haill Threap-aker at all partis thair of as the merchis gangis on the south syde of the samin to the grit gray cirdfast stane, and fra thyne keipand south as the merchis ljis betuie the landis of Balmaladie and Thornetown on the south syde to the entering in the said burne agaw, and keipand the said burne on the north syde thair of quhill it cum to the east kirk-style of Marickirk foirament the said burne, and passand up the said dyke fra the kirk-style quhill it cum to the commonn gait that derydis David Hamptonis fra John Villakis bigingis, and includand the haill toflis, housis, bigingis and quirdis affair and behind occupit be Tho. Patrie and the said Dav. H., reservand to George Borebay of Matheris, his airis and assignais, one commonn gait betuie the saidis housis*

and kirkyaird-dyke to pas and repas to and fra the said burne, and fra thyne northwart keipand ay the said gait quhill it cum to the north syde of the fyve lang buttis lyand behind the said Tho. Patries and David Hamptonis, tendand to the east quhill it cum to the heidrig, includand alsua thrie schort buttis and the haill heidrig lyand at the east all contigue behind the saidis yairdis and housis, and passand up fra the north end of the said heidrig as the merchis standis at the east teillit landis endis of Kellie quhill it cum as the merchis standis to the west syde of the fyve lang rigis of Corkymoie, and passand up northwart as the merchis standis the west syde of the saidis fyve lang rigis quhill it cum to the north end of the samin at the proper merche of Balmanno, and fra thyne east the landheidis of Corkymoie as the merchis standis betuie Balmaladie and the nether end of Allenagown, quhill it cum to the east end of one auld dyke as it is meithit and merchit, and up the said auld dyke quhill it cum to the waired-dyke agane at the west, and halldand and keipand the said waired-dyke eastward quhill it cum to the first infixit merchestane; reservand alsua to the said Wil. Rait and his successouris &c., and thair tenendis and occuparis of the joirsaidis landis, thir casmentis and commoditeis efter following, to wit, power to cast faill and doretis, fewall, peittis and tueres, in the mures and myres of Eister Kirktownhill at ony pairt thair of outwith the teillit landis of Eister Kirktown betuie that ilk teillit landis and the Craighburne and landendis of Spittell, and commonn pasturing of quirdis thair upone, frie ische and entrie thair to, as thair proper commonn, with one sufficient lone of 24 fute of breid to pas and repas, call quirdis, leid fewall, faill and doretis with cairtis and sledis casilie without ony molestatioun throuch the landis of Eister Kirktown fra the first merche of the said Williamis proper landis abone ceprimit to the saidis mures, myres, Craighburne and Spittell-landis as it is meithit and merchit, as alsua privileg in mures, nousis and myres, heiding and casting of fewall, faill and doretis, and pasturing of quirdis bayth proper and commonn use and

went as the saidis landis and tenentis thair of joysit and occupyit in all tymes bygane, with power to pas and repas to the saidis common mures and myres the hie cairt gait in the Lady-bankis to the saidis landis use and went; reservand alsua ane common gait fra Carrisloch, Luther-mure and myre, cumand fra and throch Balmaine to the north heid of the landis of Allenygorn, and fra thye cumand down ane grene balk to the end thair of quhill it cum in the said Williamis proper landis, and alsua frie passages, isches and enteresis to pas and repas in the gait betuik Joh. Villakis and Dav. Hamplounis at the west heid of Kellie and eist syde of Corstell quhill it cum to the eist land endis of Corkynoir, and eist thairfra quhill it cum to the grene gait that passis to the place of Kirktownhill, and that for manuring and laboring of the said Williamis landis in all tyme cuning, and with all uther gaitis necessar and passages usit and went and common for the effect foirsaid; reservand alsua to the said Geo. Barclay and his foirsaidis and tenentis ane common gait and to go to cathre and cull guidis and for cairt and sled fra the nether-land-endis of Corkynoir up the grene gait quhill it cum by the first injirit merchestone to the said George arin proper landis of Kirktownhill usit and went);—*quas idem Wil. resignavit; et quas rex,—pro bono servitio, ac pro compositione soluta,—dictis personis de novo dedit, viz. Drumnagar cum manerie loco et intra bondas subsequen. (viz. bequind on the north at ane gray stane benorth the water of Luther, quhill is the merchestone deryling the Walknylne and mynclandis of Thornetoun fra the proper landis of Drumnagar, and fra the said gray stane passand up and southeist be ane strype and stak quhill derylis the mure of Barnis fra the proper mure of Drumnagar, quhill it cum to the hie kirkygait leiland to the kirk of Abirluthnot, and halldand up southeist the said hie kirkygait quhill it cum to the cairne of stanes on the heid of the Drum of the proper mure of Drumnagar, quhill cairne derylis the samin mure fra the mure of Barnis, and fra the said cairne halldand*

south the said hie kirkygait quhill it cum to the heid of the Coitburne as the merchestanes ar impute thairin, deryling the said proper mure of Drumnagar fra the said mure of Barnis, and fra the heid of the said Coitburne halldand south the said hie kirkygait quhill it cum to ane uther cairne of stanes upone ane uther Drumheid beist the mure-place of Drumnagar as the merchestanes ar impute quhill derylis the said proper mure of Drumnagar fra the said mure of Barnis, and fra that cairne south the said hie kirkygait quhill it cum to ane how ryner or strype deryling the proper mure and landis of Drumnagar fra the said mure of Barnis and mure of Balma-kellie, and halldand southwest the samin ryner quhill it cum to the arrabill landis of Hallow as the merchestanis ar impute, and west thairfra be ane hie kirkygait quhill derylis the saidis proper landis of Drumnagar fra the saidis landis of Hallow, till it cum to the cotter-gaird-lykis of Hallow as the merchestanes ar impute, and thairfra west to the Curistanes, and thairfra northwest to the loch callit Currisloch as merchestanis ar impute, and thairfra northwest quhill it cum to the arrabill land endis of the north part of the mylne of Luther, and thairfra northeast as the merchestanis quhill derylis the landis of Caudhume fra the saidis landis of Drumnagar ar impute in bayth the sydis of the water of Luther, and northeast be the sam merchestanes on ather syde of the watter as thay ar impute deryling the saidis landis of Drumnagar fra the landis of Petgarcie, and sua northeast be the sam merchestanes in ather syde of the water deryling Drumnagar fra Brigton, quhill it cum to the foirsaid gray stane), cum communia in mora et marresia de Luther et in mora de Currisloch, dict. partes de Inverbervie cum dicti molendini sequelis, lie knaireschipis, watter-corne &c., et cum piscationibus salmonum et alborum piscium super aqua de Bervie a manerie loco de Allerdas ad mare, et in ostio dicte aque, tam in aquis salsis quam dulcibus, et piscariis salmonum aliorumque alborum piscium in mari inter ostium dicte aque (lie water-mouth of Bervie) et lie burne-mouth of Halygrove, cum potestate susten-

tandi *lie cruces* in *lie mylnedame* de Inverbervie aliisque locis idoneis super dicta aqua, et tenendi *lie fisch-boitis* in dictis locis; et cum portu de Gourden in mari et litore ejusdem adjacen. dictis terris de Celiflat, cum parvis custumis, tholis, anchoragiis, *lie syisbollis, wrak, wair, weth* et proficuis quibuscunque dicti portus, et cum potestate edificandi dict. portum cum castris, propugnaculis &c., pro receptione et preservatione navium, cimbarum aliorumque vasorum maritimorum contra tempestates, ac tenendi granaria *lie victuall-housis* &c., cum potestate incolis emendi et vendendi cibum &c., cum piscaria in mari in conspectu et juxta dict. portum, et cum communia in communibus moris et maresis de Bervie; et,—cum consensu &c. (94. 103.)—de novo ad feudifirmam dimisit dictis personis dict. Kirktoun:—**ULTERIUS** omnia suprascripta de novo incorporavit in liberam baroniam de Drumnagar:—**REDDEND.** pro dict. Kirktoun 4 merc., ac duplum feudifirme in introitu heredis; pro ceteris unam sectam ad quamlibet trium placitorum capitalium vic. de Kincardin, necnon wardam &c.; taxando wardam et nonintroitum ad 44 lib. annuatim, et maritagium ad 500 merc.:—**TEST.** *ut in aliis cartis* &c. xliii. 255.

1353. Apud Glasgow, 20 Sept.

REX concessit HENRICO STEWART de Barskymmyng, et JONETE REID ejus sponse,—6 librat. terrarum de Stairquhyte alias Barskymmeing antiqui extensus, cum fortalicio, molendinis, silvis, forestis, parvis, piscationibus, tenentibus &c., in Kyle-regis, vic. Air;—quas quatuor heredes portionarii quondam Adami Reid de Barskymming, viz. Hugo Wallace filius et heres apparens Joannis W. de Auchinweitt ac nepos senior dicti Ad., dicta Jon. (cum consensu dicti Hen.) et Margareta R. filie dicti Ad., et Jo. Spottiswode de Fowlare nepos dicti Ad., in favorem dictorum Hen. et Jonete resignaverunt; et quas rex, pro bono servitio dicti Henrici, dictis Hen. et Jon. de novo dedit, cum salmonum piscationibus, et bondatas ut sequitur (viz. *begynnand at the Hammer-pole-fute, and steykand langis the water-syde of Air to Sweithstoun-burnmouth on the . . . syid, and begynnand*

agane upoun the south syid of the water of Leurgar at Dalgour-furde, quhillk water of L. cynois in the water of Air, and fra thyme furth to the Aird-wood-niik quhillk is the merche of the Stair nuncupat. *Stair-Montgomerie*):—**TENEND.** dictis Hen. et Jon. eorumque alteri diutius viventis, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Hen. quibuscunque:—**TEST.** *ut in aliis cartis* &c. xliv. 48.

1354. Apud Edinburgh, 27 Sept.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—cum consensu &c. (112.),—confirmavit cartam Roberti Fairlie de eodem,—[qua, pro impletione contractus de data presentium, vendidit GULIELMO M'KERRELL clerico vicecomitatus de Air, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—40 solidatas terrarum de Hillhous antiqui extensus in proprietate et tenandria, cum summarum gressu in Barassie-m(u)re, in parochia de Dundonald, balliatu de Kyle-stewart, vic. Air:—**REDDEND.** Henrico principi et senescallo Scotie unum den. albe firme:—cum precepto sasine directo Joanni Wallace in Lons:—**TEST.** Quintino Crawford de Camlarg, Jacobo Blair burgen. de Air, Jo. Masoun scriba communi burgi de Air, Geo. M. ejus filio (scriptore carte), And. Johnestoun scriba in Air:—Apud burgum de Air, 9 Mar. 1602]:—**PRETEREA**, pro bono servitio dicti Gul., dict. terras ei de novo dedit, cum 15 *lie sounes gers* in dicta mora de Barrassie:—**REDDEND.** *ut sup.*:—**TEST.** *ut in aliis cartis* &c. xliii. 189.

1355. Apud Edinburgh, 27 Sept.

REX,—cum avisamento &c. (112. 93.),—confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit D. DAVIDI MURRAY de Gosperdie militi, computorum rotulatori, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Ballinbla et utramque earum dimedietatem (*et cetera in carta* 1349 *contenta*);—quas idem Dav. personaliter resignavit:—**INSUPER**,—quia dictus Dav. jus communie infra integras bondas de *lie* Lowmonthis de Falkland resignaverat ad remanentiam,—in excambium dicti juris, ad feudifirmam

dimisit dicto Davidi proprietatem partis dictorum *lie* Lawmonthis nuncupate *the Blakhill*, et morarum *lie moris* de Falkland (*intra bondas in carta 1319 specificatas*);—et, post actum parlamenti mense Nov. 1600 tenti, ad feudifirmam dimisit eidem Dav. omnes carbones tam majores quam minores et carbonaria infra integras bondas *lie* Lawmonthis de Falkland et infra alias terras regie proprietatis ad hujusmodi adjacentes, cum potestate fundum frangendi &c.:—INSUPER omnia antedicta incorporavit in liberam baroniam de Ballinbla;—et rectoriam et vicariam ecclesie et parochie de Kilgour, per commendatarium et conventum prioratus S. Andree resignat., a dicto prioratu dissolvit, et advocacionem ejusdem dicto Dav. concessit et ad dict. baroniam univit:—REDDEND. pro Blakhillis et moris de Falkland 10 merc., ac duplum feudifirme in introitu heredum; pro carbonibus (*swa lang as the saidis coillheuchis ar gangand*) decimum onus carbonum infra palatium de Falkland deponendum (vel, durante regis absentia a dicto palatio, in optione dicti Dav. 40 den. pro quolibet onere), et 13 sol. 4 den. feudifirme, necnon duplum dicte summe in introitu heredum (proviso quod si nulli carbones lucrabiles essent, nullo modo astricti essent in solutione dicte devorie); pro dicta advocacione unum den. albe firme; pro ceteris *ut in carta 1349*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliii. 207.

1356. Apud Edinburgh, 28 Sept.

REX,—cum avisamento &c. (92.),—confirmavit cartam factam per Florentinum Levingtoun filium et heredem quondam Jacobi L., et Margaretam Mowbray ejus matrem, relictam dicti Jac. et liberetenebantariam infrascriptorum, — [qua,—pro perimptione contractus de data apud Edinburgh, 2 Mar. 1602,—vendiderunt NINIANO M'MORANE ballivo ac burgensi de Edinburgh, et ELIZABETHE PURDIE ejus sponse, irredimabiliter,—quarteriam suam terrarum de Cammo (ab antiquo ad quond. Agnetem Baillie spectantem), cum pasturagiis, in regalitate de Dunkeld, vic. Edinburgh:—TENEND. dictis Nin. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et

toun, Skillrland (vel Skirrilland), Tempilland, *lie Kirkland* de Kilmaroke, Grang, Monkland, *lie Kirkland* de Stewartoun, *lie Kirkland* de Kilbryde, *lie Lyanderoce*, Skirrunlandis, Auchincroft (vel Auchincrost), cum ceteris terris et annuis redditibus qui ad dictum monast. prius pertinuerunt, feudilime firmis, silvis, parcis, forestis, pratis, molendinis, silvis, piscationibus, tenentibus &c., ubicunque infra regnum jacen.; cum libera regalitate, capella et cancellaria infra integras bondas suprascriptorum; una cum advocacione rectoriarum et vicariarum ecclesiarum et parochiarum de Kilwynning, Kilmarnok, Irwing, Stewartoun, Baith, Ardrossen, Stevinstoun, Dreghorne, Peirstoun, Kilbryde, Dunlope, Kilburnye, Dalry, Dumbartane, Lowdown et Kilmaeharnill; omnes prius in unam liberam baroniam de Kilwynning erectas;—quas M. Willelmus Melving commendatarius de Tunland, cum consensu Agnetis Lindsay sponse sue, in favorem dicti Hug. resignavit; et quas rex,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Hug. ejusque predecessores prestito,—dicto Hug. de novo dedit, cum villa de Kilwynning, et cum jure superioritatis omnium suprascriptorum; et dictam abbatiam dissolvit; et suprascripta incorporavit in liberum temporale dominium, baroniam et regalitatem de Kilwynning, cum privilegio libere regalitatis et justiciarie, ordinando abbatie locum de Kilwynning principale fore messuagium:—REDDEND. 10 mercas albe firme:—et rex promisit hoc infeofamentum in proximo parlamento ratificari:—TEST. 76. 75. 46. 77. 72. 70. 49. 78

xliii. 266.

1388. Apud Palatium de Halyrudehous, 5 Jan.

REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo ad feudifirmam dimisit JACOBO BARROUN mercatori burgensi de Edinburgh, et ELIZABETH LOWRIE ejus sponse,—tenementum terre tunc dirute et vaste in villa de Leyth ex parte australi aque ejusdem (inter tenementum olim Jac. Halkerstoun tunc Rob. Gillespie, tenementum quondam Wil. Clerk deinde Jac. Loch

tunc Nicolai Wdwart, terram quond. Rob. Barker tunc dicti Nic., et Corntonnis-clos), in baronia de Restalrig, vic. Edinburgh;—quod, olim de commendatario de Melros tentum, Wil. Murray mercator burgen. de Edinburgh in eorum favorem personaliter resignavit:—TENEND. dictis Jac. Barroun et Eliz. in conjuncta infeodatione, et hereditibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, hereditibus dicti Jac. et assignatis quibuscunque:—REDDEND. 30 sol.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 274.

1389. Apud Halyrudelous, 6 Jan.

REX,—cum consensu &c. (100.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit quotidiano servitori suo WILLELMO STEWART de Banchrie generoso cubiculi sui, hereditibus ejus et assignatis quibuscunque,—octavam partem terrarum de Hilheid de Fongorth, cum decimis tam predialibus quam personalibus et mixtis tam rectorie quam vicarie (per Matheum Abirerombie occupat.), mansionem et mansionis locum cum fronte, cauda et horto, nuncupat. mansionem de Ruffle, in civitate de Dunkeld (inter mansionem prebendarii de Fongondeney et terram quondam Tho. Grymman alias Greg ex orientali, mansionem thesaurarii de Dunkeld ex occiden., et Scottis-raw ex boreali);—que fuerunt Joannis Merschell civis de Dunkeld in feudifirma et Jacobi Merschell burgensis de Perth in feodo, et que mansio fuit Thome Merschell civis de Dunkeld in feudifirma et dicti Jacobi Merschell in feodo, et quas iidem in favorem dicti Wil. resignaverunt;—ac dicto Wil. et hereditibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, D. Thome S. de Grantully equiti aurato et hereditibus ejus masc. quibuscunque,—mansionem prebendarii de Fongorth cum horto, in dicta civitate (inter mansionem et hortum thesaurarii ex orientali, mansionem et hortum prebendarii de Cragy ex occidentali, et Scottis-raw ex boreali), in dominio de Dunkeld, vic. Perth;—quam dictus D. Tho. (cum consensu M. Davidis McGill filii legitimi quondam M. Jacobi M. de Rankelour-Nethir clerici registri, prebendarii de Fongorth, pro ejus jure), in favorem dicti Wil. S. resignavit:—REDDEND. pro

Hilheid 42 sol., pro mansionem de Ruffle 41 sol., pro mansionem de Fongorth 40 sol., in toto 6 lib. 3 sol. feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 273.

1390. Apud Halyrudelous, 14 Jan.

REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit M. MARTINO CORSTORPHING de Cassindonat, in feudifirma, — terras de Eister Balrymonth, cum decimis garbalibus inclusis que hactenus separatim nunquam locari solebant, in dominio prioratus S. Andree, vic. Fyif;—quarum liberum tenementum Thomas Myretoun de Cambo, feodum Wil. M. apparens de Cambo ejus filius et heres apparens, cum consensu Margarete Murray sponse dicti Wil. resignaverunt;—necnon quarteriam ville et terrarum de Byirhillis (occupat. per Martinum Corstorphing portionarium de Byirhillis et Margaretam Bell ejus sponsam, patrem et matrem dicti M. Mart.), decimas sextam partem earundem (que fuit quondam Jacobi Horsburgh), octavam partem earundem (que fuit quond. Thome Kinzeo), in dominio et regalitate archiepiscopi S. Andree, vic. Fyif; terras de Cassindonate, in dominio prioratus Sancti Andree, dictis regalitate et vic.;—quas dictus Mart. senior, cum consensu Jacobi C. de Bacaltheie filii sui legitimi secundogeniti, resignavit:—RESERVATIS dicto Martino seniori libero tenemento de Eister Balrymonth et quarta et decimasexta partibus de Byirhillis; et dicte Marg. libero tenemento dimidietatis dicte quarte partis et integre dicte decimasexte partis:—INSUPER rex, pro servitio sibi prestito ac pro compositione persoluta, suprascripta dicto M. Martino de novo ad feudifirmam dimisit, cum potestate colligendi *lie wraik* et *wair fra the full sey to the low watter* infra bondas terrarum de Byrehillis (viz. *begynnand at the Eistburne-mouth thair of and passand ovir the samyn burne to the south syde of the samyn burne, and thair fra to the Westburne-mouth and north part thair of*), necnon piscandi infra mare et *lie sey-fluete* infra dict. bondas, et tenendi *lie fischer-boittis* super portubus et *lie hearin* et *herbareis* dict. terrarum et aquis earum, cum privilegio duorum communium passa-

giorum pro bonis et catellis in communem moram ad terras de Byrehillis et Polduff pertinentem, et cum privilegio pasturandi et *lie fervale, faill et dorett* lucrandi; et omnia incorporavit in unam tenandriam de Eister Balrymonth, ordinando maneriem de Eister B. principale fore messuagium:—TENEND. Eister Balrymonth dicto M. Mart. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Jacobo C. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., propinquioribus et legit. heredibus quibuscunque inter dictum M. Mart. et Susannam Leirmonth ejus sponsam procreatis, quibus def., propinquioribus et legit. heredibus et assignatis dicti M. Mart. quibuscunque; cetera dicto M. Mart., heredibus ejus et assignatis quibuscunque:—REDDEND. pro Eister Balrymonth 10 lib. 6 sol. 8 den., et 6 capones, cum tribus sectis ad 3 placita capitalia infra monasterium S. Andree, cum aliis servitiis, areagiis et careagiis consuetis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et plantando arbores solo congruentes; essentque regi fideles et in nullo adversarii nisi jus postulet; et habentes areas sive hortos cum horreis patentes pro decimis garbalibus congerendis; et servando limites immunes, vel regi fideliter intinuando; cum prohibitione alienandi in toto vel in parte sine licentia regis; et si in aliquo premissorum deficerent, precipue in solutione feudifirmæ duobus terminis in tertium concurrentibus, hec carta nullius esset roboris (salvo quod areagiis et careagiis per negligentiam non solutis sufficeret solvere duplum aut triplum eorum valoris ad arbitrium regis);—pro quarteria de Byrehillis 16 bollas frumenti, 26 $\frac{2}{3}$ bol. ordeï, 26 $\frac{2}{3}$ bol. avenarum, cum 4 caponibus, 8 pultreis, 8 oneribus equorum straminum (*aucht kimpillis of stray*), et 4 sol. augmentationis, cum areagiis, careagiis et ceteris oneribus et servitiis debitis et consuetis; necnon 3 sectas ad tria placita capitalia apud civitatem S. Andree, et ad ceteras curias cum premoniti essent; necnon duplicando dict. summam pecunie in introitu heredum; et si unus terminus in alterum curreret in toto vel in parte insolutus, liceret regi de dictis terris libere disponere; cum prohibitione impignorandi

aut quovis modo alienandi sine licentia regis; necnon equitando cum rege et regis camerario in omni exercitu cum premoniti essent; et prestando juramentum fidelitatis ceteraque secundum rentale;—pro decimasexta parte de Byrehillis 4 bol. frumenti, 6 bol. 2 $\frac{2}{3}$ firlotas ordeï, 6 bol. 2 $\frac{2}{3}$ firl. avenarum, 1 caponem, 2 pultreas, *tua kimpillis of strea*, et 12 den. monete, cum areagiis &c. (*ut supra pro quarteria de B.*);—pro octava parte earundem 8 bol. frumenti, 13 $\frac{1}{3}$ bol. ordeï, 13 $\frac{1}{3}$ bol. avenarum, cum 2 caponibus, 4 pultreis, *four kimpillis of stray*, cum 2 sol. augmentationis, cum areagiis &c. (*ut supra pro dicta quarteria*);—pro *lie wraik et wair* et ceteris privilegiis predictis 6 sol. 8 den.;—pro Cassindonat 7 libras 13 sol. 4 den., 6 capones, cum 3 sectis &c. (*ut pro Eister Balrymonth, omissis clausulis de areis patentibus et de pena pro areagiis*); necnon servando marresium sive petarium dict. terrarum more solito:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 297.

1391. Apud Halierudehous, 18 Jan.

REX ad feudifirmam dimisit ROBERTO GREIR filio et heredi quondam Henrici G. in Over Laggane, heredibus ejus et assignatis,—mercatam terrarum antiqui extentus de Over Laggane, ac dictam feni *lie day-mark haye* in *lie Braid-medow* in Nethir Laggane (ad dictum Rob. per dispositionem dicti Hen. pertinentes), 7 sol. 6 den. ville et terrarum de Newtown alias Little Dempstertoun ant. ext. (ad dictum Rob. per dispositionem Thome M'Fagzeane pertinent.), 7 sol. 6 den. ant. ext. de Barschynvallo (ad dictum Rob. per dispositionem Cudberti Greir in Barschynvallo pertinent.), in parochia de Dunscoir, vic. Drumfreis;—que olim ad abbatiam de Melros pertinuerunt:—REDDEND. 48 solidos 8 den. feudifirmæ antique, cum servitio consueto, ac 16 den. augmentationis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 5.

1392. Apud Halyrudhous, 20 Jan.

REX,—cum consensu &c. (112.),—confirmavit cartam Gulielmi Naper de Wrychtishousis,—[qua, cum consensu (quond.) Joannis Haitlie de Mellerstanes,

—pro impletione contractus inter dictum Jo. et And. Elmestoun de eodem ejus cautionarium et dictum Gul. ab una, et ROBERTUM LUMISDENE de Ardrrie ab altera partibus, de data presentium,—ad feudifirmam dimisit dicto Rob., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras, villam et terras dominicales *lie Manis* de Mellerstanes, molendinum earundem, dimidietatem orientalem terrarum et ville de Fawnis, cum fortaliciis, maneribus, columbariis, cuniculariis, vic. Beruik:—REDDEND. dicto Gul. 45 libras 13 sol. 4 den.:—cum precepto sasine directo Marco Haitlie in Fawnis:—TEST. M. Jac. Donaldsoun advocato coram dominis concilii, M. Jo. Robertsoun ejus servitore (scriptore carte), M. Gul. Naper filio dicti Gul., Arch. Kennedy servitore Clementis Cor mercatoris burgensis de Edinburgh:—Apud Edinburgh, 24 Nov. 1602]:—PRETEREA, pro servitio sibi suisque predecessibus prestito, suprascripta dicto Roberto de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 270.

1393. Apud Halierudhous, 20 Jan. REX,—cum consensu &c. (93.),—ratificavit [1] cartam feudifirme per Jo. dom. de Hammiltoun commendatarium de Abirbrothok et ejusdem conventum factam quondam Willelmo Auchterlonie, et Barbare Rait ejus sponse,—de occidentali dimidietate terrarum de Seytoun, cum decimis garbalibus que nunquam separari solebant, in baronia et regalitate de Abirbrothok, vic. Forfare; —TENEND. dictis Wil. et Barb. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Wil. quibuscunque, de dicto monast.;—de data apud Kynnoull et Abirbrothok, 1 et 30 Apr. 1586:—[2] cartam per Jo. marchionem de Hammiltoun commendatarium de Abirbrothok et ejusdem conventum fact. JACOBO AUCHTERLONIE filio et heredi dicti Wil., et ISSOBELLE PEIRSOUN ejus sponse,—de dictis terris &c., cum *lie wraik* et *wair* de *lie Houp* ejusdem; —TENEND. de dicto monast.;—de data apud Hammiltoun, 26 Dec. 1601:—INSUPER,—pro bono servitio dictorum Wil. et Jacobi, necnon pro compositione persoluta,—suprascripta

dictis Jac. et Is. de novo in feudifirmam dimisit:—TENEND. dictis Jacobo et Issobelle in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus def., heredibus et assignatis dicti Jac. quibuscunque:—REDDEND. 20 bolls frumenti, 26 bol. farine avenatice, 26 bol. ordei (vel 6 sol. 8 den. pro qualibet bolla), 20 sol. antique et 6 sol. 8 den. nove augmentationis; et 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Carneonan vel alibi; et 10 lib. in introitu heredum sive assignatorum; ac perimplendo cetera contenta in antiquis infeofamentis et rentalibus, si que essent:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 271.

1394. Apud Halierudhous, 26 Jan. REX,—cum avisamento &c. (92.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JACOBO BOSWELL servitori D. Roberti Melvill de Murlocairny militis, et ISSOBELLE BALMANNO ejus sponse,—acram terre *lie Reud-aiker* (per Jo. Rowand burgen. de Kinghorne occupat.), in parochia de Kinghorne-Eister, vic. Fyiff; cum pecia terrarum de Vicaris-grange nuncupat. *lie Expoithoill*, per Rob. Crystie alias Myllar burgen. dicti burgi occupat. (intra bondas specificatas):—et, in speciale warrantum dicte *Reud-aiker*, partem terrarum de Vicaris-grange (intra bondas specificatas) per Hen. Moultray apparentem de Seyfield occupat.; —quas dictus Hen. in eorum favorem resignavit; —necnon dimidietatem pecie terre *lie Ruid-aiker* prope burgum de Kinghorne, ex occidentali terrarum ecclesiasticarum ejusdem;—quam dictus Jac. resignavit:—TENEND. dictis Jac. et Is. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Jac. quibuscunque, in feudifirma: —REDDEND. pro dicta dimid. de *Ruid-aiker* 5 sol., pro ceteris 20 sol.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 293.

1395. Apud Halierudhous, 26 Jan. REX confirmavit cartam Joannis Erskine de Ballagartie, — [qua, — pro adimpletione contractus matrimonialis inter se ab una,

Jo. Gordoun de Cluny et Tho. G. ejus filium et apparentem heredem ab altera partibus,—vendidit JOANNI ERSKIN, filio suo,—baroniam de Ballhagartie, cum fortalicio, molendinis, forestis, advocacionibus beneficiorum et capellaniarum eidem annexat., tenentibus &c., continen. villas et terras de Ballhagartie, Conglas, Petseurrie, Petathorie cum ejus fortalicio, Fairboigis, Drumdurnoch, Durltheine, croftas de Chappeltoun de Gariochte, molendinum de Inverramsay, terras molendinarias, multuras et sequelas dict. terrarum et baronie, et terrarum et villarum de Inverramsay, Petbie et Newlandis, in parochiis de Logydurnoch, Oyne et Inverurie, vic. Abirdene:—TENEND. dicto Jo. E. juniore et heredibus masc. inter eum et Marjoriam Gordoun filiam dicti Jo. G. legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti Jo. E. junioris quibuscunque, de rege:—REDDEND. servitium warde &c.:—RESERVANDO dicto Jo. E. seniori et Margarete Dowglas conjugi sue liberum tenementum terrarum &c. de Petathorie, Petseurrie, Durltheine, Fairboigis, et umbralis dimedietatis de Drumdurnoch, cum jurisdictione balliatus earundem:—cum precepto sasine directo Wil. Erskin:—proviso quod una sasina data apud principale messuagium de Petathorie pro omnibus stare:—TEST. And. Stewart, Wil. Erskyn, Duucano Thomesoun, famulis dicti Jo. E. senioris, Jo. Donaldsone incola burgi de Abirdene:—Apud Abirdene, 3 Jul. 1587]:—PRETEREA, pro bono servitio, dict. baroniam dicto Jo. E. juniore de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 354.

1396. Apud Halyrudhous, 28 Jan.

REX confirmavit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit JOANNI DOMINO LYNDESAY DE BYRIS, heredibus ejus (masc.) et assignatis quibuscunque, — terras de Dudingstoun, Newtown, Duntarvie, marresium vocatum Duntarvie-myre (intra bondas specificatas), terras de Sanct-Serlis-lawis, viridarium *lie* Lawgrene (intra bondas specificatas), terras de Philpstoun, Gallouseruk, Duntarvie-craig, Dogland, Bynnis, Manerstoun cum turre, Eister et Wester Scotistoun, Mirre-

leyis, morum appellatum Scotistoun-mwre alias Myrreleyis-mure (intra bondas specificatas), terras de Fludeis, Medop cum fortalicio, morum baronie de Abircorne (intra bondas specificatas), cum potestate carbones effodiendi infra dict. morum, cum castris, maneriebus, parcis, pratis, molendinis, silvis, forestis, piscariis, carbonibus, tenentibus &c., in baronia de Abircorne, vic. Linlythgow; cum advocacione rectorie ecclesie et parochie de Abircorne cum ejus terris, decimis, fructibus &c.;—quas terras &c. idem Jo., et quam rectoriam M. Petrus Rollok episc. Dunkelden. cum avisamento decani et capituli Dunkelden., resignaverunt:—INSUPER rex dict. rectoriam a dicto episcopatu dissolvit et in separatam parochiam erexit, rectoriam de Abircorne nuncupand., ad quam univit decimas, mansa, glebas, terras ecclesiasticas &c. dicte rectorie;—et omnia incorporavit in liberam baroniam de Abircorne, ut micetasina apud maneriem seu fortaliciam de Newtown de Abircorne suscipienda pro omnibus stare:—REDDEND. tres sectas in 3 placitis capitalibus vic. de Linlythgow, cum servitio warde &c. (taxando wardam et nonintroitum ad 153 libras annuatim, relevium ad 153 lib., maritagium ad 1000 mere.); pro dicta advocacione unum den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 323.

1397. Apud Halyrudhous, 1 Feb.

REX,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit cartam quondam Davidis episcopi Abirdonen.,—[qua, cum consensu capituli ejusdem, ad feudifirmam dimisit (quond.) ALEXANDRO HOWESOUN seniori burgensi de Abirdene, in vitali reddito, et MARTINO HOWESOUN ejus filio natu maximo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras de Scottistoun, Quhytestrypis, Thakhedderhill et Dubfurd, terras de Glastermure, jacen. infra sehyras Abirdonen. et Murthill, vic. Abirdene:—REDDEND. dicto episc. pro Scottistoun &c. 7 libras, 20 sol. pro marta, 10 sol. pro 2 muttonibus, 8 sol. pro qualibet 5 bollarum orde cum batis, 4 sol. pro qualibet 4 bollarum avenarum, 6 den. pro qualibet 12 pultrearum, pro gressuma 26 sol. 1 den., pro servitiis debitis et consuetis 3 sol. 4

den., pro 4000 onerum glebarum 10 lib. (conversione facta quia dictus episc. pro iis luerandis 5 lib. annuatim persolvere tentus est, et eadem onera fuerunt vix 10 glebas ex communi consuetudine gestantia, et loci in quibus glebe projecte fuere in perpetuas paludes abierant, ita ut vix invenirentur glebe nisi integri dict. villularum campi destruerentur qui jam fere erant consumpti, et ex solidis terris paludes conficerentur, in quibus evidens periculum fuit quod pecora colonorum submergerentur et perpetua pascua amitterentur, unde vaste jacerent diete villule que propter sterilitatem vix avenas easque tenuissimas producebant); pro Glastimure 50 solidos, pro 2 muttonibus 10 sol., pro quolibet 12 caponum 8 den., pro qualibet 6 pultrearum 6 den., pro bondagiis et serviitiis consuetis 3 sol. 4 den.; cum 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando dict. pecunie summas in introitu heredum sive assignatorum; et faciendo tres sectas ad tria placita capitalia in palatio Abirdonen.; necnon prestando juramentum fidelitatis in quolibet novo introitu; et si in solutione deficerent sic quod unus terminus in alium curreret, summam non solutam duplicarent; et si duo termini in tertium currerent, hec infeodatio nullius esset roboris:—cum precepto sasine directo Willelmo Chalmer:—TEST. Arthuro Milner, Thoma Maureris, famulis dicti episc., Edw. Still incola Veteris Abirdonen., et M. Waltero Gordoun de Westhall:—Apud civitatem Abirdonensem, 20 Dec. 1583]:—NECNON cartam Martini Howesoun burgensis de Abirdene,—[qua,—cum consensu Agnetis Forbes sponse sue,—pro adimplerione contractus de data presentium,—vendidit ANDREE HERVIE de Denstoun, heredibus ejus et assignatis, absque reversione,—villam et terras de Scottistoun, Quhytestrypis, Thakhedderhill, Dubfurd, Silverburne et Calseyeroft, cum tenentibus &c., in schyra et vic. de Abirdene:—RESERVATO Margarete Rolland, sponse Jacobi Seytoun burgensis de Abirdene, vitali redditu tertie partis dict. terrarum:—REDDEND. regi *ut supra* (omissis firmis &c. de Glastimure, et clausula de juramento):—cum precepto sasine:—TEST. Jac. et And. Hervie filii dicti

And., Wil. Lormer, Gilb. Gray, Tho. Forbes burgen. de Abirdene:—carta scripta per Geo. Barroun notarium publicum:—Apud Abirdoniam, 5 Nov. 1600]:—INSUPER dict. terras *in carta* [2] *contentas* dicto And. de novo dedit (viz. *begynand at the Dubfurd of Luchland, and syne strikand up till ane blind furd beneath the Silverfurd, and syne south till ane litill hill in the hie mercat gait, and syne erin furth till ane rod behind the Cambill, and sua furth till the carne of the mure, and syne down the brow till ane mekill pott lyk to be cassin with mennis hawlis, and syne down till ane uther pott and to the thrid pott down in the den*):—REDDEND. *ut supra*, et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando et faciendo sectas *ut supra*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 282.

1398. Apud Halierudhous, 1 Feb.

REX,—cum avisamento &c. (93.),—ratificavit cartam per M. Jo. Winrahame de Craigtoun concessam JOANNI WEYMES de Cuthillhill, irredimabiliter,—de terris de Craigtoun et Lumbo, prato de Craigtoun, cum maneriebus, in dominio prioratus S. Andree, vic. Fyiff:—TENEND. de rege, loco commendatarii et conventus S. Andree:—de data apud Sanctandros, 26 Apr. 1602:—INSUPER, pro bono servitio, superscripta dicto Joanni Weymes, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de novo ad feudifirmam dimisit:—et ordinavit quod unica sasina apud villam de Craigtoun capienda pro omnibus staret:—REDDEND. *ut in carta* 2073 *precedentis tomi*, in toto 28 lib. 16 den. pecunie (omissa clausula de limitibus servandis):—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliii. 291.

1399. Apud Halyrudhous, 2 Feb.

REX,—cum consensu &c. (101.),—confirmavit cartam M. Joannis Scharp de Houstoun, in supremo senatu advocati,—[qua concessit M. JOANNI SCHARPE juniore, filio suo,— terras et villam de Houstoun, terras dominicales earundem, molendinum de H. cum ejus terris &c., mansionibus, fortalicio edificari incepto et Deo juvante quamprimum perficiendo, et carbonibus, in dominio et vic. de Lynlyth-

gow :—TENEND. dicto Jo. jun. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, M. Alexandro Scharp filio legitimo ejusdem Jo. senioris, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Wilhelmo S. fratri dicti Alex., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Andree S. etiam fratri germano dicti Alex., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Jo. senioris et assignatis quibuscunque, de rege in feudifirma :—REDDEND. *ut in carta* 131 :—RESERVANDO liberum tenementum dicto M. Jo. seniori ; et Margarete Collace sponse sue vitalem redditum 20 bovatarum de Houstoun que terre dominicales appellari solebant (per Geo. Johnstoun et Rob. Hodge occupat.) :—cum precepto sasine :—TEST. Wil. Littill mercatore burgensi de Edinburgh, Tho. Marjoribankis de Ratho, M. Jo. Schrogie scriba et Jo. Knowis notario publico servitoribus dicti Jo. S. senioris :—carta scripta per dictum Jo. S. juniorem :—Apud Edinburgh, 17 Mar. 1600] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 280.

1400. Apud Halyrudehous, 2 Feb.

REX concessit THOME FOTHRINGHAME de Powrie — terras de Wester Powrie, cum earum superioritate, proprietate et tenandria, in baronia de Ogilvy, vic. Forfar ;—quas M. Jo. Ogilvy de eodem in ejus favorem resignavit ; et quas rex, pro bono servitio, dicto Tho. de novo dedit, cum earum fortalicio, manerie, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., et in liberam baroniam de Wester Powrie incorporavit :—TENEND. dicto Tho. et heredibus masc. inter eum et Barbaram Scot ejus sponsam legitime procreatis, quibus deficientibus, ceteris heredibus &c. *in carta* 764 *contentis* :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta (taxando wardam *ut in carta* 764) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 283.

1401. Apud Halierndhous, 2 Feb.

REX, —cum consensu &c. (112.), —confirmavit cartam factam per Katherinam Lyndsay filiam legitimam et prolem solum superstitem itaque heredem saltem apparentem quondam Roberti L. de Balhall, cum consensu Duncani Robertsoun de Dul-

kabane ejus mariti pro ejus interesse, — [qua, —pro impletione contractus matrimonialis inter D. DAVIDEM LYNDsAY de Edzell equitem auratum unum senatorum collegii justitie (pro ipso et onus suscipientem pro dicta Kath. quoad solutionem dotis sue) et dictam Katherinam ab una, et dictum Dunc. ab altera partibus, de data apud Edzell et Jordanstoun, 20 et 23 Sept. 1599, in libris dominorum concilii registrat. 30 Dec. 1600, —et pro impletione obligationis per dictos Dunc. et Kath. facto dicto Dav. de data presentium, —vendidit dicto Dav., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, absque reversione, —solarem dimed. terrarum de Balhall, cum manerie, fortalicio, molendinis, integra crofta et brasina vocat. Liches-croft, in baronia de Balhall, vic. Forfar :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo capitano And. Stewart servitori dicti Davidis :—TEST. Davide Lyndsay feudatario de Edzell, M. Jac. Donaldsone advocato, M. Jo. Robertsons ejus servitore (scriptore carte), Jo. Lyndsay, Tho. Abircromby apparente de Skeyth, servitoribus dicti D. Dav. :—Apud Edzell, 9 et 16 Oct. 1601] :—INSUPER, —pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum D. Davidem ejusque predecessores prestitio, —suprascripta dicto D. Davidi de novo dedit ; et, —cum consensu &c. (93.), —concessit ei advocacionem ecclesie parochialis de Menmure (infra cujus parochiam dicte terre jacuerunt), rectorie et vicarie ejusdem ; et antedictas rectoriam &c., cum decimis garbalibus, minutis decimis vicarie, mansione, gleba, terris ecclesiasticis, fructibus &c., crexit in unam rectoriam de Menmure, et univit ad dict. solarem dimed. de Balhall :—REDDEND. unum den. albe firme, non obstante quod per servitium warde prius tenebantur :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 288.

1402. Apud Halyrudhous, 3 Feb.

REX, —cum avisamento &c. (92.), —intellegens ROBERTUM COLVILL de Cleische ab antiquo infeodari in terris de Crommeyis, cum earum anchoragiis mucilorum et concharum (*the anchorage of mussillis and cokillis*), in dominio de Culros, vic. Fyiff, olim de monasterio de Culros, tunc de rege

in feudifirma tentis; et quod dictus Rob. ejusque predecessores magnis sumptibus fortalicium super fundum dict. terrarum edificaverant, ubi dictus Rob. continuam residentiam suam habuit; et quod magnas monete summas imponendo animo esset pro portus ibidem constructione,—igitur concessit dicto Rob., hereditibus ejus et assignatis quibuscunque,—carbonem tam majorem quam minorem infra fluxum marinum inter terras ac torrentem de Torryburne ex occidentali et *lie Futhleyis-mylne-burne* ex orientali, cum terris infra fluxum maris infra dict. bondas, et cum *lie wrak* et *wair*, mucilinis et conchis infra dict. bondas, et cum potestate effodiendi *lie coil-pottis*, et tramites pro carbonum transportatione, necnon salinas patellas ac *lie pan-roemes*, ollas *lie bukkit-pottis* et cetera pro eisdem asiamenta, cum *lie lubrarkis*, *portis aul harinnis* infra fluxum maris infra dictas bondas, edificandi, et alios eadem facere volentes impediendi, et cum potestate *lie cruves* et *yairis* pro piscium inescatione habendi, ac parvas custumas, anchoragia et *lie hevinsilver* et alias devorias navium, cimbarum &c., levandi ac pro sustentatione dict. propugnaculorum et portuum applicandi:—et concessit quod unica sasina apud portum *lie Quailheavin* suscipienda pro omnibus staret:—REDDEND. 15 mere. feudifirme; proviso quod, si nulli carbones infra dict. bondas essent lucrabiles, 3 mere. solum persolverent; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 287.

1403. Apud Halyrudhous, 4 Feb.

REX,—cum avisamento &c. (112.),—concessit ROBERTO BOYD de Baddinhath, hereditibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras vocatas Medros, Myvoit, Blairlynneis Ester et Wester, et Gartingawaikis, cum pasturatione 30 summarum animalium sive catellorum in communi mora de Ridding secundum veterem consuetudinem, et cum molendino granorum de Calzolair, astrictis multuris et *lie suckin*, viz. astrictis multuris terrarum de Gartmillane ad decimum tertium granum, cum firloa de *lie ring-schilling*, de Glenhuif ad decimum tertium granum, cum firloa de *lie thir-*

beir et firloa de *ring-schilling*, de Glenor-Wester ad decimum tertium granum et firloa de *ring-schilling* (intra bondas specificatas), in baronia de Monkland, vic. de Lanerk, et per annexationem in baronia et dominio de Newbotle;—necnon JOANNI CLELAND de Foscae et JEANNE CREYCHTOUN ejus conjugi in conjuncta infeodatione, hereditibusque masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, dicti Jo. legitimis et propinquiioribus hereditibus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Foscae, cum molendino, manerie loco, mansione, extenden. ad 8 librat. terrarum (intra bondas specificatas), jacen. in dictis dominio de Newbotle, baronia de Monkland, vic. de Lanerk;—necnon GEORGIO CLELAND de Glenhuiff, hereditibus ejus et assignatis quibuscunque,—46 solidat. 8 den. terrarum antiqui extentus de Glenhuif, cum mansione, tenentibus &c., feudifirmis et devoriis, in baronia de Monkland, vic. Lanerk;—quas omnes M. Tho. Hammiltoun de Mqukland, advocatus regius, in favorem dictorum Rob., Jo. et Geo. respective resignavit; et quas rex,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictas personas eorumque predecessores prestito,—eis de novo dedit, cum libertate dicto Rob. inveniendi et transportandi molares lapides in *lie Mylne-stane-craig* in dicta mora de Ridding ad dictum molend.; et cum silvis, piscationibus, tenentibus &c.:—TENEND. cum privilegio libere foreste:—REDDEND. dictus Rob. 14 lib. 6 sol. 8 den., dicti Jo. et Jean. 5 lib. 14 sol., dictus Geo. 33 sol. 3 den., albe firme, in relevamen dicti Tho. de 100 lib. albe firme de baronia de Monkland debitis; ac dictus Georgius grana ibi crescentia ad molendinum de Calzolair molendo et multuras solitas solvendo:—et rex voluit quod unica sasina pro omnibus dicto Rob. concessis staret:—INSUPER rex ratificavit omnia infeofamenta dictis Rob., Jo. et Geo. eorumque predecessoribus et autoribus desuper facta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 296.

1404. Apud Halyrudhous, 5 Feb.

REX confirmavit cartam Roberti Ogilvy de Foffartie,—[qua,—pro perimptione sue partis contractus de data apud burgum de

Dundie, 10 die Aug. 1600, — vendidit JACOBO ABIRCRUMBIE naute burgensi de Dundie, et ELIZABETHIE FYFFE ejus conjugii, sub reversione, — croftas sive acras terrarum arabilium apud orientalem finem burgi de Forfar jacentes tam *lie outfield* quam *infeild*, in prioratu de Restennoth, abbatia de Jedburgh, vic. Forfar; — que fuerunt dicti Jac. per alienationem quondam Gilberti Ogilvy de eodem et quond. M. Gilberti O., patris et fratris dicti Rob.; et quas idem Jac. resignavit: — TENEND. dictis Jac. et Eliz. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jacobi et assignatis quibuscunque, de rege in fendi-firma: — REDDEND. 10 mercas: — cum precepto sasine directo Jac. Craike in Forfar: — TEST. Waltero Lyndsay nuncio, Gavino Porter, Joanne Dickiesoun, Alex. Woddell seniore et juniore, burgensibus de Forfar, Jacobo Strathauchin notario Deidonano: — carta scripta per Jac. Strathauchin filium dicti Jac. S.: — Apud burgum de Forfar, 11 Aug. 1600]: — INSUPER, pro bono servitio dicti Jacobi A., ac pro compositione persoluta, dictas croftas quitteclamavit: — TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliii. 350.

1405. Apud Halierudhous, 5 Feb.

REX concessit DAVIDI LYND SAY de Balcarres, filio legitimo natu maximo tunc superstiti et heredi quondam familiaris sui M. Joannis L. de Balcarres secretarii sui et senatoris collegii justitie, ac fratri et heredi quond. Joannis L. de B. qui fuit filius legit. natu maximus dicti M. Jo., ac legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Dav. quibuscunque arma et cognomen de Lyndsay gerentibus, — terras de Balneill, cum carbonibus, maneriebus, fortalicis, molendinis, cuniculariis, columbariis, cum communi pastura et libertate lucrandi *lie fewall, turvis, fail* et *dovettis* in mora nuncupata Firthmure, in parochia de Kilonquhar, vic. Fyffe; superioritatem ville et terrarum de Eister Pitcorthy, in baronia de Kelly, vic. Fyiff; terras de Wester Pitcorthy, cum mansione, manerie, columbario, carbonibus, tenentibus &c., infra dominium de Kilonquhar, regalitatem S.

Andree, vic. Fyiff; terras de Inverdoxett alias *lie* Lichtonislandis (olim per Davidem Haggy earundem proprietarium, postea per quond. Jo. Ramsay in Freirtoun et alios tenentes occupatas), cum piscariis, vic. de Fyfe; terras et molendinum de Balcarres, cum manerie, fortalicio, carbonibus, molendinis, cum communi pastura &c. (*ut sup.*) in mora nuncupata Selyremure, in parochia de Kilonquhar, senesc. et vic. de Fyffe; terras de Balmakyne, cum carbonibus, in parochia de Carnibie, vic. de Fyffe; cum ceteris maneriebus, fortalicis, molendinis, cuniculariis et columbariis de Balcarres et Balmakene; partem terrarum olim spectantium capellanie B. Marie Rires tunc vocatum Nether Cumberlandis (olim occupat. per Archibaldum Bedysone), cum carbonibus, tenentibus, tenantiis (bondat. ut in infeofamento per quond. D. Jo. Weymes de Rires militem fundatorem dicte capellanie concessio), vic. de Fyiff; — quas terras de Wester Pitcorthy Jac. Bellenden de Kilonquhar cum consensu Jacobi Spens de Wolmerstoun tutoris sui testamentarii in favorem dicti Davidis resignavit; Nether Cumberlandis Arch. Blyith capellanus B. Marie Rires, cum consensu Arthuri Forbes de Rires patroni dicte capellanie, in favorem dicti M. Jo. Lindsay in vitali reddito et dicti Joannis L. in feodo resignavit apud palatium de Linlythgow; et ceteras idem David cum avisamento curatorum suorum resignavit; — et quas omnes rex, — servitium sibi per dictum M. Jo. multis annis in fideli functione officii unius senatorum collegii justitie et alias ad memoriam revocans, — cum consensu &c. (101. 93. 112. 27.), — dicto Davidi de novo dedit, consolidando superioritatem cum proprietate de Eister Pitcorthy, et cum libertate dict. terras de Nether Cumberlandis in omnibus locis ubi jacebant includendi, necnon cum 42 pedibus terrarum circumeica unamquamque dict. invirationum: — PRETEREA dissolvit rectoriam et vicariam ecclesie parochialis de Kilonquhar, cum decimis, mansionibus, glebis, redditibus &c., a monasterio de Northberuik, et erexit rectoriam et personatum in dicta ecclesia, ejus advocacionem dicto Dav. concessit et ad baroniam infra licitam univit; — quam ecclesiam Domina Mar-

gareta Hwme priorissa de Northberuik et ejusdem conventus apud palatinum de Falkland ad hunc effectum resignaverunt, et quam advocacionem quond. Alexander Hwme de Northberuik apud Edinburgh in favorem dicti M. Jo. resignavit:—PRETEREA rex omnia suprascripta incorporavit in liberam baroniam de Balcarres:—REDDEND. pro Balneill, Pitcorthy, Inverdovert et dicta advocacione unum par chirothecarum (aut 12 den.) albe firme, non obstante quod prius alio modo tenebantur;—pro Balcarres 25 lib. 17 sol. 11 den., 1 celdram 5 bollas 2 firlotas 3 peccas frumenti, 2 celd. 8 bol. 3 firlotas ordei, 48 capones, 48 pultreas, nomine feudifirme; necnon duplum feudifirme in introitu heredum; et sustentando mansionem seu maneriem ex lapidibus et calce, cum plantatione et politia solo corresponden.; necnon reddendo decimum onus carbonum lucrandorum; secundum tenorem originalis carte per Jac. IV. regem concessæ quond. D. Joanni Streveling de Keir militi (*vide* Reg. Magni Sigilli, A.D. 1424–1513, No. 3595); ac perimplendo omnes clausulas dicte carte; et reddendo 3 solidos 4 den. nove augmentationis, cum duplicatione ejusdem in introitu heredum;—pro Balmakene archidiacono S. Andree, et post ejus decessum regi, 30 sol. feudifirme, et 10 sol. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum;—pro Nether Cwmmelandis 6 sol. 8 den. feudifirme, necnon annuum redditum 6 sol. 8 den. capellano dicte capellanie; ac duplicando feudifirmam regi debitam in introitu heredum:—POSTREMO rex voluit quod hæc carta nullo modo noceret carte per se concessæ dicto M. Jo. de annuo redditu 1 celdre 5 bollarum 2 firl. 2 pec. frumenti, 2 celd. 8 bol. 3 firl. hordei, 25 lib. 14 sol. 7 den. monete, 48 caponum, 48 pultrearum, de feudifirmis de Balcarres, cum decimo onere carbonum lucrandorum (*vide cartam 1371 tomi precedentis*):—SALVIS dicto Dav. dicto ann. red., et regi jure redemptionis ejusdem:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlv. 7.

1406. Apud Halierudhous, 10 Feb.

REX concessit et quitteclamavit JOANNI LEVINGSTOUN de Dunypace, heredibus

ejus et assignatis quibuscunque,—solarem dimedietatem terrarum de Watterstoun, viz. terrarum dominicalium *lie* Maynis de W. cum manerie loco et columbario, terrarum de Eister et Wester Hiltoun, Windisoir et Blaklawis de Watterstoun, integrum molendinum de Watterstoun cum ejus terris &c., et annuum redditum 15 petrarum casei de umbrali dimed. de W., vic. Forfare;—que fuerunt quondam Thome Wattirstoun de eodem, aut Alexandri W. quond. feudatarii de eodem ejus filii et heredis apparentis, vel Jacobi W. tunc in Barres fratris germani dicti Alex., de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ratione forisfacture vel recognitionis ob alienationem absque consensu regis factam:—TENEND. in libera baronia:—REDDEND. unum den. albe firme; et hoc pro bono servitio dicti Jo. ac pro compositione per eum soluta, non obstante quod prius per servitium warde tenebantur:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlv. 4.

1407. Apud Halyrudehous, 12 Feb.

REX,—cum consensu &c. (93. 102. 103.), —concessit et quitteclamavit D. JOANNI HAMMILTOUN de Lettrik militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—tenementum et terras cum horto in villa de Leyth ex australi latere aque ejusdem (inter terras Alexandri Bartane et Jonet-Reidheidis-wynd), vic. Edinburgh;—que olim ad abbatiam de Abirbrothok pertinuerunt:—REDDEND. 10 mercas, et 2 sol. augmentationis, nomine feudifirme; necnon duplum feudifirme in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlv. 20.

1408. Apud Halyrudehous, 16 Feb.

REX concessit EDUARDO FORRESTER commissario de Kirkeudbrycht, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—duo tenementa in burgo de Kirkeudbrycht apud pretorium ejusdem olim nuncupat. *lie* Newkirk ex boreali latere dicti burgi, olim occupat. per quondam D. Nic. M'Clellane (viz. unum inter terras olim per quond. Cuthbertum Dwn occupatas, partem de *lie* Newkirk-yaird-dyke, et terras quond. Patriicii Carsane, alterum in dorso dicti *lie* Newkirk inter tenementum quondam

Thome M'Cairstnay et terras dicti Cuth.), anteriorem partem tenementi quondam Thome M'Clellane de Bombie nuncupat. *lie* Peithous ex orientali parte viei dicti burgi (inter tenementa quondam Pat. Carsen et quond. Mariote Williamsoun, et reliquum dicti tenementi per quond. And. Pauling usitat.), fundum et tenementum juxta *lie* Moitt (inter tenementa quond. Edw. Forrester et quond. Finkl Mathesoun), cum *lie* Bak-yaird of the Freiris jacen. post dict. fundum ad *lie* Eistmest-Kirkelur ex orientali (olim per Rob. Forrester seniore et juniorem occupat.), et particatam terre subtus dict. burgum (inter *lie* skair quond. Thome Andersoun, commune vicum ad Insulam Dive Marie, et commune viridarium dicti burgi), particatam *lie* skair jacentem in Mylneflat, per Wil. M'Ghie occupat. (inter *lie* skair olim ad Joannem Dungalsoun piscatorem pertinen. et Tho. Mureheid, et commune passagium ad *lie* Dumblane-burne), peciam terre in *lie* Mylflat (inter dict. *lie* skair Jo. Dungalsoun &c., et terras inarabiles *lie* wuloud ac gramina rupis *lie* girs of the watter bray, et terras Jo. M'Callie), hortum et pomarium nuncupat. Tounnakis ex orientali dicti burgi, cum horto *lie* Mekle-yaird (inter terras Wil. Qubytheid, Joannis Hunter et aliorum), per Jac. . . . occupat.;—que regi devenerunt ob decessum Niniani Andersoun bastardi, filii naturalis quond. Thome A. commissarii de Kirkcudbrycht:—TENEND. in libero burgagio:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 289.

1409. Apud Halierudhous, 18 Feb.

REX confirmavit cartam Henrici Balfoure feudatarii de Drumtenment,—[qua, cum consensu Agnetis Ramsay conjugis sue et Henrici B. eorum filii et heredis apparentis, —pro perimplatione contractus de data apud Cowper et Drumtenment, 23 et 24 Apr. 1602,— vendidit ALEXANDRO WISCHART in Cullessy, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—pendiculum terrarum de Drumtenment nuncupat. *the Heedrie-inche*, per Ricardum Honnymane possess. (intra bondas specificatas), cum communitate et comuni pastura equorum, boum et ovium, ac privilegio

effodiendi glebas et *lie* turcos, cespites, focalia et *lie* dorattis, in *lie* Monkismos et Edinsmure juxta antiquum usum,—necnon, in speciale warrantum ejusdem, annuum redditum celdre hordei et 24 bollarum farine avenatice de terris de Drumtenment,—in dominio, senesc. et vic. de Fyiff:—REBEND. dicto Hen. 40 sol. feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. Davide Spens portionario de Lethame, Jo. Watsone et Thoma Adesoun in Cullessie, Pat. Glasfunde, And. Glasfurd (scriptore carte), notariis publicis:—Apud Drumtenment, 24 Apr. 1602]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 284.

1410. Apud Halyrudhous, 18 Feb.

REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo ad feudifirmam dimisit familiari suo M. THOME HAMMILTOUN de Monkland, advocato suo, et MARGARETE FOULIS ejus sponse (pro compensatione terrarum de Balbyn et Drumcarne in quibus dictus Tho. obligavit se infeodare sponsam suam virtute contractus matrimonialis, et pro consensu dicte Marg. ad earum alienationem),—terras de Humble cum manerie, in parochia de Kirklistoun, regalitate S. Andree, vic. Linlythgow;—quas, de rege tentas loco archiepiscopi S. Andree, Alex. Hammiltoun de Innerweik in eorum favorem resignavit:—TENEND. dictis Tho. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus dicti Tho. de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Thome H. de Preistfeild ejus patri et heredibus masc. inter eum et Eliz. Murray ejus sponsam procreatis, quibus def., heredibus et assignatis dicti M. Tho. quibuscunque:—REBEND. *ut in carta* 996:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliiii. 285.

1411. Apud Halierudhous, 20 Feb.

REX, — cum avisamento &c. (92.),—recordans servitium sibi per familiarem suum D. JACOBUM ELPHINSTOUN de Barntoun militem, secretarium suum unumque dominorum secreti concilii et senatorum collegii justitie, prestitum tam in quotidiana animadversione erga administrationem justitie quam in diversis magnis

et honorabilibus servitiis rempublicam concernentibus,—ac considerans monast. de Balmerinoch tunc vacare per decessum Joannis Kynneir ultimi commendatarii ejusdem,—concessit dicto Jac., heredibus ejus masc. tallie et provisionis in ejus carta terrarum de Barntoun contentis,—abbatie locum de Balmerinoch, cum domibus, hortis et aliis infra precinctum ejusdem, necnon terras &c. olim ad dictum monast. pertinentes, viz. terras et baroniam de Balmerinoch, villam et terras de B., ter. de Newgranges cum decimis inclusis, terras de Kirktoon, Bodomeeraig et Dwningis, Gastoun, Culkey (Cultrey?), Dochteroun, Pitmossy, Bandene, Bangour (Bangove?), Boddlongraig, Skrine (Skure?), Tikburnis (Kilburnis?), Skrogiesyde et Byris, *lie* Over et Nethir Mylnis cum eorum terris &c., Elister Kynneir, Cathillis et piscarias de Kilburnyis, annuos redditus ad dict. abbatiam spectantes de quibusdam terris et tenementis infra burgos de Dundie, Perth et Carrail, terras de Duchane, Drumharrie et Bangaff, cum molendinis, silvis, piscariis, parvis, pratis, forestis, columbariis, carbonibus, tenentibus &c. omnium dict. terrarum, vic. de Fyiff et Perth; terras et baroniam de Barrye, viz. villam et terras de Barry, terras de Wodhill et Coitsyde cum decimis inclusis, terras de Baskallye, Grange de Barry, Ryvynnsky (vel Ravynnisbie), cum molendinis, terris molendinariis &c., terras de Baddyhill, *lie* Lypkis de Barrie et Dayhous, Cowbyre et Gedhall, terras de Brymesyde, salmonum piscarias super aqua de Tay nuncupatas Gall, Poudraythis et Stak (vel Stok), piscarias de *lie* Cruik, cum molendinis &c. (*ut supra*), vic. Forfar; terras et baroniam de Pitgorno, viz. villam et terras de P. ac *lie* Freirmylne cum terris molendinariis &c., terras de Craigfodye, ter. de Drciddeill, Kinraigie, Stanemureland (Steilmureland?), Abirargye, Pitgrunzie, Lochmylne, acras de Strameglo, terras de Coilliessay (vel Cowissay), Johnnestoun, Guddein, Carpw, Gaistoun, Corbie, silvam et piscariam de Bardene, cum granorum molendino, hortis, terris molendinariis &c., ac cum molendinis &c. (*ut sup.*), vic. Forfar; necnon advocacionem ecclesiarum et parochiarum de Balmerinoch, Barrie et

Logye, rectoriarum et vicariarum earundem, ac vicarii pensionarii de Barrye, cum decimis, fructibus &c. olim ad dictum monast. spectan.;—que omnia rex incorporavit in liberum temporale dominium et baroniam de Balmerinoch, concedendo dicto Jac. titulum et honorem liberi baronis et domini parlamenti, DOMINI DE BALMERIN- OCH nuncupand.; et ut dictum dominium insigniis et dominiis armis honoraretur ut congruit; et voluit dict. abbatie locum fore principale messuagium :—INSUPER rex suppressit dictum monast. et renunciavit jus suum ad tertias &c.; et ordinavit quod dicte terre &c. non inter terras ecclesiasticas sed cum baronibus et temporalibus dominiis taxarentur; et quod dict. dominium existimaretur et retornaretur ad 10 mercas antiqui extentus et 30 merc. novi extentus:—REDDEND. servitium unius domini et baronis in parlamenti, cum 100 lib. albe firme :—et rex promisit hoc infeofamentum in proximo parlamento ratificand. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 1.

1412. Apud Halierudhous, 21 Feb.

REX in feudifirmam dimisit ALLANO M'CAULA de Ardincapill (in loco nativorum tenentium terrarum infrascript. devenienti), heredibus ejus masc. et tallie,—4 librat. 6 sol. 8 den. terrarum *lie* North et South Kipparninscheochis, 2 mercatas de Blairschelloch, 2 mercat. de Suequoth, 20 sol. de Hathornehill, in parochia de Cardros, vic. de Dumbartane :—INSUPER, pro servitio sibi et suis predecessoribus per dictum Al. et ejus predecessores prestito, dict. terras ei concessit et quitteclamavit, cum advocacione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Cardros, in manibus suis existen. per decessum M. Jacobi Cunyng-hame ultimi rectoris ejusdem; et easdem incorporavit in unam tenandriam, ut unica sasina apud Blairschelloch capienda pro omnibus staret :—REDDEND. pro Kipperninscheochis 9 lib., cum 12 pultreis, cum multuris molendino de Cardros debitis, et debito servitio consueto, et 6 sol. 8 den. augmentationis; pro Blairschelloch 4 lib., 6 pultreas, cum multuris &c. (*ut sup.*), et 6 sol. 8 den. augmentationis; pro Suequoth 4 mere., 6 pultreas, cum multuris &c. (*ut*

sup.), et 6 sol. 8 den. augmentationis; pro Hathornehill 4 merc., 6 pultras, cum multuris &c. (*ut sup.*), et 10 sol. augmentationis; et duplicando feudum introitu hereditum: —*Test. ut in aliis cartis &c.* xliii. 286.

1413. Apud Halierudehous, 21 Feb.

REX, — cum avisamento &c. (112. 101. 92.), — confirmavit LUDOVICO LENNOCHIE DUCI com. Darnlie dom. Torbolton, Methven et Aubigny &c., magno camerario et admirallo Scotie, — iudicatum, comitatum, dominium, baroniam et regalitatem de Lennox (comprehendentes terras infrascript. tam proprietatem, tenandriam quam superioritatem earundem, viz. 6 mercatas terrarum de Letterrouelbeg et Stukindaf, cum piscaria de Balloch et insula de Inchemerene, cum advocacione prepositure et prebendarum ecclesie collegiate de Dumbartane ac ceterarum ecclesiarum et capellaniarum earundem, ac cum officio vicecomitis de Dumbartane ab antiquo dicto comitatui unito, 20 librat. terrarum de Drwmoy [Drumry?], 20 librat. de Balvey, 40 mercat. de Maynis, 5 librat. de Kilmerrinnie, 10 solidat. de Baldarrane-Stewart, 10 librat. de Dalquharne et Dalmoir, 40 sol. de Baldarrane-Colquhoun, 10 librat. de Eister et Wester Glorettis, 20 libratas de Balcornoch et Invertardie, 8 libratas de Ballinloch, 20 librat. de Craigharnard et Kilwinneis, 40 sol. de Balyone, 8 librat. de Ballull-Lydesay, 5 librat. de Portnellane-Galbraith, 5 librat. de Portnellane-Halyday, 5 librat. de Arloch-Cambell, 25 mercatas de Kilmahill, 20 libratas de Colgrayne, 10 mercat. de Lettirbeg, Dunfad et Stuklekkie, jacen. super aqua de Levin, cum salmonum piscariis in dicta aqua de Levin et Garrochheid [Garlochheid], cum liberis forestis, 24 mercatas terrarum de Ardanchapell et Ardarden, 8 libratas de Ardardane-Noble et Ardarden-Lyall, 5 libratas de Darleyth, 40 mercat. de Drumschogill, 20 mercat. de Casleys et Fynuik-Drumond, 5 librat. de Fynweik-Blair, 10 libratas de Blairnievaldis et insulam de Inchemoir et Blaïron, 50 solidat. de Gartquharrane, 10 mercat. de Burneschogill, 5 libratas de Ballinkeirrane, 20 mercatas de Ranry, 24 libratas de Kileroych, Thome-

arabilis de *lie* Querrellhill, et pastura 2 vaccarum cum earum fetibus in communia de Danyeltoun, et unius equi sive jumenti in *lie* Greneyard et Weirhill (vel Querrellhill) a principio mensis Apr. ad collectionem segetum, et reliquo tempore ubique circa dictum monast. ubi animalia et equi dicti monast. pascerentur, cum libertate lucrandi cespites (*turris*) et petas in petaria de Threipwode sive alibi ubi possent cum minore damno dicti monasterii haberi ad discretionem socii fellarii (vel sellarii), in dominio de Melros, vic. Roxburgh; cum potestate pinsendi, brassiandi, emendi et vendendi panes, cerevisiam, vinum, carnes, pisces aliaque mercimonia licita et honesta, alias mercantias et quascunque operationes licitas et honestas exercendi;—que idem Tho. resignavit:—REDDEND. pro officio 26 capones, ac duplum feudifirme in introitu heredum, et 3 sectas curiarum apud Melros; pro dicta terra et seqq. 20 sol., et 5 sol. in festo Pasche pro cerevisia decimali, una cum multura decimiseptimi grani tam de frugibus dicte terre quam aliis acquisitis:—TEST. 99. 75. 46. 81. 72. 86. 49. 78.

xlv. 261.

ANNO REGNI 38 ET 2.

ANNO DOMINI 1604.

1539. Apud Perth, 30 Jul.

REX dedit literas legitimationis JACOBO WALKER in Lewquharis, bastardo, filio naturali quondam Joannis W. in Crovie.

xlv. 57.

1540. Apud Edinburgh, 6 Aug.

REX confirmavit cartam Davidis Home portionarii de Blacader,—[qua,—pro perimplatione obligationis per se facte cum consensu Margarete Schaw sponse sue, de data presentium, in libris concilii registrande,—vendidit ALISONE HOME filie sue, et ALEXANDRO HOME ejus sponso,—tertias partes dimedietatis sue terrarum et baronie de Blacader (viz. ville et terrarum dominicalium de B., duorum granorum

molendinorum earundem, et terrarum de Qahytelaw, cum tenentibus &c., advocacione ecclesiarum et capellaniarum earundem), vic. Beruik:—TENEND. dictis Alis. et Alex. II. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Alex. II. quibuscunque, irredimabiliter, de rege:—cum precepto sasine directo Rob. Inglis:—RESERVATO vitali reddito dictis Dav. et Marg.:—TEST. Alex. Home filio naturali dicti Davidis, Petro Home filio naturali quondam capitani Davidis II., Rob. Home filio naturali quondam Archibaldi (Home) rectoris de Duncie, Timotheo Rouchlaw, Nimiano Foullis (scriptore carte), connotariis, Jac. Lambe (in Westmyle):—Apud

¹ Among the boundaries are "ane great gray stane with ane boir in the samyn," and "ane uther gryt gray cairne in the quihlk stane is the letter P ingravyn," and "ane uther gryt gray

stane haveing ane gryit bore with ane cors boir in the same," and "ane great uther gray stane also boirit."

Capellaind alias West-Maynis de Blacaler, 30 Apr. 1604]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 49.

1541. Apud Edinburgh, 6 Aug.

REX confirmavit cartam Davidis Home portionarii de Blacaler, — [qua, — pro perimptione &c. (*ut in carta* 1540), — vendidit MARJORIE HOME filie sue primogenite, et PETRO HOME ejus sponso, — tertias partes &c. (*ut in carta* 1540):—TENEND. dictis Mar. et Petro in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Pet. quibuscunque, irredimabiliter, de rege:—cum precepto sasine:—RESERVATO, TEST. et de data *ut in carta* 1540]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 50.

1542. Apud Perth, 26 Aug.

REX, — cum consensu &c. (93.), — confirmavit cartam quondam Georgii Stewart de Arnetully, — [qua, — pro imptione contractus inter se, Jonetam Robertson sponsam suam, et Jacobum Drummond de Leichill, ab una, et Jo. S. filium legit. primogenitum suum ab altera partibus, de data . . . Sept. 1595, in libris dominorum concilii vel commissariatus de Dunkeld registrandi, — vendidit dicto JOANNI STEWART, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, absque reversione, — terras de Arnetully, cum molendino, terris molendinariis &c., terras de Over Cardney et Cairdneyn-inter-lacus, cum manerie, lacubus, piscariis, molendino, terris molendinariis &c. (et specificè terris de Butterstoun, Eister Drumboy et Newtown, pendiculis dictarum terrarum de Cardneyn), pratum vocat. *the Bishopis-meadow of Drumboy* cum ejus decimis, terras de Rotmell, cum fortalicio, manerie et piscationibus, terras de Cragilto, terras silve de Leitpettie nuncupatas, occidentalem dimidietatem terrarum de Eister Cranmych, cum decimis garbalibus de Leitpettie et Cranmych inclusis, terras de Dulmarnok, cum molendinis, multuris, silvis, piscationibus, tenentibus &c. omnium suprascriptorum, in dominio de Dunkeld, vic. Perth: RESERVANDO dicto Georgio S. vitalem redditum umbralis dimid. de

Arnetullie, et integrarum dict. terrarum &c. de Rotmell, Cragilto, Leitpettie, Cranmych, Over Cairdneyn, Butterstoun et Eister Drumboy-miln; dicte Jon. post decessum dicti Geo. vitalem redditum de Cairdneyn-inter-lacus cum manerie &c., et de Cragilto et Leitpettie, et annui redditus 3 chalderarum hordei de terris de Arnetully; necnon Katherine Liddell avie dicti Geo. 2 aratra de Arnetully in quibus infeodata extitit:—TENEND. de rege in feudifirma:—REDDEND. Petro episc. Dunkelden. pro ejus vita, et postea regi, pro Arnetullie 40 sol., pro Cairdneyn 40 sol. (et vicariis chori de Dunkeld 6 libras 13 sol. 4 den., necnon pro Cairdneyn-inter-lacus rectori scholarum schole grammaticalis civitatis de Dunkeld 3 libras 6 sol. 8 den.), et 13 sol. 4 den. augmentationis; pro dicto prato 13 sol. 4 den., cum 3 sectis ad 3 placita capitalia infra civitatem Dunkelden.; pro Rotmell 40 sol., 2 verveces *lie walders* (vel 13 sol. 4 den.) ad festum S. Andree apostoli, 36 *lie salmond fische* (vel 4 lib.) infra festa P.V.M. et S. Joannis, cum *lie leiding* de 40 oneribus *lie peittis*, et aliis servitiis debit. et consuet.; pro Cragilto 40 sol., 4 duodena *lie cheikynis* (vel 16 sol.) infra festa Sancti Columbe et S. Joannis, et *lie leiding* de 160 oneribus petarum, et progressum et aliis devoriis et careagiis *ane swarme of beis in ane skep*, et 40 den. augmentationis, cum 3 sectis ad 3 curias capitales baronie de Dunkeld, et ad ceteras curias cum premoniti essent; pro Leitpettie 43 sol. 4 den., pro Eister Cranmych 4 sol., cum 3 sectis ad 3 curias capitales baronie de Dunkeld; necnon regi pro Dulmarnok 6 lib., 16 sol. 4 den. pro 8 hedis *lie kildis*, 16 sol. pro 32 *lie pultrie*, 10 sol. pro laboratione crofte capellanie Beate Marie de Invar in Lital Dunkeld; et 11 sol. augmentationis; necnon duplicandum dictas feudifirmas in introitu heredum; et sub provisionibus in antiquis infeofamentis expressis:—cum precepto sasine directo Jo. Irwing de Mukliemoir:—TEST. Pat. Robertson, Wil. Bissait, servitoribus dicti Geo., Donaldo Lyn sartore Dunkelden., M. Walt. Stewart notario:—carta scripta per Robertum McRaith in Dunkeld:—Apud Rotmell, 7 Nov. 1595]:—INSUPER rex, pro

bono servitio dictorum Geo. et Jo., de novo in feudifirma dimisit dicto Jo. S., tunc de Arntully, dict. terras &c. (preter Dulmarnok); et easdem incorporavit in liberam baroniam de Arntullie, ordinando villam de A. fore principale messuagium:—REDDEND. regi *ut supra* (omissis firmis &c. de Dulmarnok):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 366.

1543. Apud Hamptoun-court, 21 Sept. REX, —cum consensu &c. (93.), —concessit capitaneo ANDREE GRAY, filio legitimo quondam Georgii G. de Scheilhill, —villam et terras de Dumnynald, cum fortalicio, portu et piscatione, in parochia de Sanct-Skeoche, vic. de Forfar; —quas, olim de priore de Restennet tentas, And. Gray de Dumnynald apud Aschebie in Anglia resignavit in favorem dicti cap. :—TENEND. dicto capitano et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Thomo Gray filio legit. quartogenito dicti Andree G. de D., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Georgio G. filio ejusdem secundogenito et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Jacobo G. filio ejusdem quintogenito et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., propinquioribus et legit. heredibus masc. dicti Jac. nomen et insignia de Gray gerentibus quibuscunque, in feudifirma:—RESERVANDO dicto Andree G. de D. australem partem dict. terrarum (per bondas specificatas), cum fortalicio et manerie ibid., pro ejus vita:—TEST. 99. 46. 82. 81. 72. 86. 49. 78. xlv. 102.

1544. Apud Curiam de Hamptoun, 29 Sept. REX, pro bono servitio quondam Davidis Betoun de Melgund et JACOBI BETOUN tunc de Melgund ejus filii, —cum avisa-mento &c. (119.), —concessit dicto Jacobo, heredibus ejus et assignatis, —partem more nuncupate Montromonth adjacentem terris et baronie de Melgund (infra bondas specificatas), cum quacunque alternata parte diete partis diete more, vic. Forfar:—SOLVEND. 40 sol. feudifirme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 51.

1545. Apud Pertham, 29 Sept. REX confirmavit cartam quondam Donaldi

Denwne abbatis de Feirne sive Nova Ferua, —[qua, —cum consensu Dominorum Donaldi Feid subprioris, Gulielmi Calder, Joannis M'Culloche, Roberti Strabrok, Alexandri Roriesoun, Donaldi Bain et Davidis Reid, conventus dicti monast., —ad feudifirmam dimisit (quondam) ANDREE DENWNE, heredibus ejus et assignatis, —terras de Catholle-abbotte et Tulloche, cum brasina et astricta multura molendini de Ferne (bondat. ut sequitur, viz. *therie sett stanis from the sea bank in the bog behest the chapell of Kilnorie, upward to the hill callit Knokincrosk, with the common gait to the feildlaw of Balmuckey callit the lowe ad orientem, strypam vulgo Fanikallich ad boream, lie auld dyik passing from Loung-spyre linialie westward toward therie gray stanes in the muir with the strype of Lovellingowin ad occident., the sea and the gait passing from the port of Sandwick, the auld dyik at Lochinspre to the landis of Raviching ad austrum*), terras de Lachlauck cum pastura hereditaria de Sallaachie et Muckerniche (bondat. ut sequitur, viz. Carnevren ad orientem, Glakeamilen ad occident., Corrinamag ad austrum, Aulden-skerrie ad boream), in comitatu et diocesi Rossie, vic. Invernes:—RESERVANDO dictis abbati &c. usum portus maris dictarum terrarum de Catboll, cum 8 domibus pro piscatoribus dicti portus; necnon eisdem, et Hugoni Ros in Ballamucky, *the use of the mos in sustenting us our jewall*:—REDDEND. dicto monasterio pro Catboll et brasina 9 libras, 4 duodena caponum, 2 bolla avenarum; pro dicta multura 3 bol. 3 firlotas victualium; et pro Tulloch et Lachlauck 4 lib. 13 sol. 8 den., 4 mutones; et 13 sol. 4 den. augmentationis, in toto 16 lib. 18 sol. 4 den.; et deserviendo dictis abbati &c. aut eorum ballivis in guerris regis in propriis personis propriis sumptibus; et comparendo in curia capitali de Feirne post festum Epiphanie:—et dicti abbas &c. voluerunt quod unica sasina pro omnibus stare:—cum precepto sasine directo Angusio M'Culloch de Tarrell, et Hugoni Ros Waltersone in Ballamucky:—TEST. Angusio M'Culloch de Tarrell, Jo. Waus de Lochslin, Hugone Ros Waltersone in Ballamucky, Willelmo Ros Waltersone in

Culnaba, Walt. Johannesone in Littill Rainy, D. Gulielmo Reyoeh curato de Tarbat, Jo. Nicolsono notario publico :—Apud Feirne, 9 Jul. 1534] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 52.

1546. Apud Linlythgow, 23 Oct.

REX,—tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—confirmavit THOME MARJORIBANKIS de Ratho, et MARIE DOWGLAS ejus conjugii,—terras ville de Ratho, extendentes ad 36 bovatas, cum mansione, maneriei loco, lacu et prato, in baronia de Ratho, vic. Renfrew per annexationem ;—quas idem Thomas personaliter resignavit :—TENEND. dictis Tho. et Mar. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, propinquieribus et legitimis heredibus et assignatis dicti Thome Marjoribankis quibuscumque :—TEST. 99. 75. 46. 81. 72. 86. 49. 78. xlv. 56.

1547. Apud Palatium de Quhythall,
12 Nov.

REX,—cum avisamento &c. (120. 121. 92.),—constituit M. ALEXANDRUM FORBES, pro ejus vita,—episcopum de Cathnes ; concedendo ei dicti episcopatus fructus, decimas, feudifirme firmas, piscationes, terras &c., cum advocacione beneficiorum et omni jurisdictione ejusdem ;—vacan. per dimissionem M. . . Gledstanis novissimi episc. :—INSUPER rex disposuit dicto M. Alex. tertias dicti episcopatus,—dicto Alex. astricto particulares ecclesias dicti episcopatus sufficientibus pastoribus victu competente providere :—promittendo hanc provisionem in proxima parlamenti sessione ratificare. xlv. 53.

1548. Apud Quhythall, 18 Dec.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit ALEXANDRO COMITI DE LINLYTHGOW domino Levingstoun et Callender, et Domine HELENE HAY ejus sponse,—terras et baroniam de Levingstoun (viz. villam de L. cum terris dominicalibus ejusdem, fortalitium *lie pill* earundem, cum manerie, molendino, terris molendinariis &c., cum terris de Breich, Stanyburne et Carboundenis Eister

et Wester, Cousland, Newark et Park, cum tenentibus &c.), necnon terras de Carriberis, cum tenentibus &c., vic. Linlythgow ;—que baronia fuit Patricii Hamiltoun de Levingstoun, et per eum et Euphamam Seytoun ejus sponsam cum consensu Joannis Cokburne de Clerkingtoun resignata est ; et que terre de C. fuerunt Helene et Katharine Carriber filiarum et heredum quondam Joannis Carriber de eodem, et per dictam Hel. et Jo. Kincaid ejus sponsum (cum consensu Alexandri Levingstoun de Haillis-of-Airth, Joannis Kincaid de Abbotisgrange et Andree Hall in Falkirk, ad quorum instantias interdicti extiterunt), et per dictam Kath. et Tho. Mekill in Watterstoun ejus sponsum, resignate sunt ; et quas omnes rex incorporavit in liberam baroniam de Levingstoun :—PRETEREA erexit dict. villam de L. (sitam in maximo communi et libero passagio ducente a burgo de Edinburgh ad civitatem Glasgwen. et ceteras provincias jacentes ad occidentalem partem regni)—in liberum burgum baronie, BURGUM DE LEVINGSTOUN nuncupand. ; concedendo incolis potestatem emendi et vendendi &c., et liberos burgenses creandi, crucem forealem erigendi, et tenendi singulis septimanis forealem diem die Veneris, necnon duas nundinas *lie fair-dayis*, 22 Aug. et 28 Oct. :—TENEND. dicto com. et ejus sponse in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. quibuscumque dicti comitis cognomen et arma de Levingstoun gerentibus :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta ; taxando wardam et relevium ad 100 libras, et maritagium ad 500 merc. :—TEST. 76. 83. 84. 81. 72. 85. 49. 78. xlv. 58.

1549. Apud Curiam Regis in Quhythall,
22 Dec.

REX,—cum avisamento &c. (121. 93.)—de novo constituit M. DAVIDEM LYND-SAY (cujus provisionem non tam amplifice extensam reiterare voluit), pro ejus vita,—episcopum Rossensem ; dando ei terras, fructus, decimas &c. dicti episcopatus, cum superioritate et dominio regalitatis ejusdem, et advocacione ejus beneficiorum ;

neon tertias et *lic superflus* dicti epis copatus, pro quibus dictus episc. astrictus est ecclesias dicti episcopatus cum suffi-

cientibus pastoribus et competentibus vicibus providere:—promittendo &c. (*ut in carta* 1517). xlv. 368.

ANNO DOMINI 1605.

ANNO REGNI 38 ET 2.

1550. Apud Edinburgum, 1 Jan.

REX, pro bono servitio,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam locavit et quitteclamavit ADAMO HEPBURNE filio primogenito Patricii II. in Kingistoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Kingistoun cum mansione, extenden. ad 4 terras husbandias, in dominio de Dirltoun, constab. de Hadingtoun, vic. de Edinburgum;—que olim ad monasterium de Dryburgh pertinuerunt:—REDDEND. 11 lib., cum 3 sol. 4 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 275.

1551. Apud Edinburgum, 1 Jan.

REX,—cum consensu &c. (93.),—concessit et quitteclamavit JOANNI GLEDSTANIS de Windintounhall (nativo tenenti et feudifirmario infrascriptorum), heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Windintounhall, extendentes ad 2 mercat. antiqui extentus aut cocirea, infra villam et dominium de Windintoun, vic. Roxburgh;—que olim ad abbatiam de Jedburgh pertinuerunt:—REDDEND. servitium serjandrie domini de Windintoun secundum antiquum usum; et comparendo in 3 curiis capitalibus in dicta abbacie loco; cum ceteris (si que essent) in antiquis infeofamentis seu rentalibus contentis:—INSUPER rex ratificavit omnia infeofamenta per commendatarios et conventum de Jedburgh dicto Jo. aut ejus predecessoribus aut autoribus desuper facta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 286.

1552. Apud Edinburgum, 3 Jan.

REX,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit cartam Ludovici ducis Lennocie com. de Darnelie dom. Tarbolton, Methven et Obenzie, magni camerarii et admiralli

Scotie, feudifirmarii domini de Glasgow, —[qua ad feudifirmam dimisit ROBERTO SCOTT in Eidschaw, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Eidschaw et Bister Eschinsyde, in baronia de Erskirk, dominio et regalitate de Glasgow, vic. de Roxburgh:—REDDEND. dicto Lud. 27 lib. 8 sol. 4 den.; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia apud dict. baroniam; et comparendo in ceteris curiis dictae regalitatis cum requisiti essent; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Alex. Justice Verbi Dei ministro apud ecclesiam de Erskirk:—TEST. Jo. Houstoun de eodem, Jo. Buchanane de eodem, D. Jac. Erskene de Craige milite, Joanne Blair juniore de eodem, M. And. Dalrumpill, Geo. Hutchesone, notariis, servitoribus dicti Lud., Rob. Strulis (Skalis?) servitore comitis de Egglintoun:—carta scripta per And. Hay servitorem Jac. Kinneir scribe signeto regio:—Apud castrum Glasguense, 18 Maii 1604]:—PRETEREA ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit dicto Rob. Scott, heredibus &c. (*ut sup.*),—partesterrarum *lic* Crawknok (vel Crawknowis) et Clevis, in parochia de Erskirk, vic. Roxburgh;—que pertinuerunt ad rectoriam et vicariam ecclesie parochialis de Erskirk, vel ad episcopatum de Glasgow ant aliud ecclesiasticum beneficium infra regnum:—REDDEND. 40 sol., et 6 sol. 8 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum ad dictas terras:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 264.

1553. Apud Edinburgum, 3 Jan.¹

REX,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit cartam Michaelis Balfour de Montquhany,—[qua,—virtute cujusdam contractus matrimonialis inter se et Mariotam Adamesone sponsam suam et And. B. suum

¹ Dated A.D. 1604. Either this or the regnal years must be wrong. The same discrepancy

occurs in *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxiv. fol. 276.

legitimum filium et heredem apparentem ex una, et Jac. Melvill de Halhill, Cristinam Boisswell ejus sponsam et Margaretam M. eorum legit. filiam, ex altera partibus, de data apud Montquhany, 27 Dec. 1589, registrati in libris concilii,—cum consensu diete Mariote, vendidit dicto ANDREE BALFOUR, et heredibus masc. inter eum et dictam Marg. ejus conjugem legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masculis et assignatis dicti And. quibuscunque,—terras suas de Korbister-bewest (extenden. ad 3 denariat.), Noltland-bewest (ad 4 den.), Midbie-bewest (ad 27 den.), Backa (ad 9 den.), Forbo-bewest (ad 3 den.), Garth (ad 3 den.), Cleit (ad 3 den.), South Burgh (ad 9 den.), Wa (ad 36 den.), *ly* Bow-of-Noltland et *lie* Dyksyd earundem (ad 18 den.), Rackick (ad 27 den.), Aikernes (ad 18 den.), Mibak in Papa-Westra (ad $4\frac{1}{2}$ denariatas), cum fortaliis, maneriebus, molendinis, terris molendinariis, tenentibus &c., et piscationibus, in insula de Westra, regalitate Orebadensi, vic. ejusdem:—REDDEND. regi 103 libras feudifirme; et 3 sectas ad 3 placita capitalia apud palatium de Kirkwall vel alibi; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et observando ceteras conditiones in antiquo infeofamento contentas:—RESERVANDO liberum tenementum dictis Michaeli et Mariote; et dicto Mich. jus dictas terras impignorandi:—cum precepto sasine:—TEST. Normondo Bruce fratre germano Roberti B. de Clakmannane, Jac. Melvill servo dicti Jacobi M. de Halhill, Michaeli Thomesone, Andrea Edmestoun notario, servis dicti Mich. B., Jac. Balfour ephippiatario burgensi de Cowper:—Apud Montquhany, 7 Apr. 1590]:—PRETEREA, pro bono servitio, ac pro compositione persoluta, diet. terras dicto And. (tunc de Montquhany militi) de novo ad feudifirmam dimisit, et in liberam tenandriam et Noltland incorporavit, ordinando castrum de Noltland fore principale ejusdem messuagium:—REDDEND. *ut supra*, secundum tenorem carte per quondam Adamum episc. de Orkney et capitulum ejusdem desuper confecta quondam Gilberto Balfour de Westraw:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliv. 73.

1554. Apud Edinburgh, 31 Jan.

REX,—cum consensu &c. (100.),—confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit DAVIDI FORREST de Gimmersmylnes, burgensi de Hadingtoun, et ISSOBELLE SYMSOUN ejus conjugi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquieribus heredibus et assignatis dicti Dav. quibuscunque,—molendina granaria nuncupata Gymmersmylnes, cum astrictis multuris &c., ac cum mansione de G., hortis, ustrinis, horreis, columbario, cum vallibus *lie* Hauchis, apud orientem burgi de Hadingtoun, et specialiter Gymmersmylne-hauche et Dobies-hauche sive *lie Brayis* (intra bondas specificatas), cum 4 liris *lie riggis* terre arabilis *lie* Mylnecroft dictis molendinis adiacen., ac 2 acris arabilibus *the Mylneandis* in campo vocato *the Croceflatt*, cum decimis garbalibus omnium inclusis que nunquam antea dividi solebant, necnon 13 $\frac{1}{2}$ acras arabiles in campo *lie* Nungait-syde (juxta terras ad ecclesiam de Eddrem spectantes), cum decimis &c. (*ut sup.*), cum *lie rig* in dicta crofta vocat. Mynneis-rig, 7 acras 1 rudam terre arabilis (viz. 2 ac. separatim in *the Croceflatt*, acram in Adameflatt, acram prope terras quondam Davidis Bauld, 1 $\frac{1}{2}$ ac. in *lie* Flures, 7 *lie rullis* in *lie* Gallowsyde), omnes in territorio ville de Nungait, cum quarta parte terrarum de Sprotland 3 $\frac{1}{2}$ acras aut eocirca continente, et 3 tenementa cum 3 *buttis* arabilibus ex parte boreali diete ville prope dicta molendina, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—que, olim de monasterio de Hadingtoun tenta, iidem David F. et Is. resignaverunt;—necnon rex concessit dictis Dav. F. et Is. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus def., legit. et propinquieribus heredibus et assignatis dicti Dav. quibuscunque,—5 suleos *lie daillis* contigue adiacen., 8 *lie buttis* ex australi parte mansionis de Gymmersmylnes, duo vasta tenementa apud orientalem finem pontis dicti burgi, in territorio de Nungait, constab. et vic. antedictis:—et rex voluit quod unice sasina pro omnibus superscriptis stare:—TENEND. in feudifirma:—REDDEND. pro molendinis cum pertinentiis 22 lib., pro Sprotland 4

sol., pro qualibet diet. acrarum in Nunsyde 4 sol., pro 3 tenementis cum liris 3 sol., pro dictis 5 *daillis* et 8 *buttis* 4 sol., pro vastis tenementis 2 sol., in toto 26 lib. 7 sol., cum 12 caponibus; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 273.¹

1555. Apud Edinburgum, 7 Feb.

REX concessit et, pro compositione persoluta,—cum avisamento &c. (92.),—de novo dedit ALEXANDRO COMITI DE LYNLITHGOW, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. et tallie in infeofamento domini de Callender contentis, et assignatis,—terras templarias de Nether Carlowrie (quas dictus Alexander ejusque predecessores aut autores ultra hominum memoriam possederant), cum manerie loco, molendinis, pratis, carbonibus, saltibus, piscariis, tenentibus &c., cum privilegio libere regalitatis in hac parte cum eschaetis &c., in baronia de Listoun, regalitate de Torphechin, vic. Linlithgow;—quas, tanquam partem domini et regalitatis de Torphechin, Jac. dom. de Torphechin resignavit:—REDDEND. 6 sol. 8 den. feudifirme si peterentur tantum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 219.

1556. Apud Edinburgum, 8 Feb.

REX, — cum consensu &c. (93.), —ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit JACOBO GRAY communi clerico ac burgensi de Hadingtoun (antiquo et nativo tenenti et feudifirmario infrascriptorum), heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —5½ acras terrarum arabilium (viz. 3 acras continen. 13 *lie rigis* in *lie schot* vocato Gallosyde, acram continen. 4 *lie rigis* in Nunsyde, ½ acram continentem 2 *lie rigis* ibidem, et acram continen. 3 *lie rigis* et

lie toung in et prope Adamellat), et dime-dietatem quarte partis de Sprotlandis continen. 5 *lie rigis*, in villa et territorio de *lie* Nungaitt, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—que olim de monasterio de Hadingtoun tante fuerunt:—REDDEND. 26 sol. 6 den., 6 capones; et unum equum onerativum ad proximum mare quando victualia dicte abbacie levanda de Fyiff asportarentur:—TEST. 99. 46. 84. 81. 72. 86. 49. 78. xlv. 260.²

1557. Apud Edinburgum, 9 Feb.

REX,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit PATRICIO HUME juniori de Aytoun et ELIZABETHE EDMESTOUN ejus conjugi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti Pat. quibuscunque,—2 terras husbandias, 3 terras cottagias, unam *lie grislant* et domum (prope domum quondam Davidis Dickson), 4 terras husbandias et 2 terras cot. (olim per Pat. King, Davidem Airth, Alex. Congiltoun et Jo. Sleich occupat.), 6 terras husb. (olim per And. Hume in Dumbar occupat.), in villa et territorio et baronia de Coldinghame, vic. Beruick;—necnon dicto Pat. Hume, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—5 terras husb. (olim per quond. Jo. Hume et ejus subtenentes occupat.), in villa et territorio de Aytoun, vic. Beruick;—que omnes olim fuerunt monasterii de Coldinghame, et per dictum Pat. Hume et ejus subtenentes occupate sunt:—REDDEND. pro dictis 2 ter. husb. &c. 49 sol. 4 den., cum 5 gallinis et 6 caponibus, arragiis, carragiis, *darqis* et servitio consuet.; pro qualibet dictorum 4 ter. husb. 13 sol. 4 den., et 10 den. pro castri wardis, cum 3 caponibus et una pul-

¹ This charter has the following names of adjoining owners and occupiers of the above and adjoining lands:—Agnes Gibsoun, John Diksoun, Wil. Cokburne, Pat. Thomesoun, Wil. Tait (burgess of Hadingtoun), Adam Tait, Pat. Hepburne, John Nicolson, Hen. Cokburne, John Diksoun in Abbay, Alex. Seyttoun junior, Pat. Hepburne of Smytoun, Geo. Millar, Joh. Aytoun (burgess of Hadingtoun), Hector Tait, Tho. Waik, umquhile John Hepburne, Wil. Arnote.

² This charter has the following names of adjoining owners and occupiers:—umquhile John Keringtoun, Pat. Hepburne of Beinstoun, umq. Thomas Thomesone, Pat. Quhytlaw, umq. John Liddell, Margaret Liddell and Pat. Thomesoun her spouse, umq. John Hepburne, Eliz. Barclay and John Symson her husband, Pat. Hepburne of Newmylne, umq. Pat. Dowglas, Wil. Tait, umq. Marion Keringtoun, Wil. Gibsone.

trea; pro qualibet dictarum 2 ter. cot. 2 sol. 5 den., cum una gallina et 4 dietis; et 10 sol. 8 den. augmentationis; pro dictis 6 ter. husb. 6 merca 12 sol., pro dictis 5 ter. husb. 5 merca 10 sol.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. 99. 83. 84. 81. 72. 86. 49. 78. xlv. 54.

1558. Apud Edinburgum, 9 Feb.

REX confirmavit cartam Joannis commendatarii S. Crucis et unius ordinariorum senatorum collegii justiciarie, —[qua,—pro perimptione contractus de data apud Edinburgum, 10 Mar. 1595,—vendidit M. ARCHIBALDI DOWGLAS archidiecano Glasguensi et MARGARETE TUEDY ejus conjugi in conjuncta infeodatione, heredibus dicti Arch. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Briglandis cum earum superioritate, prope burgum de Peblis, vic. ejusdem:—REDDEND. regi unum den. albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Pat. Davidsoun servitore dicti Jo., M. Jo. Paip servitore M. Joannis Hay scribe, Geo. Dowglas in Spittelhauch, Hen. Bickartoun scriba sigueti regii:—carta scripta *ut in carta* 796:—Apud Vicum Canonicorum, 29 Mar. 1596]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 36.

1559. Apud Edinburgum, 23 Feb.

REX,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit [1] cartam factam per quond. Jac. commendatarium perpetuum de Calco et Melros, et conventum de C.,—[qua confirmaverunt (quondam) WILLELMO HOG, heredibus ejus et assignatis subscriptis,—terras de Clarelaw nuncupat. Langsyde, et 2 acras de C. vocat. Filverthorne contigue jacent. (intra bondas specificatas), in baronia de Bowdene, vic. de Roxburgh;—quas idem Wil. personaliter resignavit:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque, de dicto monast. in feudifirma:—REDDEND. 3 lib.; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Calco; et duplicando feudifirmam in introitu heredum:—Apud dictum monast., 20 Feb. 1551]:—[2] cartam quond. Domini Nicholai Michelson, prebendarii prebende Vigoruschauch nuncupate in

ecclesia collegiata de Duglas,—[qua,—cum consensu prepositi et prebendariorum dicte ecclesie, necnon Patricii Home de Polwart patroni ejusdem, et Patricii H. ejus filii et heredis apparentis,—ad feudifirmam dimisit (dicto) Willelmo Hog in Vigoruschauch—terras de Vigoruschauch, jacent. inter aquas de Tweid et Teviot, et salmonum piscariam super dict. aquas, vic. Roxburgh:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus ejus masc. cognomentum de Hog gerentibus quibuscunque, de dicto prebendario:—REDDEND. 10 merca, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. Roberto Hog in Potterraw, Geo. Storie et Alexandro Hume servis dicti Pat.:—Apud Edinburgum, 24 Jul. 1565]:—INSUPER rex ratificavit ceteras cartas feudifirme per dictum commendatarium, quond. Jo. abbatem de Ludoiris condjutores et administratores dicte abbacie, et conventum ejusdem, factas dicto Wil. Hog, heredibus ejus et assignatis,—de dictis terris, et de terris de Prestoun (per quond. Wil. Hog ejus patrum antea occupatis), in baronia de Bowden, vic. Roxburgh:—PRETEREA, pro bono servitio, dict. terras de novo ad feudifirmam dimisit ANDREE HOG filio et heredi (saltem apparenti) dicti Wil., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, cum columbario et *Braidyardis* de Vigoruschauch:—REDDEND. pro Prestoun 6 lib. 6 sol. 8 den. feudifirme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis, et pro ceteris *ut sup.*, et 3 sol. 4 den. augmentationis, in toto 25 merc. 3 sol. 4 den.; cum 3 sectis &c. (*ut in carta* [1] *supra*):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 72.

1560. Apud Burgum de Edinburgum,
26 Feb.

REX,—cum consensu &c. (122. 123. 126.),—in feudifirmam dimisit et quitteclamavit ROBERTO TURNBULL seniori feudatario de Denheid et MARIE LESLIE ejus conjugi pro eorum vita, et ROBERTO TURNBULL juniori, eorum filio legitimo secundogenito, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, in feodo,—peciam vastam

et malidam terre ex occidentali parte emporii lignorum (*lie trein mercat*) de Cowper in Angus, ex orientali parte aggeris de Balrage-croft, cum domibus et horto, in dominio de Cowpro, vic. Perth; necnoncroftam *lie* Litill-Hayhousecroft cum domibus et hortis, ex australi parte torrentis monasterii de Cowpro (intra bondas specificatas), in dominio de Cowpro, vic. de Forfar;—que omnia ab antiquo ad abbatiam de Cowpro pertinnerunt:—REDDEND. pro pecia vasta 6 sol. 8 den., pro crofta 10 sol.; cum ceteris devotiis si que ultra in rentali diete abbacie contente sunt; et 3 sectas ad 3 placita capitalia dieti monast.; et duplicando feudifirmas in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 71.

1561. Apud Edinburgh, 26 Feb.

REX confirmavit cartam Willelmi Bannatyne de Corhous,—[qua, pro perimptione contractus de data presentium, ad feudifirmam dimisit JOANNI BANNATYNE de Greneheid, fratri suo germano,—4 librat. terrarum de Kirkfeild, cum silvis, moris, marresiis, tenentibus &c., cum parte mori de Corhous nuncupata Blaiksyikis extendente ad 12 acras, jacen. ex parte boreali ejusdem occidentem versus (intra bondas specificatas), infra dominium de Corhous, baroniam de Lasmahago, vic. Lanerk:—RESERVATO passagio per Blaiksyikis tenentibus dieti Wil. de Batehillis pro eorum bestiis et aliis necessariis ad morum de Corhous:—TENEND. dicto Joanni et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto Wil. et heredibus suis masc. et tallie domini de Corhous reversuras, de dicto Wil.:—REDDEND. 6 mere.; cum presentia in 3 curiis capitalibus super terras de Corhous, et in dictis curiis inveniendosectam; cum astrictis multuris molendino de Corhous extenden. ad vicissimum quartum vas:—TEST. Wil. Weir de Stanchyris, Geo. W. ejus fratre germano, Tho. Weir de Poneill, Joanne Robertoun notario:—Apud Corhous, 31 Jan. 1587]:—NEXON aliam cartam ejusdem Wil. B.,—[qua, pro perimptione dieti contractus, vendidit dicto Jo. B.—annuum redditum 20 petrarum casei et unius petre butiri de

terris de Allirstokis, in parochia et dominio de Kirkbryde, vic. de Lanerk:—TENEND. *ut sup.*:—REDDEND. unum den. albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Jacobo Symmervell burgensi de Edinburgh, Jo. Bannatyne de Kirkfeild, Jac. B. ejus fratre germano, Quintigerno Tailfeir in Byir de Corhous, Tho. Libris in Burne, Cristophero Bannatyne in Overhall, Joanne Robertoun notario:—Apud Greneheid in Corhous, 15 Maii 1588]:—INSUPER, pro servitio dieti Jo. B. de G., dispensavit cum sasinis ante confirmationem susceptis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 96.

1562. Apud Edinburgh, 28 Feb.

REX,—cum consensu &c. (93.),—in feudifirma dimisit JOANNI MURE in Craigskeane, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—43 solidatas 4 den. terrarum de Craigskeane, in balliata de Carrik, vic. Air;—que olim ad monasterium de Melros pertinuerunt:—REDDEND. 43 sol. 4 den., et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplum feudifirme in introitu heredum et assignatorum; et observando cetera in antiquis infocamentis contenta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 70.

1563. Apud Edinburgh, 2 Mar.

REX,—cum consensu &c. (93.),—confirmavit cartam Alexandri Hammyltoun de Innerweik,—[qua,—virtute decreti arbitrarii de data apud Edinburgh, 31 Dec. 1591, pronunciati per Jo. Cokburne de Ormestoun militem et D. Geo. Home de Prymknow militem, judices arbitrarios per quondam D. Jac. Home de Coldenknowis militem et dictum Alex. electos super submissione de data apud Edinburgh, 26, 27 et 29 Nov. 1591 (dictis submissione et decreto registratis in libris dominorum concilii 24 Jan. 1591); necnon virtute contractus inter dictum D. Jac. ab una, Jo. Home tunc de Coldenknowis ejus filium legit. primogenitum a secunda, M. Jac. II. de Eccles et Hen. II. filios legitimos dieti D. Jac. a tertia partibus, de data apud Edinburgh, 6 Apr. 1592, in libris concilii registrati 11 Jul. 1604 (quo dictus D. Jac. disposuit dicto M. Jac. jus suum ad infrascripta tam virtute tituli facti per regem quam per

quond. Alex. dom. Home, Alex. dom. H., vel dictum Alex. Hammyltoun vel patrem suum, aut alios); et quia jus dicti M. Jac. ad villam et terras de Ecclis, terras de Bankheid, terras dominicales de Ecclis, terras dominicales de Wormorlaw, molendinum, multuras et proventum de Ecclis, fortalicium, maneriem, silvas, piscarias, tenentes &c. eandem, virtute dict. decreti et contractus, 30 Maii 1604 appreciatum fuit Joanni Diksoun de Quhiterig (assignato Davidis Broun et Michaelis Flabarne mercatorum burgensium de Edinburgh, et Joannis Clappertoun ministri ecclesie de Lennoll) pro 3705 merc. ei debitis, et 185 mercis 3 sol. 4 den. pro salario Niniani Foulis nuncii vicecomitis in hac parte; ad quam appreciationem dictus Jo. Diksoun Alexandrum dom. Home assignatum suum constituit de data apud Fluris, 27 Jun. 1604; et quam dictus dom. H., de data apud Home-castell, 30 Jun. 1604, transtulit ad Geo. Home filium legit. primogenitum dicti M. Jac.; et virtute literarum desuper impetratarum ad instantiam dicti Geo., et dicti dom. H., D. Georgii Home de Wodderburne militis, Georgii Home de Broxmouthe et Joannis Home parentis de Blacader ejus procuratorum, — vendidit dicto GEORGIO HOME filio dicti M. Jac., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, — terras suas et villam de Ecclis extenden. ad 16 terras husbandias, terras dominicales *lie* Maynis de E. extenden. ad 16 terras husb., cum molendino, astrietis multuris &c. (inter terras dicti dom. H. vocatas Stauerig et Wrangholme-hill ex orientali, terras de Scheillis ad Patricium Home de Reidbrayis pertinen. ex australi, terras de Bangouswallis olim spectan. ad Jo. Home de Coldenknowis tunc ad Jac. Bruntfeild de Nethir Maynis et terras de Elnem ad dom. Edmestoun de eodem spectantes ex occiden., terras de Dedriggis ad dom. Aytoun spectantes ex boreali), in dominio de Ecclis, vic. Beruik; — olim de monasterio de Ecclis tentas: — REDDEND. regi 42 libras 6 sol. 8 den. feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum: — cum precepto sasine: — TEST. Jac. Home de Quhitchester, Rob. Furde servo dicti Alex. Hammyltoun, M.

Alex. Home pedagogo dicti Geo., M. Jac. Harlaw scriba signeti regii, Jo. Kirk ejus servitore (scriptore carte):—Apud burgum de Edinburgh, 23 Feb. 1605]:—ULTERIUS, pro bono servitio, suprascripta dicto Geo. de novo in feudifirma dimisit:—REDDEND. *ut sup.*, cum servitiis debitis et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 63.

1564. Apud Halyrudehou, 4 Mar.

REX concessit et, pro bono servitio ac pro pecuniarum summis persolutis, de novo dedit servitori suo ROBERTO ARNOT de Straitlmiglo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villas et terras de Dempstertounes Eister et Wester, Kilboisland et Scololand, et partem earundem vocat. *lie* Walkerland, cum tenentibus &c., maneriem de Stramiglo cum fortalicio, orientalibus et occidentalibus pomariis et hortis, horreis et *lie barneyairdis*, bovilibus, stabulis et *lie office-housis* nuncupat. *lie Bernhill* de Stramiglo, et cum illa parte terre inter dicta horrea et orientalem aggerem *lie Eist-dyik* orientalium hortorum (intra bondas specificatas), villam et burgum de Strethmiglo alias Eglismartene, cum tofta et horto eidem adjacen. (per Math. Burt sutorem occupatis), cum feudifirmis, canis, censibus burgalibus, superioritate, tenentibus &c., cum terris et aeris dicto burgo adjacentibus (per Walt. Sympsoun, Willelmum Gairdner, Walt. Smyth, Jo. Scott, Ric. Moultray, Tho. Guidwillie, Alex. Sibbie, Jo. Ballingall, Jonetam Ballingall, Alisonam Orrok, Jo. Drone, Jo. Ked, Ric. Maxwell seniore, Wil. Steinsoun, Rob. Bonetaverne, Davidem Young et Tho. Paige occupatis), cum pasturagiis, tenentibus &c., orientale molendinum (*Eist-mylne*) de Strethmiglo cum ejus terris molendinariis et *lie hauchis* (intra bondas specificatas), per Jac. Stevinsoun tenentem occupat., cum multuris &c., et presertim aridis multuris subsequen., viz. una pecca quarumcumque 6 tirlotarum de terris de Redie et Cairnecat, cum columbario infra bondas dict. terrarum molendinarianum, vic. Fyiff; cum pleno jure communie et pasture in *lie* Lomoundis de Falkland et in montibus, communi mora et communia de Auchtermuchtie corresponden.

ad quantitatem suprascriptorum, et cum libero passagio per *lie commoun-loc* de Strethmiglo;—que D. Jacobus Scott de Balwerie miles, cum consensu Willelmi Scott filii sui et heredis apparentis, apud Perth et Edinburgh resignavit in favorem dicti Rob.:—INSUPER rex, — cum avisa-mento &c. (119.),—ad feudifirmam dimisit dicto Roberto, heredibus &c. (*ut sup.*),—8 acras terrarum aut eocirca cum domibus, nuncupatas *lie* Westend de Strethmiglo (per dictos Dav. Young et Tho. Paige occupat.), que fuit propria pars dictarum ville et terrarum de S.;—et omnia incorporavit in liberam baroniam de Strethmiglo, ordinando fortalitium et maneriem de S. principale messuagium fore:—REDDEND. pro dictis 8 acris 8 lib. feudifirme; pro ceteris unam sectam in curia vic. de Fyill, cum warda &c. (taxando wardam &c. ad 50 lib., maritagium ad 500 merc.):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 113.

1565. Apud Roystoun, 4 Mar.

REX, ob egregia servitia &c., creavit ALEXANDRUM SETONE DOMINUM DE FYVIE, olim presidem in suprema Scotie curia, tunc cancellarium, et heredes ejus masc.,—COMITES DE DUMFERMLING, cum privilegiis, ornamentis &c., ad comitis dignitatem pertinentibus;—quo honore eos investivit per toge coccineæ (quam honoris et dignitatis cappam vocavit) indumentum, gladii cincturam et coronæ sive circuli aurei circa caput positionem:—TEST. 87. 88. 89. 90. 91. xlv. 203.

1566. Apud Edinburgh, 5 Mar.

REX in feudifirma dimisit et, pro bono servitio, de novo dedit JACOBO PRINGILL juniori de Bukholme, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras de Murhous et Cauldroip, cum terris de Pirne, cum molendinis, silvis, piscationibus, in regalitate de Sanctandrois, dominio de Stow, vic. de Edinburgh;—que olim de archiepiscopis S. Andree tente fuerunt:—REDDEND. pro Murehous et Cauldroip 10 lib., 4 lib. loco gressume, et 26 sol. 8 den. plus, necnon 40 sol. nove augmentationis;

pro Pyirne 6 lib., 48 sol. loco gressume, et 13 sol. 4 den., et 26 sol. 8 den. augmentationis; in toto 27 libras 11 sol. 8 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliv. 68.

1567. Apud Edinburgh, 5 Mar.

REX in feudifirmam dimisit D. JACOBO SCRYMGEOUR de Dudope militi, constabulario et preposito burgi de Dundie, heredibus ejus masc. cognomen et arma de Scrymgeour gerentibus in infeodamento baronie de Dudope specificatis et assignatis quibuscunque,—terras de Strikmertene (vel Strathichtmertene) et Baldovane cum earum pendiculis, viz. villas et terras de Balmadoun, Hillhousis, Baldragoun, Auchinurie, Brigend de Auchinchry, in regalitate de Sanctandrois, baronia de Rescobie, vic. Forfar;—que olim ad archiepiscopos S. Andree pertinuerunt:—REDDEND. servitium debitum et consuetum, necnon 4 lib. feudifirme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 82.

1568. Apud Edinburgh, 5 Mar.

REX,—cum consensu &c. (119. 93.),—confirmavit cartam Patriei com. Orcaeden. dom. Zetlandie &c., et Domine Margarete Levingstoun comitisse Orcaeden. ejus conjugis, — [qua,—pro impletionem contractus inter se ab una, et Jo. Arnot burgen. de Edinburgh¹ pro ipso et Margareta Stewart relicta Joannis Dik mercatoris burgen. de Edinburgh ab altera partibus, de data apud Scalloway in Zetlandia, 22 Jul. 1601,—vendiderunt dicto JOANNI ARNOT et MARGARETE CRAIG ejus sponse in conjuncta infeodatione, heredibus inter eos legit. procreatis et assignatis quibuscunque,—terras et insulas subscript., viz. terras de Birsay, Sandwik, Hoy, Wawis, South Ronoldsay, Schapinschaw, Deirones, Sanday, Stronsay, Eglischaw, Rowsay et North Ronoldsay, cum maneriis, vic. Orcaeden.:—TENEND. de rege in feudifirma:— et dictus Pat. voluit quod unica sasiua apud insulam de South Ronaldsay capienda pro omnibus stare:—cum precepto sasine directo Magno

¹ The introductory clause adds "portionarium de Restalrig."

Cromartie de Cara :—TEST. Tho. Swyntontoun ministro in Kirkwall, M. Aud. Dischingtoun ministro de Rowsay, Jac. Annand servitore dicti Pat., Walt. Richie servitore dicti Jo. A.:—carta scripta *ut in carta* 830 :—Apud Halyrudehous, 13 Maii 1603]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 132.

1569. Apud Edinburgh, 6 Mar.

REX concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit PATRICIO PITCARNE de Pitloure, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Druungie, cum glebatorio, moris, pratis et communitate, vic. Perth; villam et terras de Wester Pitloure, terras de Auchmairie, cum tenentibus &c., terras de Eister Pitloure, cum fossa *lie fos*, manerie loco de Pitloure, tenentibus &c., in baronia de Straithmiglo, vic. Fyiff; cum privilegio communitatis et pasturagii in *lie Lowmondis* de Falkland et in montibus de Auchtermuchtie correspondente ad quantitatem dict. terrarum; ac dicti Pat. terras in Straithmiglo cum pasturagio in *lie Lowmondis*, 2 toftas et croftam cum polentario et horreo (viz. eroftam in australi parte ville de Straithmiglo juxta terras regias, cetera in boreali parte ejusdem inter terras abbatis de Balmerinoche et terras regias), cum communi pastura ab antiquo usitata, vic. Fyiff;—quas terras de Druungie et Straithmiglo idem Pat. personaliter, cetera D. Jac. Scot de Balverie miles, cum consensu Willelmi S. filii sui natu maximi et heredis apparentis, et Andree Wardlaw de Torrie donatoris eschaete et vitalis redditus dicti D. Jac., irredimabiliter resignaverunt; et quas omnes rex incorporavit in liberam tenendriam de Pitloure:—REDDEND. jura et servitia warde &c.; taxando wardam, nonintroitum et relevium ad 50 lib., maritagium ad 100 lib.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 75.

1570. Apud Edinburgh, 8 Mar.

REX,—cum avisamento &c. (119.),—concessit M. ARTHURO SCOTT de Gemmiliseleuch, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Gemmiliseleuch

alias Thorniehill, in parochia S. Marie ecclesie de Lowis, dominio de Ettrik-forrest, vic. Selkirk;—quas Walt. Scott de Tuschelaw, cum consensu Roberti, Jacobi et Joannis Scottis filiorum suorum, in favorem dicti Arth. resignavit; et quas rex,—pro servitio sibi suisque predecessoribus per dictum Arth. ejusque antecessores prestito, ac pro compositione persoluta,—dicto Arth. de novo ad feudifirmam dimisit, cum earum pendiculo *lie Ettriksyde*:—REDDEND. 14 lib. feudifirme antique, et 13 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicem feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; cum ceteris (si que essent) in antiquis infeofamentis vel rentalibus contentis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 263.

1571. Apud Edinburgh, 9 Mar.

REX,—cum consensu &c. (119. 93.),—pro bono servitio, ad feudifirmam dimisit D. DAVIDI MURRAY de Clonyaird militi, quotidiano servitori suo,—5 mercatas terrarum de Mekill et Littill Cleokis antiqui extentus, mercatam vocat. Clonyaird cum pendiculo nuncupato Irneeragie, dimedietatem terrarum de Corsok extenden. ad 2 mercat. ant. ext., 3 mercat. de Drumstinchill ant. ext., cum maneriebus, molendinis, silvis, piscariis omnium suprascript., in parochia de Culven, senesc. Kirkeudbrycht; cum advocacione vicariatus ecclesie parochie de Culven, cujus titulum dictus David tunc habuit; ut ea in unam distinctam vicariam erigi posset:—TENEND. dicto Dav. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Joanni M. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., propinquieribus et legit. heredibus masc. et assignatis dicti Dav. quibuscunque:—REDDEND. pro Clok 6 lib. 13 sol. 4 den., pro Clonyard et Irneeragie 26 sol. 8 den., pro Corsok 53 sol. 4 4 den., pro Drumstinchill 4 lib., et 26 sol. 8 den. augmentationis, in toto 16 lib.; et duplum feudifirme in introitu heredum; pro dicta advocacione unum den. albe firme:—TEST. 99. 92. 46. 81. 72. 85. 49. 53. xlv. 61.

1572. Apud Edinburgh, 10 Mar.

REX,—quia tempore confirmationis matri-

monii inter se et ANNAM MAGNE BRITANNIE, FRANCIE ET HYBERNIE REGINAM Upsalie Norvegiarum mense Nov. 1589, concesserat dicte Anne pro ejus vita, in forma morgonaticæ donationis, dominium de Dufermeling;—et quia eo tempore et adhuc dictum dominium cum diversis oneribus gravatum fuit, veluti monachorum pensionibus, ministrorum stipendiis, ballivorum et officiariorum feodis, pensionibus &c.;—quare concesserat dicte Anne, pro ejus vita, in compensationem pro devoriis dicti domini, comitatum Rossen. et dominium de Ardmannoche, vic. Invernes (quorum feudifirme &c. estimate sunt ad 323 lib. 5 sol., 88 celdras ordei cum charitate, 12 bollas 2 firloas et $\frac{3}{4}$ bate hordei, 60 $\frac{1}{4}$ *lie mairtis*, 69 $\frac{1}{4}$ oves seu muttones, 142 capones, 851 pultras); et dominium de Ettrik-forrest, vic. Selkirk (cujus feudifirme ad 2078 lib. 13 sol. 4 den. estimate fuerunt); secundum tenorem infeofamenti dicte Anne desuper concessi de data apud Halierudehous, 28 Jul. 1593;—et etiamsi devorie quantitates suprascriptas longo superaverunt, superplus ad regis usum percepte fuerunt;—et quia in recompensationem proficuum a data morgonaticæ donationis ad tempus dicte assignationis, extenden. ad 3 annos, rex per literas sub secreto sigillo, de data apud Striviling, 14 Aug. 1593, constituerat dictam Annam et ejus deputatos, camerarios et ballivos suos episcopatus Orcadensis cum omnibus ejus pertinentiis tam spiritualitatis quam temporalitatis (tunc vacan. per decessum Adami episc. Orcaden.),—et quia dicta Anna ex regis rogatu dimiserat dictum episcopatum in favorem M. Jacobi Law tunc episcopi Orcaden.;—igitur,—cum avisamento &c. (119.),—concessit dicte Anne, pro ejus vita,—dictos comitatum et dominia cum eorum proficuis quibuscunque:—REDDEND. unum den. albe firme:—et rex voluit quod unica sasina apud castrum de Newark capienda pro omnibus staret:—TEST. 99. 46. 93. 81. 72. 86. 49. 78. xlv. 270.

1573. Apud Edinburgh, 11 Mar.
 REX,—cum avisamento &c. (92. 118. 121.),

—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit PETRO BROUN in Durrisdeir, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—quartam partem terrarum ecclesiasticarum ville de Durrisdeir, cum pasturagiis (ab antiquo per eum et ejus predecessores occupatam), in baronia de Durrisdeir, vic. de Nyth;—que olim ad rectoriam de Durrisdeir pertinuit:—REDDEND. 40 sol., cum servitiis debitis et consuetis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 69.

1574. Apud Edinburgh, 12 Mar.¹
 REX,—cum consensu &c. (124. 125. 93.),—confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit CAROLO MURRAY de Cokpule, et heredibus ejus masc. quibuscunque cognomen et insignia de Murray gerentibus,—terras de Cokpule, Ruvale-tenement, fortalitium de Cumlungane, Coklaikis, Pylhillis, Slatlwat, Ranepatrik, Brydechapell, Preistlyikis, Howaldsyde, infra senese. vallis Annandie, vic. Drumfreis; terras de Laik et Arbigland, in senese. Kirkeudbrycht; cum molendinis, tenentibus &c., et advocacionibus ecclesiarum et capellaniarum;—quas, antea in liberam baroniam de Cokpule incorporatas, idem Car. resignavit; et quas rex de novo incorporavit in liberam baroniam de Cokpule, ut unica sasina apud fortalitium de Cokpule capienda pro omnibus staret:—IN SUPER de novo erexit VILLAM DE RUVALE, et ejus terras,—in liberum burgum baronie &c. (*vide* Regist. Magni Sigilli, A.D. 1424–1513, *cartam* 3191):—REDDEND. *ut in dicta priore carta*:—PROVISO quod non liceret dictis heredibus vendere aut impignorare suprascripta nisi sub reversione 5000 mere. tantummodo:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 78.

1575. Apud Edinburgh, 12 Mar.
 REX ad feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, de novo dedit WILLELMO RYND burgensi de Forfare, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Mynetoun de Roscobi, cum molendino de R., multuris &c., terras *lie* Wairdlandis et

¹ Dated an. reg. 38 et 3. The correct date is given *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxiv. fol. 304.

Serjandlandis earundem, cum piscatione super lacu de Roscobie, in baronia de R., regalitate S. Andree, vic. Forfare;—que olim ad archiepiscopos S. Andree pertinuerunt:—REDDEND. 8 lib., cum 6 sol. 8 den. plus; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 278.

1576. Apud Edinburgum, 13 Mar.

REX, pro bono servitio,—cum avisamento &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit M. JOANNI HOME filio legitimo quondam Joannis H. de Carrelyde, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Newbigging et Sykikis cum molendino et ejus terris, terras de Swanscheill, Scheilwode, Stepilsyde et Scheilfeild in Hownum, terras de Oxnem appellatas *lie* Castellhill, Crnikis et Harkaris, terram husbandiam in *lie Tounheid* in Oxnem, alias $1\frac{1}{2}$ terras husb. ibidem (occupatas per Lancilotum Anislie ibid.), $3\frac{1}{4}$ terras husb. in Langtoun (occupat. per Wil. Mader et Jac. Porteous ibid.), terras vocat. Abbotishauch et Lamp-land in Over Craling, cum decimali horreo et horto in Over C., decimali horreo et horto in Binjedburgh, decimali horreo et horto in Saimiestoun, decimali horreo et horto in Swynsyde, et decimali horreo et horto in Langtoun, vic. Roxburgh;—que olim ad abbatiam de Jedburgh pertinuerunt; et quas rex incorporavit in liberam tenandriam de Swanscheill:—REDDEND. 23 lib. 16 sol. 8 den., cum 18 gallinis, 18 *lie dargis*, 3 longis careagiis, necnon 10 sol. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 64.

1577. Apud Edinburgum, 13 Mar.

REX,—cum consensu &c. (93.),—in feudifirma dimisit WILLELMO HOME in Quhyterig et HELENE HOME ejus sponse in vitali reddito, et JEANNE HOME eorum nepti (filie legitime inter quondam Alex. H. in Coldinghame et quond. Susannam H. ejus sponsam filiam dicti Wil. procreate), heredibus ejus et assignatis quibuscunque, in feodo,—terram husbandiam ville et terrarum de Coldinghame in parte diete ville vocata Skaitbie-

burne necnon cottagium terre ibidem, per quond. Helenam Broun matrem dicti Wil. occupatas (inter terras quond. Gavini et Jo. Homes, quond. Edwardi et Alex. Homes, dictum torrentem, et Mitchelsounislandis), in baronia de Coldinghame, vic. de Beruik;—que olim ad prioratum de Coldinghame pertinnerunt:—REDDEND. pro terra husb. 13 sol. 4 den., pro cottagio 4 solidos, cum 2 caponibus et 2 gallinis, feudifirme antique, et 20 nummos nove augmentationis, in toto 19 sol. monete, cum servitiis consuetis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 274.

1578. Apud Edinburgum, 14 Mar.

REX confirmavit cartam factam per quond. Wil. M'Clellane de Gelstoun,—[qua, cum consensu Margarete M'Clellane conjugis sue,—pro observatione contractus de data apud ecclesiam de Twynane, 26 Dec. 1601,—vendidit WILLELMO M'CLELLANE de Anchlane tutori de Bombie, et Domine KATHARINE KENNEDIE ejus conjugi,—10 mercat. terrarum de Over et Nether Airchland antiqui extentus, in parochia de Kirkormok, et senesc. de Kirkubrycht:—TENEND. *ut in carta* 1497:—cum precepto sasine directo Wil. M'Clellane de Netherthrid:—TEST. Rob. Forrester commissario de Kirkubrycht, M. Jo. Aikman ministro de Twynane, Geo. M'Cartnay, Jo. Mekill notario publico (scriptore carte), Thoma M'Clellane fratre dicti Willelmi M. de Gelstoun:—Apud Kirkubrycht, 31 Dec. 1601]:—TEST. 99. 46. 92. 81. 72. 86. 49. 78. xlv. 94.

1579. Apud Edinburgum, 14 Mar.

REX confirmavit cartam Thome M'Cuiloch de Barholme,—[qua,—pro observatione contractus de data apud ecclesiam de Twynane, 26 Dec. 1601, in libris commissariatus de Kirkeudbrycht registrati,—vendidit (quondam) WILLELMO M'CLELLANE de Gelstoun, et MARGARETE M'CLELLANE ejus conjugi,—5• libratas terrarum antiqui extentus de Gaitgill-in-Mundell nuncupatas Conquehettoun, in parochia de Borg, senesc. Kirk-

culbrycht:—TENEND. dietis Wil. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Wil. quibuscunque, irredimabiliter, de rege:—cum precepto sasino directo Gilb. McClellane de Galtuay:—TEST. Wil. McClellane de Auchlane, Rob. Forrester ballivo burgi de Kirkeuldrycht, M. Jo. Aikman ministro de Twynane, Jo. McKill notario publico (scriptore carte):—Apud Kirkeuldrycht, 10 Apr. 1604]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 287.

1580. Apud Edinburgh, 15 Mar.

REX,—cum avisamento &c. (119).—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit THOME FERMOUR filio legitimo Davidis F. portionarii de Kingis-barnis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —trigesimam secundam partem terrarum de Kingis-barnis, in dominio et senesc. et vic. de Fyiff;—quam And. Fermour burgen. de Carraill in ejus favorem resignavit:—TENEND. in feudifirma; cum communi pastura &c. (*ut in carta* 153):—REDDEND. 25 sol., 4 bollas 2 modios *tie firloitis* tritici, 5 bol. 2 mod. ordei, 3 $\frac{3}{4}$ capones; necnon duplicando &c. (cum ceteris clausulis *ut in cartu* 153):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 160.

1581. Apud Edinburgh, 18 Mar.

REX confirmavit [1] cartam quondam Patricii Hepburne domini Haillis,—[qua, pro servitio sibi impenso et impendendo, concessit (quond.) JACOBO THOME de North Haillis, et ejus heredibus,—terras de Schirefleyis in villa et territorio de North Haillis, terram appellatam *a coitlaw* in villa et territorio de Beinstoun cum tofta et crofta ejusdem, in baronia de Haillis, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—quas idem Jac. resignavit;—necnon carucatam terre nuncupat. Gourlaybank, in villa et territorio de Lintoun ex parte australi aque de Tyne, in dicta baronia (per divisas prout assisa perambulationis nuper electa constituerant);—in excambium pro integris terris dicti Jac. in villa et territorio de North Haillis preter Schirefleyis:—TENEND. de dicto Patricio:—REDDEND.

capelle S. Marie de Merrell 6 sol. 8 den.; et superiori communem sectam minus sectatoris ad curias baronie de Halis, cum warda &c.:—TEST. Ada filio primogenito dicti Pat., Wil. de H. et Geo. de H. fratribus dicti Patricii, Jac. de Cockburne filio et apparente herede Patricii C. de Newbiging, Alex. de Hepburne, Arch. de Hepburne, Alexandro Clerk notario publico:—Apud castrum de Halis, 20 Jul. 1456]:—[2] cartam Francisci com. de Bothuell dom. Halis, Crichtoun et Liddisdail, magni admiralli Scotie,—[qua, pro servitio sibi impenso et impendendo,—cum consensu Davidis Collace de Auchfarsie, M. Jacobi Durhame de Duntarvie et M. Roberti Hepburne rectoris de Hauche, ad quorum instantias interdictus est, —concessit GEORGIO THOMESOUN filio legitimo Joannis T. in Gourlaybankis, heredibus ejus et assignatis, —terras suprascriptas (dicto *coitlaw* per Jo. Dudgeoun occupato):—TENEND. de dicto Franc.:—REDDEND. *ut sup.*:—cum precepto sasine directo Jo. Hog:—TEST. Jo. Hammiltoun apparente de Samuelstoun, capitano Olivero Hepburne, Jo. Hepburne, Geo. Brak, servitoribus M. Roberti Hepburne:—Apud Edinburgh, 19 Feb. 1589]:—[3] cartam factam per M. Gedionem Murray prepositum de Creichtoun, commissionarium in hac parte Walteri Scott de Branxholme equitis aurati ad recipiendum vassallos et liberetenentes terrarum et dominiorum de Bothuell, Creichtoun, Morphame, Haillis et Liddisdail &c., constitutum per literas dicti Walt. in libris dominorum concilii 6 Aug. 1599 registratas,—[qua concessit Georgio Thomesoun filio legitimo quond. Joannis T. in Gourlaybank, et KATHERINE HOG ejus sponse, —terras suprascriptas;—que fuerunt dicti Geo. et ejus predecessorum, tente de Francisco olim com. de Bothuell; et post ejus forisfacturam per regem disposite erant Lodovico Lennoeie duci com. de Darnelie dom. Torboltoun, Methven et Aubignay &c.; post ejus resignationem ad remanentiam rex comitatum de Bothuell dicto Waltero concessit:—TENEND. dictis Geo. et Kath. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus assignatis

que dicti Georgii quibuscunque, de dicto Walt.:—REDDEND. *ut sup.*:—cum precepto sasine directo Roberto Hepburne in Over Haillis:—TEST. Waltero Henrysoun scriba signeti regii, Donaldo McGilcryst ejus servo, M. Petro Kinloch servitore M. Willelmi Scott scribe, Jacobo Chisholme servitore dicti Ged.:—carta scripta per M. Davidem Boyis servitorem dicti Walt. II.:—Apud Edinburgh, 29 Jun. 1600]:—IN-SUPER, pro bono servitio, suprascripta dictis Geo. et Kath. de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlv. 14.

1582. Apud Edinburgum, 19 Mar.

REX concessit M. JOANNI JOHNNES-TOUN advocato, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—20 libratas terrarum de Molling, Raehill, Crunzeantoun et Monygap, antiqui extentus, cum molendinis et piscationibus, vic. Druufreis;—que (de rege tente per servitium warde) regi devenerunt ob alienationem et impignorationem factas per Alex. Kirkpatrik de Kirkmichaell, quondam Wil. Kirkpatrik ejus patrem, quondam . . . K. ejus avum aut alios ejus predecessores, quondam Joanni Johnnestoun commedatario de Saulsett vel quondam Simoni J. ejus fratri vel aliis, absque licentia regis:—cum potestate super recognitione prosequendi:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlv. 62.

1583. Apud Edinburgh, 20 Mar.

REX concessit et, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, de novo dedit M. JOANNI DOWGLAS de Petdrechie—terras nuncupat. *lie* Nethertoun de Barres (per Ric. Monat occupat.), *lie* Midtoun de Barres (per Wil. Conlie occupat.), croftam nuncupat. Brouster-croft que fuit propria pars de *lie* Midtoun (per Joannem Spark occupat.), *lie* Ourtoun de Barres (per Tho. Mathie, And. Coulie et Rogerum Lyndsay occupat.), cum earum pendiculo *lie* Fairnibrae (per Rogerum Jack occupat.), dime-dietatem molendini granarii de Barres, ejus domorum, toftarum, amnis, *lie myluelame*, multurarum &c., partem terrarum molendinariarum adjacentem *lie* Nethertoun de B. ex occidente dicti amnis, dime-d. more *lie Mos* de Barres tam petarie quam turbarie

(divisam secundum contractum partitionis inter dictum M. Jo. et M. Gavinum D. de Raquharrald ejus fratrem germanum), in baronia de Barres, vic. Kincardin;—quas dictus M. Gav. in favorem dicti M. Jo. resignavit:—et rex voluit quod unice sasina pro omnibus stare:—TENEND. dicto M. Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto M. Gav. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., Jacobo D. filio legitimo secundogenito Willelmi com. Angusie domini Dowglas et Abernethie, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Francisco D. filio legit. tertio-genito dicti com., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., dicto com. et heredibus ejus masc. quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlv. 268.

1584. Apud Edinburgh, 20 Mar.

REX confirmavit cartam M. Joannis Douglas de Petdrechie,—[que, pro per-implatione contractus de data presentium, vendidit M. GAVINO DOUGLAS de Raquharrald, fratri suo germano,—terras &c. (*in carta 1583 contentas*);—et hoc in speciale warrantum dicto Gav. pro ejus relevamine summe 11250 merc., tanquam dimidietatis summe 22500 merc. super quam annuus redditus 2250 merc. de terris de Barris et Brigfurd cum molendino de Barris et ejus pertinentiis impignoratus est Willelmo com. Angusie dom. Douglas et Abernethie in vitali redditu, et Jacobo Douglas ejus filio secundogenito et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Francisco D. filio tertio-genito dicti com. et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., dicto com., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, in feodo:—TENEND. dicto Gav. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus def., dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis reversuras, quibus def., Jacobo D. (*et ceteris heredibus ut in carta 1583*), de dicto Jo.:—REDDEND. unum den. albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. M. Jacobo Wisheart filio legitimo domini de Pittarro, Alex. Mowat scriba, Roberto Lindsay in Barres, Jacobo Kiuneir scriba signeto regio, Andrea Hay

(scriptore carte) et Tho. Lindsay servitoribus dieti Jac. Kinneir :—Apud Edinburgh, 8 Maii 1604] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 267.

1585. Apud Edinburgh, 22 Mar.

REX concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit PATRICIO MONYPENNY de Pibrig, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Glendowane, comprehendentes. Eister Glenscheirop et (Eister et) Wester Quhithillis, cum fortalicio et

manerie, in parochia de Glendowane, senesc. de Stratherne, vic. Perth ;—quas Joannes (dom.) Lindsay de Byris in favorem dieti Pat. resignavit irredimabiliter :—REDDEND. servitium wardæ &c.; taxando wardam et nonintroitum ad 10 merc., et maritagium ad 200 mercas (in partem solutionis summarum 100 lib. taxate wardæ et 1000 merc. pro maritagio content. in carta facta quondam Jacobo dom. Lindsay de Byris, patri dieti Jo., de baronia de Piteruvie [*vide cartam 1587 tomæ precedentis*]) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 266.

ANNO REGNI 3 ET 38.

ANNO DOMINI 1605.

1586. Apud Edinburgh, 25 Mar.¹

REX,—cum consensu &c. (93.)—intelligens WILLELMUM ELLEM filium natu maximum quondam Willelmi E. portionarii de Westertoun ejusque predecessores antiquos et nativos tenentes et feudifirmarios infrascriptorum fuisse ultra hominum memoriam,—ratificavit cartam per quond. Jo. commendatarium de Coldinghame, et ejusdem conventum, factam quondam Gilberto Ellem fratri germano quond. Davidis E. de Rentoun, et Eliz. Rentoun ejus sponse, eorumque heredibus et assignatis, —de 2 terris husbandiis (per dictum Gilb. occupat.), in villa et territorio de Westertoun, baronia de Coldinghame, vic. Beruik ; —TENEND. de dicto monast. in feudifirma ; —de data 12 Maii 1557 :—necnon cartam per dictum Gilb. desuper factam, de data 7 Jan. 1582, dicto quond. Wil. E. ejus filio legitimo, heredibus ejus masculis et assignatis :—INSUPER rex, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, suprascripta dicto Wil. juniore, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de novo ad feudifirmam dimisit :—REDDEND. 26 sol. 8 den., 16 den. pro pascuetis ad festum Penthecostes, 6 capones, 2 gallinas, cum servitio in curiis et aliis temporibus consuetis, et 40 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 301.

1587. Apud Edinburgh, 28 Mar.

REX,—cum consensu &c. (119.)—concessit ROBERTO SCOTT apparenti de Thirlestane — terras de Gemmilisleuche alias Thornyhill, cum earum pendiculo *lie* Ettriksyde, in parochia S. Marie ecclesie de Lewis, dominio de Ettrik-forrest, vic. Selkirk ; — quas M. Arthurus Scott de Gemmilisleuche in ejus favorem resignavit ; et quas rex, — pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Rob., Rob. Scott seniore de T. ejus patrem eorumque predecessores prestito, ac pro compositione persoluta, — dicto Roberto juniore de novo ad feudifirmam dimisit, cum earum pendiculo *lie* Cruikitsyde :—TENEND. dicto Rob. juniore et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto Roberto seniore, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque :—REDDEND. 14 lib. 13 sol. 4 den., et 6 sol. 8 den. augmentationis ; necnon duplicando &c. (*ut in carta 1570*) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 65.

1588. Apud Edinburgh, 28 Mar.

REX confirmavit cartam Jacobi comitis Atholie dom. Invermay et Balvanie &c., —[qua,—pro perimptione contractus de data apud Halyrudhous, 5 Feb. 1604,—vendidit JOANNI COMITI DE MONTROISE domino Grahame et Muglok,

¹ Dated an reg. 38 et 2. Placed here according to the A. D. The same dating is found in *Regist.*

Secreti Sigilli, lib. lxxiv. fol. 339. That record reads *West Restoun* for *Westertoun*.

cancellario Scotie, in vitali reddito, et ROBERTO GRAHAME de Scottistoun militi, filio ejus legit. tertio genito, hereditarie et irredimabiliter, — *lie* Maynis de Invermay, cum fortalicio, manerie loco, viridariis, pareis et silvijs (excepto pendiculo vocato *the Litill-hauch* jacente ex boreali parte aque de Erne, limitante cum terris de Nether Cairny et Keir), molendinum granorum de Invermey et ejus terras, croftas *lie* Paynteriscroft et Walkeriscroft, pendicula vocata Thomas-Thowmes-landis et Kydhill, terras de Muckarsie, cum advocacione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de M., molendina granorum et fullonum de M. cum eorum terris, terras de Wodheid, *lie* Craigis, partem terrarum *lie* Medowlandis jacentem ex orientali parte torrentis *lie* Craighburne alias *lie* Boyakburne, cum astrictis multuris et sequelis omnium dict. terrarum, dimedietatem terrarum de Inverdonyng ad dictum Jac. in proprietate spectantem, ac superioritatem et feudifirme firmas alterius dimed. de I., cum molendino, terris molendinariis &c. (ad Walt. Stewart in feudifirma spectantis), cum tenentibus &c. omnium suprascriptorum, in parochiis de Muckarsie et Donyng, vic. Perth:—TENEND. dicto Joanni *ut supra*, dicto Rob. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Joanni magistro de Montrose et heredibus ejus masculis et successoribus ei in comitatu de Montrose et dominio de Kincairdin succedentibus, de rege:—REDDEND. unam rosam rubeam nomine albe firme:—cum precepto sasine directo Jo. Grahame de Balgowne:—TEST. Roberto Creichtoun de Cluny milite, Wil. Stewart patruo dicti Jac., Jo. Grahame de Balgowne, Wil. Grahame servo dicti Jac., Arch. Campbell servitore dicti Rob. C., Jac. Kynneir scriba signeto regio:—carta scripta per And. Hay servitorem dicti Jac. K.:—Apud Edinburgh, 13 Mar. 1604]:—INSUPER, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum com. de M., ejus filium eorumque predecessores prestito, suprascripta eis de novo dedit, et in liberam baroniam de Invermey de novo incorporavit, ordinando fortaliciam de I. principale fore messuagium:—REDDEND.

ut sup.:—TEST. 99. 46. 93. 81. 72. 86. 49. 78. xliv. 101.

1589. Apud Edinburgh, 28 Mar.

REX confirmavit cartam Jacobi comitis Atholie domini Invermay et Balvany,—[qua,—pro perimptione contractus inter se et quosdam cautionarios suos ab una, Jo. Grahame de Balgowne et Jo. G. ejus filium et heredem apparentem et Pat. Grahame de Inchebraikie eorum cautionarium ab altera partibus, de data apud Edinburgh, 9 et 21 Feb. 1604, — vendidit dicto JOANNI GRAHAME seniori in vitali reddito, et dicto JOANNI GRAHAME juniori ejusque heredibus masc. et assignatis quibuscunque in feodo, irredimabiliter,—terras de Kippen cum earnm pendiculo *lie* Downmyre, terras et villam de Myretoun, villam et terras *lie* Bogtounley dictis terris de Myretoun adjacentes, partem terrarum *lie* Medolandis jacentem ex occidentali parte torrentis *lie* Craighburne alias Boyokburne, in parochia de Muckarsie, vic. Perth:—necnon dicto Jo. seniori et MARJORIE ROLLOK domine Inchebraikie ejus conjugii in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jo. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Balgowne, cum superioritate et feudifirme firmis terrarum de Quhytbank, in parochia de Methven, vic. de Perth:—REDDEND. regi unam rosam rubeam nomine albe firme:—cum precepto sasine directo Arch. Campbell de Lagvinzache et Rob. Grahame de Scottistoun militi:—TEST. Davide Hering feudatario de Glasclune, Pat. Grahame de Inchebraikie, Hen. Drummond servo dicti Jac., Wil. Grahame de Geddochie, Roberto Creichtoun de Cluny milite:—carta scripta *ut in carta* 1552:—Apud Edinburgh, 29 Feb. 1604]:—INSUPER, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Jo. G. seniore et ejus predecessores prestito, suprascripta dictis personis respective de novo dedit, et in liberam tenandriam de Balgowne incorporavit, ut unica sasina apud fortaliciam de Balgowne capienda pro omnibus staret:—REDDEND. *ut sup.*:—TEST. *ut in alijs cartis* &c. xliv. 289.

1590. Apud Edinburgum, 4 Apr.

REX confirmavit cartam Willelmi Moncreiff de Tybbermallo, — [qua concessit WILLELMO MONCREIFF nepoti suo, filio quondam Davidis M. heredis sui apparentis, heredibus ejus et assignatis, — terras de Tybbermallo, cum loco manerie, silvis, moris, marresis, molendinis, in dominio de Methwen, vic. Perth:—RESERVATO vitali reddito dicto Wil. seniori:—REDDEND. regi pro una dimedietate jura et servitia debita et consueta; pro altera 12 mercas feudifirme, et quolibet quinquennio 12 merc.:—cum precepto sasine:—TEST. Hen. Moncreiff filio dicti Wil. senioris, Alex. Maxtoun burgen. de Perth, D. Jo. Moncreiff de Kynmonth milite, Pat. Andersoun ejus servo (scriptore carte):—Apud Perth, 25 Feb. 1605]:—PRETEREA, pro bono servitio, suprascripta dicto Wil. juniori de novo dedit:—REDDEND. *ut sup.*:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xliv. 91.

1591. Apud Edinburgh, 4 Apr.

REX confirmavit cartam quondam Roberti Logane de Restalrig, —[qua, pro servitio sibi prestito, ad feudifirmam dimisit (quond.) JOANNI FERGUSSOUN filio quondam Andree F. in Restalrig, et ELIZABETHIE BECKIRTOUN ejus affidate sponse,—4 bovas terrarum ville de Restalrig cum mansionibus (prius per dictum And., tunc per Geo. F. ejus fratrem occupatas), in baronia de Restalrig, vic. Edinburgh:—TENEND. dictis Jo. et Eliz. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Jo. quibuscunque, de dicto Rob.:—REDDEND. 9 mercas 4 sol., et 24 capones, cum aratura quatuor aerarum terrarum dominicalium de Restalrig, et 13 sol. 4 den. augmentationis; ac servitia sicut dictus And. et ejus predecessores fecerunt; cum 3 sectis ad 3 placita capitalia apud villam de Leith:—TEST. Davide Logane, Roberto Hadawey burgen. de Edinburgh, Jacobo Ferry, Jo. Auchincraw, Pat. Auchincraw, Pat. Eldar, D. Geo. Auchincraw capellano:—Apud Edinburgh, 12 Oct. 1549]:—PRETEREA suprascripta quitteclamavit JOANNI ARNOTE burgensi de Edinburgh

et MARGARETE CRAIG ejus sponse (ad quos pertinuerunt per cartas eis concessas per heredes dicti Jo. F. et eorum superiores), heredibus eorum et assignatis:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xliv. 131.

1592. Apud Edinburgh, 6 Apr.

REX,—cum avisamento &c. (10L.),—in feudifirmam dimisit et, pro bono servitio, de novo dedit M. WILLELMO DOWGLAS thesaurario Moraviensi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Levingisbauch, cum feudifirmis, tenentibus &c. (per Jo. Gordoun et Rob. Sutherland burgenses et Tho. Hay clericum burgi de Elgyne occupatas), in parochia de Elgyn, vic. Elgyn et Forres;—quas Arch. Dowglas de Fascastell in ejus favorem resignavit:—REDDEND. 40 sol.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xliv. 74.

1593. Apud Edinburgh, 11 Apr.

REX dedit literas remissionis WALTERO SCOTT de Quhitslaid, pro ejus vita duraturas,—pro arte et parte combustionis domorum *lie onset* de . . . (per Franciscum Armestrang nuncupat. de Quhithauche in Liddisdail occupat.) mense . . . 1598, ac domorum et *lie onset* de Westburnellatt in Liddisdail mense . . . 1599, necnon pro intercommunicatione cum Francisco olim com. de Boithuell ejusque complicitibus, et pro arte et parte interfectionis Jacobi Hoppringill de Bow tutoris de Tarsons; in respectu *lie letteris of slanis* et respectuationis pro spatio 19 annorum coram dominis secreti concilii ostensarum; et pro ceteris transgressionibus ante diem date commissis;—proditiōne in regis personam, arte magica, mulierum raptu et falsa moneta tantummodo exceptis. xliv. 269.

1594. Apud Edinburgh, 18 Apr.

REX,—cum consensu &c. (126.),—confirmavit cartam factam per Edw. Grahame filium et heredem quondam Joannis G. portionarii de Arbeny,—[qua,—cum consensu Margarete Drummond sponse sue, necnon Patricii Grahame de Inchebraikie, Joannis Grahame de Balgowne, et Andree Grahame burgensis de Perth patris sui,—

vigore contractus de data 5 et 7 Mar. 1605, vendidit LAURENTIO GRAHAME portionario de Sowth Kinkell ac tutore de Callender, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, — tertiam suam partem terrarum de Arbeny, ac nemoris ejusdem Parkland nuncupati, fundum abbatis vulgo Abbottis-croft juxta Arbeny, pratum jacens ex occidentali et boreali partibus ecclesie de Madertie (per quond. Edw. Grahame et Jonetam Luitfuit ejus conjugem olim occupat.), in baronia de Cardny, vic. Perth:—TENEND. de dicti Edw. superioribus in feudifirma:—cum precepto sasine:—TEST. (apud Ochterardour) Pat. Drummond fratre germano Alexandri D. de Carnok militis, Willelmo Drummond filio quond. Andree D. in Strogeith, Jo. Drummond de Kirkhill, Daniele Reddoch filio quond. Gulielmi R. in Megour, Jac. Grahame in Drumfad notario publico; (apud Perth) Tho. Andersoun in Tullielum, Thoma Gaw burgen. de Perth, M. Jac. G. ejus filio legitimo (scriptore carte):—Apud Ochterardour et Perth, 3 et 6 Apr. 1605]:—INSUPER suprascripta (olim de monasterio de Incheffray tenta) dicto Laur. de novo in feudifirma dimisit:—REDDEND. pro Arbeny et Parkland 40 sol., 2 capones, 3 pultreas, pro prato 18 sol., et pro gressumis et augmentatione 10 sol. et 2 sol., in toto 3 lib. 10 sol. monete; pro Abbottis-croft 5 bollas ordeï, et pro gressumis et augmentatione firloïam avenarum; et invehendo ad Incheffray 40 *lie met-creillis* petarum, 3 *hors-laidis* cementi sive calcis, 3 similia onera tegularum ex locis consuetis, necnon brasium *lie malt* ad molendinum de Incheffray et feum ad locum de I. pro rata dict. terrarum; et ministrando equum ad vecturam decimarum garbaliū in horrea dicti monast. et alia loca necessaria: et *lie* Maynes de I. colendo, dicta horrea et molendinum reparando (cum ad dict. servitia et vecturas requisiti essent); et solvendo *lie katour* et *officer-corne*, argentum et straminum consuet., necnon 3 firlo. avenarum et 3 *lie therris* straminum in jumentorum sustentationem (pro quibus avenis et straminibus exonerati sunt ab omnibus carreagiis in hac carta non specificatis); bellorum tempore servitia et carreagias consuet. ministrando,

et tempore pacis ad regis et dicti loci defensionem sumptibus regis inserviendo; et prestando 3 sectas ad 3 placita capitalia, et alias curias apud dictum monast. prout requisiti essent; et duplicando dict. 3 lib. 10 sol. in introitu heredum; et herezeldam (sive 2 merc.) quoties per mortem contingeret solvendo; et si in solutione deficerent &c. (cum ceteris *ut in carta* 1525):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 202.

1595. Apud Edinburgh, 18 Apr. REX concessit JACOBO MURRAY in Dudingstoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—peciam communie burgi de Dumbar ex orientali parte dicti burgi (juxta tenementa olim quondam Cuthberti Kellie tunc Geo. Clerksoun burgensis de Dumbar), extendentem ad 3½ rudas, cum ejusdem domibus, horreis et horto;—que regi devenit ob decessum Henrici Heriot burgensis de Dumbar, bastardi:—REDDEND. servitium burgi consuetum, et 3 sol. 6 den. ballivis dicti burgi:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 282.

1596. Apud Edinburgh, 18 Apr. REX confirmavit cartam Roberti Logane de Restalrig.—[qua,—virtute contractus inter se cum consensu Bernardi Lindsay incole ville de Leith ab una, et ANDREAM LOGANE de Coitfeild ab altera partibus, de data presentium,—vendidit dicto And., heredibus ejus masc., cognomen et insignia de Logane gerentibus, et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—villas et terras de Mountlathene et Nethir Gogar (quarum terrarum de Nethir G. una dimedietas Jacobo Richertsonne de Smetoun, altera diversis personis per portiones, in feudifirma locate sunt), cum maneriebus, molendinis, terris molendinariis, tenentibus &c., in baronia de Restalrig per annexationem, vic. Edinburgh; peciam terre extendentem ad minus ad 39½ acras, et 2 *lie querrelhoillis* jacen. contigue (inter rivulum *lie strype* et terram vocatam Kikerlaw impignoratam quondam Willelmo Forrester in Leith ex boreali, viam publicam a villa de Leith ad portam vocat. Wattiryett terrasque vocat. Eirnesyd pertinentes ad M. Jo. Hairt ex australi et orient., montem et terras Alex.

Lasoun ex occiden.), peciam terre extenden. ad minimum ad 22 acras in *lie* Cannonflatt (inter terras impignoratas quond. Alexandro Moreis ex boreali, dict. viam et terras Jac. Logane ex australi, viam publicam a dicta porta ad maneriem de Restalrig ex orien., dict. Kickerlaw et terras impignoratas dicto Wil. jacen. super *lie* South Drum ex occiden.), peciam terre extenden. ad minimum ad 17 acras, et vireta vocata *lie* Nethir Querrelhoillis (inter *lie strypp* ducent. a *lie Playfeild* ad dict. villam ex australi et occidentali, terras de Coitfeild ex boreali, publicam viam a dicta villa ad monasterium S. Crucis ex orien.), peciam terre extenden. ad minimum ad 20½ acras (inter Coitfeild et 7 acras ex occiden., communem viam a villa de Leith ad villam de Restalrig ex orien., *lie* Gallowflatt ex australi, *lie Linkis* de Leith ex boreali), peciam terre extenden. ad minimum ad 5 acras, et *lie grene-bank* vocatum Fillisyde-bank (inter terras ville de Restalrig pertinentes ad Jo. Arnot ex australi, terras de Restalrig et Cantismyland ex boreali, peciam prati Rob. Logane de Personisknowis ex australi, terras ville de R. pertinentes ad Jo. Logane ex orien.), peciam terre *lie* Ferne-aiker (inter terras suas *lie Medoschott* et terras ville de R.), peciam terre *lie* Hill-(vel Hoil)-aiker (inter terras dicti And. ex boreali, viam publicam a villa de L. ex australi, terras dicti Rob. L. de Personisknowis ex occiden., terras ville de R. ex orientali), peciam terre vocat. 7 acras (inter *lie* Clayhoillis pertinen. ad Jo. Mathesoun ex boreali, terras de Coitfeild ex ceteris partibus), terras impignoratas dicto Alex. Moreis extenden. ad 20 acras aut eocirca (inter lacum de Restalrig ex boreali, viam a villa de R. ad dict. monast. ex orien., et *lie* Langmedow ex occiden.), terras et acras impignoratas dicto Wil. Forrester extenden. ad 24 acras aut eocirca (viz. 4 ac. juxta terras Pat. Aikin in Via Canonicorum, 12 acras in *lie* South Drum, 4 ac. juxta Coitfeild, 2 ac. juxta terras Florentii Balfour, 2 ac. inter columbarium ex australi et Coitfeild ex boreali), in dictis baronia et vic. :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo Florentino Balfour seniori incole ville de Leith :—TEST. Petro Dischingtoun, Jac. Auchincraw, Matheo Logane,

servitoribus dicti Rob. L. de R., Jacobo Logane scriba communis burgi Vieicanonicorum, Gilberto Edingtoun servitore quond. Alexandri Hay de Eistir Kennet clerici registri, Pat. Small notario publico servitore M. Oliveri Colt advocati (scriptore carte) :—Apud burgum Vieicanonicorum, 5 Feb. 1596 :—NECXON adiam cartam dicti Rob.,—[qua vendidit dicto And., heredibus &c. (*ut sup.*), —1 acras terrarum de Restalrig nuncupatas Kickerlaw, per Wil. Craig brasiatorem regis occupat. (inter terras suas impignoratas quond. Willelmo Forrester, tunc per Jo. Bellenden occupat., et terras de Westir Drum ex boreali, terras vocat. Spur-aikeris ad dictum Wil. C. pertinentes ex orien., terras Pat. Aitkin ex australi, viam publicam a burgo Vieicanonicorum ad villam de Leith ex occiden.), in dictis baronia et vic. :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo Arch. Logane fratri germano Jo. L. portionarii de Restalrig :—TEST. Niniano Chirmiesyde, Math. Logane, Wil. Crokkat, servitoribus dicti Roberti, Wil. Mosman notario :—carta scripta per Laurentium Robesoun notarium :—Apud burgum Vieicanonicorum, 1 Apr. 1605] :—PRETEREA rex, pro servitio sibi suisque predecessibus per dictum And. ejusque predecessores prestito, et pro compositione persoluta, suprascripta (preter Nethir Gogar) dicto And. de novo dedit :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; taxando wardam &c. de Monthlothiane ad 20 lib., ceterorum ad 46 libras 13 sol. 4 den., et maritagium ad 200 mercas :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlvi. 17.

1597. Apud Edinburgh, 22 Apr.

REX concessit ALEXANDRO VAUS mercatori burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignat. quibuscunque,—villam et terras de Almetwa (olim de monasterio de Ferne tentas, valentes annuatim 4 hedos, pretium hedi 6 sol. 4 den., et vaccam, pretium 10 libras), superioritatem ville et terrarum de Over Petneilly (extenden. ad ¼ davate), in comitatu de Ros, vic. Invernes ;—que fuerunt Joannis Vaus de Lochslyne ; et (dicto Jo. ad ejus domum infra burgum de Invernes citato) 29 Mar. 1605 (comparente M. Tho. Hoip

advocato procuratore pro Willehmo Ros in Ballicuthy, cui villa et terre de Over Petneilly impignoratae sunt sub reversione 400 mere., cum litera assedationis dicto Jo. V. durante non redemptione pro 10 bollis ordeii, appreciate sunt¹ dicto Alex. pro summa 2843 lib. 6 sol. 8 den. ei debita,² et pro 142 libris 3 sol. 4 den. pro feodo Alexandri Mylne nuncii vicecomitis in hac parte (viz. Almetwa pro 1000 libris, et 50 libris feodi, superioritas de Over Petneilly cum dictis reversione et litera assedationis pro ceteris):—REDDEND. pro Almetwa 40 sol. feudifirme, et duplum feudifirme in introitu heredum; pro dicta superioritate servitium warde &c.:—et voluit rex quod dictus Jo., heredes ejus et assignati, haberent regressum quando-cunque dictas summas persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliv. 76.

1598. Apud Edinburgh, 22 Apr.

REX, pro compositione persoluta,—cum consensu &c. (119.),—ad feudifirmam dimisit M. JOANNI DOWGALL incole burgi de Striviling, et ISSOBELLE KYNROS ejus sponse,—duodecimam partem ville et terrarum de Cornetoun (per quondam Jac. Kynros patrem dicte Is. occupatam), in dominio de Strivilingschyre, vic. ejusdem:—TENEND. dictis Joanni et Is. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. inter eos legit. procreatarum absque divisione, quibus def., heredibus et assignatis dicti Jo. quibus-cunque:—REDDEND. 6 bollas 2 firloas 2 peccas 3 *lie wippeis* frumenti, 6 bol. 2 fir. 2 pec. 3 *wippeis* ordeii, 2 bol. 2 fir. 2 pec. 3 *wippeis* avenarum, 16 sol. 8 den. monete, et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam pecuniariam in introitu heredum; et faciendo politiam,

edificando domos, sustentando hortos et plantando arbores solo correspondentes:—SALVIS regi salmonum piscariis, *grilsis* et *smoltis*, et carbonibus:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 272.

1599. Apud Edinburgh, 24 Apr.

REX, — cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit M. JOANNI KNOX ministro Evangelii apud ecclesiam de Melros, heredibus ejus et assignatis quibus-cunque,—tenementa, particatas et acras terrarum de Melros vocat. Litill Fordell, extenden. ad 31 tenementa et particatas et 31 acras (viz. 19 tenementa et part. inter communem viam de Melros, Quarrellhill et *lie* Buckles, 2 tenementa inter dict. viam et rotundum murum abbacie de Melros et tenementa Quintigerni Donaldsone et Jac. Mureheid, 4 tenementa inter dict. viam et murum et vastas domos olim ad Rodgerum Turnbull spectantes, 6 tenementa ex orient. parte crucis de Melros inter dict. viam, Bowerisbray, ripam *lie* Gallous-bray et viam publicam a Danyeltoun descendentem, 25 ac. inter dict. villam, terras de Danyeltoun vocat. *lie* Quarrellhill, torrentem *lie* Akie-burne, terras de Darnich et Bukles, 1 ac. prope Darnik inter *lie* Wellmedow et Sacristaneslandis, ac. apud occidentalem finem ville de Melros inter dict. murum et *lie* Greneyairdis, acram apud occiden. finem ville de Danyeltoun inter *lie* Malthousburne et *lie* Gallous-bray, et 3 acras inter *lie* Wairdis, Danyeltoun, Boweris-bray et Monkis-meadow), dietas terras de Wairdis (intra bondas specificatas), in dominio et regalitate de Melros, vic. de Roxburgh; cum omnibus earum privilegiis consuet., et presertim cum pastura 2 vaccarum cum fetibus in communia de Danyeltoun, et unius equi in *lie* Greneyaird et Weirhill a principio Aprilis ad collectionem segetum (et reliquo tempore ubi cetera animalia et

¹ Names of assize:—David Williamesone, Francis Kinloch, David Fairlie, Archibald . . ., John Lowry, Tho. Stene, Wil. Symontoun, all burgesses of Edinburgh, Geo. Gibson bowman there, Mr Alex. Paterson apothecary there, Jas. Clerk burgess of Edinburgh, Samuel Blackburne, Tho. Aikinheid, Jas. Fairlie, Mr Jas. Nicholl, Tho. Wilson, all burgesses of Edinburgh.

² Viz. penalty for non-delivery of 200 bollis victual ($\frac{3}{4}$ bear and $\frac{1}{2}$ oatmeal) in 1601, and of 50 bollis bear in 1602, at the port of Invar in the lands of Lochslyne, £8 per boll, and £10 of liquidate expenses; 1000 merks owing by obligation of date 26 Mar. 1603, and 100 merks for one year's arrears on annual rent of 100 merks, with £100 liquidate expenses.

equi dicti monasterii pasebantur), pro qualibet acra; et cum licentia lucrandi cespites et petas in petaria de Threipwode sive alibi;—que olim pertinerunt ad monasterium de Melros:—**INSUPER** rex,—considerans dictam villam de Melros in libero burgo baronie antiquitus erectam fuisse,—concessit dicto Joanni licentiam piscandi, brasiandi &c. (*ut in carta* 1538): et voluit quod unica sasina pro omnibus staret:—**REDDEND.** pro tenementis &c. 31 libras, et 5 sol. pro cervisia decimali cujuslibet tenementorum &c., in toto 38 lib. 15 sol., et 5 sol. nove augmentationis; pro Wairdlandis 3 lib. 6 sol. 8 den., et 3 sol. 4 den. nove augmentationis; in toto 42 lib. 10 sol.; necnon duplicando feodifirmam in introitu heredum et assignatorum; ac prestando sectas consuetas in curiis dicti monast.:—**TEST.** *ut in aliis cartis* &c. xlv. 143.

1600. Apud Edinburg, 27 Apr.

REX confirmavit cartam Andree domini Stewart de Ulchiltrie,—[qua,—pro observatione contractus inter se et quondam D. Jo. Gordoun de Lochinvar militem, de data apud Kirkpatrick-Durchame, 29 Apr. 1598, in libris dominorum concilii registrati,—vendidit D. ROBERTO GORDOUN de Lochinvar, filio et heredi dicti D. Jo., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,— $2\frac{1}{2}$ mercatas terrarum de Marbrak (occupatas per Tho. M'Michell), 20 sol. de Knokgreyis (per Rob. Gordoun et Alex. M'Kaddum), mercatam de Bank (per Jo. M'Mullane), mercatam de Culmark (per Alexandrum M'Mullane), mercatam de Marskelloch (per Jo. M'Millane), mercatam de Foirmanstoun (per Davidem Foirman), 2 mercat. de Holmes de Dalry (per dictum D. Jo. et ejus tenentes occupat.), extenden. in integro ad 10 mercat. antiqui extentus, existen. partes et pendicula terrarum et baronie de Erlistoun, in senescallatu de Kirkeubricht; cum officio ballivatus dicte baronie cum tenentibus et tenandriis, tam proprietatis quam tenandrie:—**TENEND.** de rege:—cum precepto sasine directo Geo. Gordoun in Mekill Auchrae:—**TEST.** Alex. Millar et Alex. Thomsoun in Ulchiltrie, Jo. Gordoun de Kirkland, Geo. M'Millane

in Airndarrachie:—carta scripta per Alex. Lawsoun scribam signeto regio:—Apud Ulchiltrie, 26 Feb. 1605]:—**PRETEREA**,—pro servitio dicti Rob. et ejus antecessorum, necnon pro compositione persoluta,—supra-scripta dicto Rob. de novo dedit:—**TEST.** *ut in aliis cartis* &c. xlv. 271.

1601. Apud Edinburg, 8 Maii.

REX confirmavit cartam D. Jacobi Sandielandis de Slammanno militis,—[qua,—cum consensu Domine Barbare Naper conjugis sue, et M. Roberti Williamsoun scribe,—pro perimptione contractus de data presentium, vendidit PATRICIO HAMMILTOUN de Levingstoun, et EUPHAMIE SEYTOUN ejus conjugii,—terras suas de Mekill Parklie, cum decimis garbalibus inclusis que nunquam a stipite separari solebant, vic. de Lintlithgow;—necnon, in speciale warrantum earundem, terras suas de Slammannanemure, cum mansionibus, tenentibus &c., advocacione ecclesiarum, capellaniarum et beneficiorum, vic. Striviling:—**TENEND.** dictis Pat. et Euph. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Pat. quibuscunque et assignatis, irredimabiliter, de rege:—**REDDEND.** pro Parklie (olim de monasterio S. Andree tent.) 8 lib. feodifirme; pro Slammannomure jura et servitia debita et consueta:—cum precepto sasine:—**TEST.** Jac. Tennand de Linhous, M. Rob. Lintoun advocato, M. Alex. Seytoun burgen. Edinburgi, Alex. Lawsoun scriba, Alex. L. juniore ejus filio (scriptore carte):—Apud Edinburgum, 7 Jun. 1602]:—**TEST.** *ut in aliis cartis* &c. xlv. 159.

1602. Apud Edinburg, 9 Maii.

REX dedit literas remissionis THOME GAWDIE corbigero *lie creilman* in Drumfreis, pro ejus vita duraturas,—pro infelice accidentaria cede Richardi Kenman ictu cultelli in sinistro brachio, II abhinc annis aut cocirca commissa. P. R. i. 16.

1603. Apud Edinburg, 15 Maii.

REX,—cum consensu &c. (100.),—confirmavit cartam Joannis Ellem de Butterdene,

—[qua, — pro impletione contractus de data presentium,—vendidit WILLELMO AUCHINCRAW in Fallabank, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—3 terras husbandias et terram cottagiam (per Alex. Hopper, Wil. Johnestoun, Wil. Fortoun et Persevelum Hude occupat.), in villa et territorio de West Restoun, baronia de Coldinghame, vic. de Beruik :—TENEND. de rege in feudifirma :—REDDEND. pro terris husbandiis 3 merc. 2 sol., 9 capones, 3 pultreas, cum duplicacione feudifirme in introitu heredum ; pro terra cottagia jura et servitia debita et consueta :— cum precepto sasine :—TEST. Jo. Home de West Restoun, Wil. Wardlaw ibidem, Philippo Wardlaw in Nether Aytoun, Jo. Horne in Eymouth (scriptore carte) :—Apud villam de West Restoun, 11 Maii 1605] :—PRETEREA, pro bono servitio, dict. terras dicto Wil. Auchincraw de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 77.

1604. Apud Edinburgh, 16 Maii. REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JACOBO DOMINO DE BALMERINOCII secretario suo ac presidenti collegii justitie, et heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Restalrig, cum fortalicio, manerie, lacu, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., cum granorum molendinis super aqua de Leith prope villam ejusdem, eorum terris moleudinariis &c., et cum advocacione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Restalrig cum decimis &c., vic. Edinburgh :—quas Rob. Logaue de Restalrig in favorem dicti Jac. resignavit :—PRETEREA rex concessit quod unica sasina apud castrum de Restalrig capienda pro omnibus staret :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta, cum 3 sectis ad 3 placita capitalia vic. de Edinburgh ; taxando &c. (*ut in carta* 1454) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 277.

1605. Apud Edinburgh, 20 Maii. REX confirmavit cartam quondam Joannis

com. de Atholl dom. Balvany et Innermaith, —[qua concessit ROBERTO DOWGLAS de Drumgarland, et AGNETE ARNOTT ejus sponse,—terras de Colcarny, in baronia de Innermaith, vic. Perth; cum potestate lucrandi glebas, cespites et alia focalia necessaria in *lie mos* de Condrane in dicta baronia ;—quas Jo. Mwrie junior portionarius de Colcarny et Jo. M. senior ibidem ejus pater, cum consensu Mariote Andersone sponse dicti Jo. junioris et Eliz. Schaw sponse dicti Jo. senioris, in favorem dict. Rob. &c. resignaverunt absque reversione :—TENEND. dictis Rob. et Ag. in conjuncta infeodacione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus sive assignatis dicti Rob. quibuscunque, de dicto comite in feudifirma :—REDDEND. 8 merc.; ac faciendo servitium dicto com. in guerris regis propriis sumptibus, et in negotiis propriis dicti com. sumptibus dicti com.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine Rob. Thomesoun seniori in Mckill Segy :—TEST. D. Walt. Rollok de Lawtoun milite, Edwardo Pattoun, Alex. Ruthven, servitoribus dicti com., Jo. Stewart in Fos de Atholl, Walt. Dog notario, M. Jac. Stewart commissario de Dunkeld, Steph. Patersone notario in Falkland (scriptore carte) :—Apud Blair in Athoill, 1 Jul. 1597] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 121.

1606. Apud Grenewiche, 20 Maii. REX confirmavit cartam factam per M. Ric. Kene scribam Edinburgenum, filium et heredem quondam M. Joannis K. scribe Edinburgeni,—[qua,—cum consensu Jonete Strang¹ matris sue, Jacobi Mowat scribe clerici registri secretarii intra vicecomitatus de Abirdene et Kincairdin ac capellani capelle S. Crucis in inferiore parte cemiterii ecclesie collegiate B. Egidii de Edinburgh olim situate, superioris infrascriptorum, ac Joannis Johnnestoun patroni dicte capellanie, filii legitimi quond. Joannis J. scribe et clerici coram dominis concilii et sessionis,—vendidit ADAMO COWPER de Gogar² et MARGARETE DENNESTOUN ejus

¹ In introductory clause "Agnētis Strang."

² The introductory clause adds "uni clericorum coram dominis sessionis."

sponse in conjuncta infeodatione, heredibus et assignatis dicti Ad. quibuscunque, irredimabiliter, — tenementa terre vasta et ruinosa, cum eorum domibus, horto, puteo, clausura, ex parte australi vici boarii *lie Cowgait* burgi de Edinburgh (inter quond. Jacobi Lamb burgen. de Edinburgh tunc terram vastam, hortum Jo. Adamesoun junioris burgen. de Edinburgh, terram et hortum heredum quondam Jo. Nicolsoun candelarii, et terras arabiles nuncupatas Wawinscroft ad societatem brasinariam seu cervisariam pertinen.):—TENEND. de rege : —REDDEND. servitium burgale solitum ; necnon dicto capellano 6 lib. 16 sol. 8 den. annualis redditus :—cum procuratorio resignationis Alex. Makinath mercatori burgen. de Edinburgh :—TEST. M. Joanne Scrogie avvocato, Alex. Hendersoun servitore dicti Adami, Andrea Plumar scriba, M. Thoma Nicolsoun commissario de Abirdene, And. Gariaucht ejus servitore, Pat. Keir servitore dicti Jac. M., M. Alex. Lawsoun servitore Joannis Anislie scribe Edinburgeni, Jo. Leirmonth servitore dicti And. P., And. Purves et Joanne Mathiesoun servitoribus Roberti Gairdner scribe, Alexandro Haigie servitore Georgii Abirnetlie advocati :—carta scripta per dictum M. Ric. :—Apud Edinburgh et Abirdene, 15 et 28 Jun. 1604] :—NECNON cartam dicti Jo. Johnnestoun patroni dicte capellanie,—[qua vendidit dicto Adamo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—annuum redditum 6 sol. 8 den. de terra Roberti Newlandis scribe, ex parte australi vici regii dicti burgi in Grayis-cloyis (inter terras Alex. Huntar, Tho. Huntar pistoris et quond. Jac. Robesoun), cum advocacione dicte capellanie per quond. Walt. Chopman fundate, cum ejus redditibus &c. :—TENEND. de rege in libero burgagio :—cum procuratorio resignationis directo Jo. Bannatyne scribe :—TEST. M. Jo. Wardlaw de Doubhous, Jo. Young scriba in Edinburgh, Jo. Arnote juniore, M. Ric. Kene scriba Edinburgeno (scriptore carte) :—Apud Edinburgh, 8 Jun. 1604] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 138.

1607. Apud Edinburgh, 21 Maii.

REX confirmavit cartam Archibaldi com.

Argadie dom. Campbell et Lorn &c.,—[qua,—pro implecione contractus de data presentium, ac pro 6000 merc. persolutis,—cum consensu Domine Agnetis Dowglas sponse sue,—ad feudifirmam dimisit GULIELMO ALEXANDER de Menstrie, heredibus ejus masc. et assignatis,—terras et baroniam de Menstrie extenden. ad 20 librat. antiqui extentus, cum molendino, multuris siccis, *lie outhuckin et insuckin*, manerie, cottagijs, *lie scheillingis et gris-singis*, in parochia de Logy, vic. Clakmannane :—REDDEND. dicto Arch. 21 bollas tritici, 120 bol. brasii hordeacii (*fyre scoir and tuentie bollis maid malt sufficient stuff and measur*), 52 bol. farine avenaticae, 23 bollas avenarum (proprijs sumptibus transportandas ad castrum de Campbell aut ad locum habitationis dicti com. vel alibi intra urbem de Strivilingi, 48 capones, 24 gallinas, 30 agnos intonsos (ad loca predicta), 100 merc. monete ; necnon 40 merc. pro duplicatione feudifirme in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Roberto Seytoun vicario de Logy, Wil. Murray in Tillicultrie, Arch. Alexander burgensi de Striviling, Duncano Patersoun ibidem :—TEST. Dowgallo Campbell de Auchinbrek, Jo. Makdowgall feudatario de Ragray, Jacobo Hall de Foulbar, Roberto Campbell filio Donaldi C. de Dronze, Jo. Carmichaell, Thoma Erskin, Rob. Erskin, servitoribus dicti Arch. :—carta scripta per Davidem Aitkin servitorem M. Jacobi Kirk vicecomitis deputati de Argyll :—Apud Denunc, 4 Maii 1605] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 84.

1608. Apud Edinburgh, 21 Maii.

REX ratificavit cartam alienationis per quondam Jo. Wylie scribam cancellarie et quond. Agnetem Sinclair ejus sponsum factam DAVIDI WYLIE et ROBERTO RAWSON scribis, eorum heredibus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—de 40 solidat. 40 den. terrarum de Garroche antiqui extentus, cum carbonibus, infra baroniam et regalitatem de Glasgow, vic. Lanerk ;—equaliter inter eos dividend. :—PRETEREA,—cum consensu &c. (93.),—dict. terras dictis Dav. et Rob. de novo dedit :—TENEND. in feudifirma :—REDDEND. 36 sol.

ficavit cartam per quondam Wil. Reid in Craikstoun factam JACOBO REID ejus filio et heredi apparenti, et SARE DOUGLAS tunc future sponse dicti Jac., —de 53 solidatis 4 den. terrarum antiqui extentus de Middelfield in Overwode (per Adamum Reid, Jo. Reid, Jac. Beg, Tho. Reid ac Mariotam Gibsoun occupatis), in dominio de Kylismure, vic. Air;—TENEND. dictis Jac. et Sare in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquiorebus heredibus et assignatis dicti Jac. quibuscunque, de rege in feudifirma;—de data apud Cumnok et Craikstoun, 18 Nov. 1602 et 14 Apr. 1603;—per Jo. Gemmill et Davidem Ros comnotarios publicos ex mandato dicti Wil. scribere nescientis subscriptam:—INSUPER rex, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Jac. ejusque predecessores prestito, suprascripta dictis personis de novo dedit:—REDDEND. 53 solidos 4 denarios, 2 sol. pro arreagiis et carreagiis, 9 den. pro *lie bondlage-sylter*, 20 sol. augmentationis, et 3 solidos nove augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; et observando cetera in antiquis infeofamentis per commendatarium et conventum de Melros concessis contenta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 177.

1811. Apud Edinburgum, 6 Dec.

REX confirmavit cartam M. Roberti Ros de Cragie, et Margarete Eviott ejus conjugis,—[qua,—pro perimptione contractus de data apud Perth, 4 Jun. 1605, registrati in libris dominorum concilii 28 Jun. 1606,—vendiderunt M. ALEXANDRO PEBLIS advocato, et AGNETI MAIRTNAY ejus sponse,—*lie* Manes de Malar, viz. Over et Nethir Manes de Maler cum fortalicio, in parochia de Forteviot, vic. Perth:—TENEND. dictis Alex. et Ag. in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquiorebus heredibus et assignatis dicti Alex. quibuscunque, de rege per servitium warle:—cum precepto sasine:—TEST. Donaldo Johnnestoun mercatore, Olivero Donaldsoun, Rob. Keir thesaurario, Pat. Brusoun, burgensibus de

Perth, Jo. Johnnestoun filio dicti Donaldi, Laurentio Wilsoun servitore dicti Alex., Henrico Elder, Davide Chalmer in Perth (scriptore carte), notariis:—Apud Maler, 20 Aug. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 391.

1812. Apud Quhytehall, 8 Dec.

REX,—pro servitiis sibi et in publicis negotiis regni Scotie prestitis, nominatim in officiis infrascriptis, et pro ingentibus expensis desuper factis,—cum consensu &c. (130. 119.), —post dissolutionem annexationis corone comitatus de Gowrie et domini de Ruthven, tunc domini de Huntingtour nuncupati, —concessit JOANNI MONTISROSARUM COMITI dom. Grahame et Mukdok &c., pridem Scotie cancellario et tunc commissionario generali regis in regno Scotie, in vitali redditu, et JOANNI MAGISTRO MONTISROSARUM et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. et tallie in carta principali dicti comitatus quibuscunque contentis,—terras de Culgask, cum earum molendinis, silvis, piscationibus, pratis, villas et terras de Peill, Lethame, Eister Heichame, Guidlieburne, *lie* Holl de Huntingtour, Halyland, Few et Wester Heichame, cum molendinis &c. (*ut supra*), in senesc. de Stratherne et Huntingtoure respective, vic. Perth;—que regi deveuerunt ob forisfacturam Joannis olim com. Gowrie;—et quas rex incorporavit in liberam baroniam de Culgask:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 314.

1813. Apud Edinburgh, 16 Dec.

REX confirmavit cartam Joannis Seytoun de Tullibody, —[qua, pro imptione literarum obligatoriarum de data presentium, concessit ELIZABETHE HOME sponse sue, in vitali redditu,—terras et baroniam de Tulliebody, cum tenentibus &c., molendinis et silvis, vic. Clakmannane; terras et baroniam de Towch-Fraser, cum fortalicio et manerie de Towch, tenentibus &c., molendinis, silvis, piscariis, advocacionibus ecclesiarum et capellaniarum, terras et baroniam de Gargunnok, cum

mansione et fortalicio, molendinis, silvis, tenentibus &c., advocacionibus ecclesiarum et capellaniarum, vic. Striviling:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. M. Alex. Home in Ecclis, Wil. Cranstoun in Hamiltounlaw, Jacobo Home servitore dicti Jo., Niniano Foullis notario publico:—carta scripta per Wil. Auld in Edinburg:—Apud Fawsyde, 23 Aug. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlv. 175.

1814. Apud Edinburg, 16 Dec.

REX confirmavit eartam D. Georgii Home de Wodderburne militis,—[qua, pro perimptione ejusdam contractus, vendidit ALEXANDRO MITCHELSONE filio legit. quondam Roberti M. in Blakhauch, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque reversione,—terras de Middilsteid de Windiedurris alias Blakhauch, cum mansione *lie peillous*, in dominio de Atrikforrest, vic. Selkirk:—TENEND. de rege in feudifirma:—REDDEND. 32 libras; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et sustentando mansionem cum politis solo corresponden.:—cum precepto sasine directo Jo. Dicksonne burgensi de Edinburg:—TEST. Jo. Dicksonne burgen. de Edinburg, Jo. Dodis, Davide Flutt ibidem, Alex. Home servitore dicti Geo.:—carta scripta *ut in carta* 713:—Apud Edinburg, 10 Mar. 1600]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.*

xliv. 312.

1815. Apud Edinburg, 19 Dec.

REX confirmavit eartam Roberti Irwing (junioris) burgensis de Kingorne,—[qua, cum consensu Issobelle Johnestoun sponse sue,—pro perimptione contractus de data presentium, registrari ordinati in libris dominorum concilii,—vendidit JOANNI BOSWALL de Craigsyd burgensi de Kingorne, et MARGARETE KIRKCALDIE, conjugibus,—occidentalem suam partem terrarum de Balgriggie, vic. Fyff:—TENEND. dictis Jo. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque:—REDDEND. regi jura et servitia debita et consueta:—cum precepto sasine directo Jo. Kirkealdie de Wester Abden burgensi de

Kingorne:—TEST. Joanne Kirkealdie de Wester Abden, M. Jo. Chalmer Dei Verbi ministro apud ecclesiam de Auchterderay, Jac. Kirkealdie filio dicti Jo. K., Aud. Broun communi clerico burgi de Kingorne, Waltero Duncane (scriptore carte), notariis:—Apud Wester Balgriggie et Kingorne, 16 Maii 1604]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.*

xliv. 313.

1816. Apud Edinburgum, 19 Dec.

REX,—cum avisamento &c. (126.),—concessit et, pro bono servitio, de novo dedit ROBERTO DOWGALL mercatori burgensi de Edinburg, et JONETE AHKINHEID ejus sponse,—terras de Nunlandis jacentes prope Ugstoun, cum communi pastura in Glaidismure dictis terris adiacen., in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburg:—quas, olim de monasterio de Hadingtoun tentas, Margareta Carkettill (filia et heres quond. Georgii C. burgensis de Edinburg, et heres deservita quond. Adami C. de Nunlandis patris sui), cum consensu Archibaldi Hammiltoun de Bairfurd sponsi sui, et Patricii Carkettill de Over Libbertoun, necnon Joannes Dickson in monasterio de Hadingtoun cum consensu Margarete Hammiltoun sponse sue, in favorem dictorum Rob. et Jon. resignaverunt:—TENEND. dictis Rob. et Jonete in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Rob. quibuscunque:—REDDEND. 8 merc. 3 sol. feudifirme; et 20 sol. in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlv. 384.

1817. Apud Edinburg, 23 Dec.

REX confirmavit eartam M. Jacobi Dumbar de Tarbert,—[qua, pro perimptione contractus de data presentium, vendidit GEORGIO MUNRO de Mekill Terrell, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villas et terras davate terrarum de Eister Aird (nuncupatas Corbattis-landis), cum piscationibus et portibus maris, in comitatu et diocesi Rossie, vic. Invernes:—REDDEND. dicto Jac. 6 lib. feudifirme:—cum precepto sasine directo Geo. Munro filio legit. quondam Hectoris M. portionarii

de Culeraiggie :—TEST. M. Alex. Hay de Kynnowlie, Nic. Dumbar de Boiggis, M. Georgio Monro cancellario Rossen., Marco Mawar de Mawarstoun, Geo. Monro in

Knokschortie, Jac. Sutherland in Annot, Joanne Forrester notario publico (scriptore carte):—Apud Terrell, 15 Maii 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 176.

ANNO DOMINI 1607. ANNO REGNI 40 ET 4.

1818. Apud Edinburgh, 2 Jan. REX dedit literas remissionis GEORGIO MELDRUM filio legit. Georgii M. quondam de Fyvie, et JACOBO HENRIE ejus servitori, pro eorum vita duraturas,—pro eorum accessu ad hortum, solum et habitationes de Haultoun de Auchterles, A.D. 1594, et pro incendio segetum, occisione boum, equorum aliorumque bonorum, sub noctis silentio ante dicti Geo. perfectam etatem 21 annorum juvenili quodam furore commissis. xlv. 180.

1819. Apud Edinburgh, 3 Jan. REX,—cum consensu &c. (126. II9.), —concessit familiari suo D. DAVIDI LINDESAY de Month militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—80 acras terrarum arabilium de Pettinweyme (quondam Thome Dischingtoun et Cristine Dischingtoun ejus sponse assedatas), cum domibus infra burgum de Pettinweyme ad eas spectantibus (exceptis 18 acris antea venditis Alexandro Moncreiff protofalconario regis), tenementum et terram cum horto in villa de Anstruther *lie Fische-hous* nuncupat., terras paludosas pro jardinis et stagnis fodiendis aptas vulgo Parkdykis alias Grenedykis appellatas, ex parte occidentali de Eldwaldisfauld jacentes, officium balliatus domini et baronie de Pettinweyme cum feodis &c., et hortos aliaque infra ambitum monasterii de Pettinweyme, cum columbario ejusdem, vardas et prata de P., cum servitutibus et servitiis totius dict. domini &c. debitis, cum tenentibus &c.,—necnon, pro speciali varanto earundem, dimidietatem terrarum de Kinloch, cum dimid. earum molendini, terrarum molendinarianum &c.,—vic. Fyffe;—quas D. Jac. Scott de Abbotishall miles, cum consensu interdictorum suorum, in favorem dicti Dav. resignavit; et quas rex,—pro bono servitio dicti Dav., ac pro compositione

persoluta,—dicto Dav. de novo dedit, cum privilegio communitatis in communi mora de Pettinweyme:—et voluit quod unica sasina pro omnibus staret:—REDDEND. pro Parkdykis 6 sol. 8 den., pro hortis, columbario, pratis et wardis de Pettinweyme 6 lib. 13 sol. 4 den. (deducendo 50 sol. pro feodo dicti officii), pro ceteris terris principalibus 8 lib. 2 sol. 6 den., 3 bollas ordei, 2 bol. farine aveuaticae, 7 capones, 3 gallinas, pro dicta communitate 20 sol., nomine feudifirme; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum;—pro Kinloch 33 merc. 5 sol. 8 den., et 6 merc. 8 sol. 9 den. augmentationis, cum aliis devoriis et servitiis debitis et consuetis; cum duplicatione dictae feudifirme in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 317.

1820. Apud Edinburgh, 5 Jan. REX confirmavit cartam sub hac forma;—[TILL ALL AND SINDRIE &c., Tho. M'Culloche of Barholme . ., witt ye me, for fulfilling of my pairt or claus of the contract and appoyntment maid betuix me on the ane pairt and NINIANE MURE in Clauchen of Girtoun on the uther pairt, of the dait at Clauchen of Girtoun, 14 Jul. 1606 . . ., to have sauld . . to the said Nin., his airis and assignayis quhatsumever, — . . my 5 mer(k)landis of Lagmollen *alias* callit the Mylne-yle of auld extent . ., within the parochin of Anweth and stewartrie of Kirkcudbrycht:—HALDAND . . of ourre soverane lord the kingis grace . . :—PAYAND . . services of waird and releif as use is . . :—ATTOUR to my lovittis Alex. Mure in Lagmollen . . I will and chairgis yow . . ye delyver staitt and seasing &c.:—IN WITNES &c. (the bodie thairof is writtin be Johne Inglis notar) . . :—At Wigtoun, 4 Aug. 1606:—Befoir thir WITNES, Joh. M'Culloch in

Hentoun, Joh. Inglis burges of Kirkcudbrycht, Joh. Oliver in Barcapill, Thomas Neper in Inderig . . .]:—*TEST. ut in aliis cartis &c.* xlv. 178.

1821. Apud Edinburgh, 5 Jan.

REX confirmavit cartam quondam Joannis Meinzeis de Ennoche et *lie* Weyme,—[qua, —cum consensu M. Joannis M. filii sui et apparentis heredis,—pro servitiis factis et faciendis, concessit CUTHBERTO MEINZEIS, filio suo,—terras suas de Drumcrull et Auchinsell, in baronia de Ennoche, vic. Drumfreis; terras de Dalrawar, in baronia de *lie* Weyme, dominio de Apinadull, vic. Perth:—*TENEND.* dicto Cuth. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Jo. et heredibus suis reversuras, de dicto Jo.:—*REDDEND.* unum den. albe firme:—cum clausula warrantizationis, presertim de solutione annui redditus alias per dictum Jo. mortificati capellanie in ecclesia parochiali de Durrisdair fundate in honore Dei et B. Marie:—Apud Ennoche, 20 Apr. 1472]:—*TEST. ut in aliis cartis &c.* xlv. 322.

1822. Apud Edinburgh, 6 Jan.

REX,—cum consensu &c. (93.),—ad feudifirmam dimisit BARTHOLOMEO M'CARTNAY filio et apparenti heredi quondam Patricii M. in Auchinlek, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—quartam partem terrarum de Auchinlek extenden. ad 10 solidat. terrarum (antea ad dictum Patricium rentallarum eorundem spectan.), et alias 10 sol. dietarum terrarum, in baronia de Rerik, senesc. Kirkcudbrycht; —que olim ad monasterium de Dumdrynane pertinuerunt:—*REDDEND.* 33 sol. 8 den., et 2 sol. nove augmentationis; ac duplum feudifirme in introitu heredum:—*TEST. ut in aliis cartis &c.* xlv. 315.

1823. Apud Edinburgh, 6 Jan.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JOANNI HALKERSTOUN portionario de Hileairny et MARGARETE PATERSON ejus sponse in vitali reddito, et WILLELMO HALKERSTOUN eorum filio seniori legitimo in feodo,—solarem dimidietatem terrarum de Hileairny, vic.

Fyffe; —quam idem Jo. cum consensu dicte Margarete resignavit;—neon terras *lie* Hiltoun de Carslogy, vic. Fyffe;—quas Geo. Clapen de Carslogy cum consensu Katherine Orme sponse sue in eorum favorem resignavit, in warrantum dicte dimid. de Hileairny prius per Jo. Clapen cum consensu Jonete Glen ejus sponse dictis Jo. H. et Marg. alienate:—*TENEND.* dictis Jo. H. et Marg. *ut supra*, dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Joanni H. ejus fratri germano et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus et assignatis dicti Jo. senioris quibuscunque:—*TEST. ut in aliis cartis &c.* xlv. 316.

1824. Apud Edinburgh, 7 Jan.

REX confirmavit cartam Willelmi Leirmonth feodarii de Dairsie,—[qua,—pro perimptione litere obligationis per se (et D. And. Balfoure de Montquhany militem, Thomam Dischingtoun de Ardros, Tho. Monypemy de Kinkell, M. And. Pater-soun de Hiltarvet et Wil. Barclay de Drumcarrow fidejussores suos) facte personis subscriptis, de data 21 Nov. et 3 et 4 Dec. 1603, ac pro 5000 merc. persolutis,—vendidit M. MARTINO SCHONEIR, medico regine, et CRISTINE GIBSONE ejus sponse in vitali reddito, et ALEXANDRO SCHONEIR eorum filio natu maximo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—annuum redditum 6 celdrarum victualium ($\frac{2}{3}$ tritici et $\frac{1}{3}$ ordei cum charitate) de terris de Drone, in senesc. et vic. de Fyiff:—*REDDEND.* regi unum den. albe firme:—cum precepto sasine:—*TEST.* Pat. Bonele clerico burgali civitatis S. Andree, M. Carolo Geddy filio Walteri G. civis ejusdem, Jac. Jak notario publico cive S. Andree:—carta scripta per Jac. Crystesoun servitorem Antonii Quhyte scribe Edinburgi:—Apud S. Andream, 12 Dec. 1606]:—*TEST. ut in aliis cartis &c.* xlv. 179.

1825. Apud Edinburgum, 9 Jan.

REX concessit GEORGIO HOPPRINGILL de Torwodley, heredibus ejus et assignatis,—terras de Braidlaw et Hingandsyid, cum manerie, vic. Lindythgow;—que olim

fuert Joannis Levingstoun de Braidlaw, et regi devenerunt ratione recognitionis ob alienationem per eum vel per quondam Jo. L. de B. ejus patrem factam absque consensu regis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliv. 181.

1826. Apud Edinburgh, 9 Jan.

REX confirmavit cartam Jacobi Dowglas commendatarii de Melros,—[qua ad feudifirmam dimisit WALTERO SCOTT de Harden, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Langhoip (ad se in feudifirma pertinentes), in dominio et regalitate de Melros, vic. . . .:—REDDEND. dicto Jac. 6 lib. 13 sol. 4 den., et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Wil. Scott:—TEST. Joanne Murray de Blakbarronie, Nicolao Cairnecors de Calfhill, Wil. Murray fratre germano dicti Jo., Walt. Henrysoun scriba:—carta scripta per M. Davidem Boyis servitorem dicti Walt. II.:—Apud Edinburghum, 13 Jun. 1594]:—NECNON cartam M. Joannis Home, filii legitimi quondam Joannis Home de Carrelsyde,—[qua, pro perimptione contractus de data presentium, vendidit dicto Walt. Scott, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Over et Nether Cleifhoipis, Quheil Kirk, Quheil Landis, Ormesclench et Abbotissykis, in Liddisdail, vic. . . .:—REDDEND. regi 10 merc. feudifirme; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine:—TEST. Jo. Murray, Rob. Cairnecors, mercatoribus et burgensibus de Edinburgh, Jac. Ramsay, And. Gourlay (scriptore carte), servitoribus Jacobi Kymeir scribe signeto regio:—Apud Edinburgh, 13 Aug. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliv. 183.

1827. Apud Edinburgh, 9 Jan.

REX,—pro se et tanquam administrator Henrico duci de Rothsay com. de Currik dom. Harum baroni de Renfrew Magne Britannie principi ac Scotie senescallo, filio suo natu maximo,—confirmavit cartam Hugonis com. de Eglington dom. Montgomerie et Kilwynning,—[qua, pro perimptione contractus de data presentium,

confirmavit et, pro servitio sibi et suis predecessoribus impenso, de novo dedit consanguineo suo ROBERTO MONTGOMERIE de Skelmurlie, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—10 libratas terrarum antiqui extentus de Skelmurlie, cum fortalicio, molendino et silvis, in balliatu de Cunynghame, vic. Air; 8 libratas ant. ext. de Lochlibosyde cum molendino, in baronia et vic. de Renfrew; 21 librat. 6 sol. 8 den. ant. ext. de Lochransay et Sannokis cum molendinis et silvis, in insula de Arrane, vic. Bute; 2½ mercat. ant. ext. de Bourtriehill cum mansione, cum 2 partibus communis more includendo 3 *fauld*s inter dictam moram et Blaketbank, cum dimidia parte more inter terras de Stane et Stottanerig, in dominio de Stane, balliatu de Cunynghame, vic. Air;—quas idem Rob. resignavit; et quas dictus Hugo incorporavit in liberam tenandriam de Skelmurlie:—TENEND. de dicto Hug.; cum liberis forestis ubi memora fuerunt:—REDDEND. wardam &c.; taxando wardam et nonintroitum ad 160 lib., et maritagium ad 500 merc.:—cum precepto sasine directo Jo. Boyle de Kelburne:—RESERVATO Margarete Dowglas sponse dicti Rob. vitali reddito de Lochlibosyde:—TEST. Jo. et Geo. Montgomerie fratribus dicti Rob., M. And. Dalrumpill, Willelmo Montgomerie scriba ballivo deputato de Cunynghame (scriptore carte), notariis:—Apud Kilwynning, 18 Feb. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliv. 184.

1828. Apud Edinburgh, 9 Jan.

REX confirmavit cartam Joannis Harvie burgensis de Irwing et Besete Montgomerie conjugum,—[qua, pro perimptione contractus de data presentium, vendiderunt JACOBO MOWATT de Busbie, et JEANNE WALLACE ejus sponse,—40 solidatas terrarum antiqui extentus vocat. Kirkland de Dreghorne, cum communi mora adjacen. (intra bondas specificatas), in parochia de Dreghorne, balliatu de Cunynghame, vic. Air:—TENEND. dictis Jac. et Jean. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Jac. quibuscunque, absque reversione, de rege (loco

vicarii de Dreghorne) in feudifirma:—REDDEND. 5 sol. pro qualibet 6 bollarum farine avenaticæ, 4 den. pro qualibet 24 *liv maill-foullis*, 40 sol. pro ceteris firmis, gressumis et decimis garbalibus ex antiquo solvi consuetis, et 10 sol. augmentationis, in toto 4 lib. 8 sol.:—cum precepto sasine directo Allano Stevinstoun in Mylnetoun:—TEST. Rob. Wallace in Galriggis, Alex. Dunlope ballivo et burgensi de Irwing, Allano Stewinstoun in Craig de Robertoun, Rob. Sympsoun fabro lignario burgen. de Irwing:—carta scripta per Wil. Montgomerie scribam:—Apud burgum de Irwing, 14 Jan. 1603]:—NEENON cartam Hugonis com. de Eglintoun dom. Montgomerie et Kilwynning,—[qua confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit dicto Jac. Mowatt, heredibus ejus masc., successoribus et assignatis quibuscunque,—2 mercatas 10 sol. terrarum antiqui extentus de 5 mercatis de Halbarnis, de Oversyid earundem, in baronia sua de Robertoun et balliatu de Cunynghame;—quas idem Jac. personaliter resignavit;—neenon vendidit dictis Jac. &c.—30 sol. ant. ext. terrarum de Halbarnis, extenden. cum reliquis ad 5 mercatas:—REDDEND. dicto Hug. wardam &c.; taxando wardam et relevium ad 30 libras:—cum precepto sasine directo Carolo M'Morane servitori dicti Jac.:—TEST. Tho. Newing de Monkriding, Wil. Cauldwell de Chalmerhousis, Hugone Garven clerico balliatus de Cunynghame (scriptore carte), Thoma Wallace, famulis dicti comitis, Gavino Meinzeis, Geo. Nemoche famulo dicti Jac.:—Apud Kilwynning, 3 Jan. 1607]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 320.

1829. Apud Edinburgh, 9 Jan.

REX confirmavit cartam M. Joannis Home, filii legit. quondam Joannis H. de Carrelsyd,—[qua,—pro impletione contractus de data apud Edinburgh, 9 Jun. 1606,—vendidit GILBERTO ELLOTT de Horsliehill, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Baxtaneleyis, vic. Roxburgh:—REDDEND. regi 5 mercas feudifirme; neenon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine:—TEST. Jac. Kynneir scriba signeto regio, And. Hay (scriptore carte),

Jacobo Ramsay, Tho. Lyndsay, servitoribus dicti Jac. K., Laurentio Scott scriba:—Apud Edinburgh, 11 Jun. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 321.

1830. Apud Edinburgh, 9 Jan.

REX confirmavit cartam Willelmi Auchterlony de eodem,—[qua,—pro perimptione contractus inter se et Wil. A. filium suum, apparentem de eodem, ab una, et Pat. A. quartum filium suum ab altera partibus, de data apud Kellie, 28 Apr. 1603,—vendidit dicto PATRICKO AUCHTERLONY, heredibus ejus et assignatis, sub reversione continen. 3000 mercarum,—terras de Eister Bonhard, et partem de Wester B. extendentem ad 4 boum arationem (*four oringung laulis*), per dictum Pat. occupatam, cum tenentibus &c., moris, maresiis, gramine, in baronia (de) Kellie, vic. de Forfar:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Alex. Auchterlony in Balmirmer:—TEST. M. Thoma Glover ludimagistro apud Arbirlat, Jo. Quhyte, Alex. Ellen, servis dicti Wil. senioris, Walt. Ferrou in Bonitoun, Davide Auchterlony in Kellie, M. Geo. Aikman notario (scriptore carte):—Apud Kellie, 29 Apr. 1(6)03]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 352.

1831. Apud Edinburgh, 10 Jan.

REX,—cum avisamento &c. (130.),—confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit ROBERTO KENNEDY filio legit. natu maximo Quintini K. in Thornehill, et MARGARETE HAMMILTOUN ejus sponse,—quartam partem 10 libratarum terrarum de Lymflair nuncupat. Auchtinglen, Ryding-Burnehaid, Cruik de Yaird, Camburne, vic. de Lanark;—quam eadem Marg. cum consensu dicti Rob. resignavit:—TENEND. dictis Rob. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus def., heredibus et assignatis dicti Rob. quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 319.

1832. Apud Quhythall, 10 Jan., et apud Edinburgh, 29 Jan.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta 456*),—cum consensu &c.

(119. 126.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit WILLELMO MAXWALL de Kirkhous, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—terras de Justingleyis, cum terris, pratis, moris et marresiis circumjacentibus, vocatas *lie* Kingis-commoun seu Kingis-forrest (intra bondas specificatas), cum silvis et piscationibus, in senesc. Vallis Annandie, vic. Drumfreis;—que fuerunt pars patrimonii corone;—necnon terras ecclesiasticas ecclesie et parochie de Kirkpatrik-Fleming (extenden. ad 10 acras aut eocirca), et ecclesie et parochie de Cummertreis (extenden. ad 14 acras aut eocirca), in eodem senesc.; cum advocacione rectorie ecclesie et parochie de Kirkbene cum rectoriis decimis &c., necnon vicarie dicte ecclesie cum vicariis decimis, decimis farine, decimis garbalibus, feni &c., in senesc. de Kirkcudbrycht, vic. de Drumfreis; cum advocacione rectorie et vicarie ecclesie et parochie de Annand cum decimis &c., in senesc. Vallis Annandie, vic. Drumfreis;—et voluit quod unica sasina apud Justingleyis capienda pro omnibus staret:—REDDEND. pro Justingleyis 8 mercas, et 4 sol. augmentationis, ac duplum feudifirme in introitu heredum et assignatorum; pro terris eccles. de Kirkpatrik-Fleming 20 sol., et 2 sol. augmentationis; pro terris eccles. de Cummertreis 20 sol., et 3 sol. augmentationis; pro dictis advocacionibus 2 den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 394.

1833. Apud Edinburgh, 12 Jan.

REX confirmavit cartam Joannis Erskyne de Dun,—[qua,—cum consensu Joannis com. de Mar dom. Erskyne et Garioche &c., D. Davidis Lindesay de Edzell militis unius dominorum concilii regis, D. Jacobi Serymgeour de Dudope militis et Davidis Carnegye de Kinaird,¹ curatorum suorum,—pro perimptione contractus matrimonialis inter se cum dicto consensu ab una, et Jac. Haliburtoun de Piteurrie pro ipso et pro Magdalena et Joanna H. ejus filiabus legit. ab altera partibus, de data apud Dudope et . . . , 4 Dec. et . . . 1603,—concessit dicte MAGDALENE HALIBURTOUN conjugii sue future, in ejus

pura virginitate, in vitali reddito,—in contentationem ejus tertie,—terras suas de Glaskennoch cum parvo molendino earundem, terris molendinariis &c., terras de Fordes, Somishill, Balwelo, Pugistoun, molendinum granorum de Dwn cum ejus terris, multuris &c., et presertim cum astrictis multuris baronie de Dwn et aliarum terrarum ad dictum Jo. et predecessores suos spectantium consuetis,—necnon, in warrantum earundem, terras dominicales de Dun cum fortalicio et manerie,—in baronia de Dwn, vic. Forfar:—REDDEND. regi pro terris &c. principalibus servitia et jura consueta; pro terris dominicalibus unum den. argenti nomine albe firme:—cum clausula warrantizationis, presertim ad manus . . . Grahame relicte Roberti Erskyne de Dwn proavi dicti Jo., Agnetis Ogilvie avie dicte Jo., Roberti Erskyne apud molendinum de Dwn, Joannis Cullaice de Balnamwne, Alexandri Erskyne in Balwelo, Patricii Erskyne fratris germani dicti Roberti apud Dwnismylne, Roberti Keyth fratris germani Jacobi Keith de Canterland, Margarete Erskyne sororis germane dicti Joannis, et heredum Thome Erskyne in Taok:—cum precepto sasine directo Joanni Haliburtoun in Ketines:—TEST. (apud Dudope) Jo. Serymgeour filio legit. dicti D. Jac., Gilberto Serymgeour fratre germano Joannis S. de Kirktoun, And. Moncur de Balmaw, Alex. Craw et M. Alex. Robertson servis dicti D. Jac., Jo. Pattoune notario in Dundie (scriptore carte); (apud Lewcharis et Edzell) Geo. Craw, Pat. Mauld, servis dicti Dav. Carnegye, Jo. Norie in Brichen notario, Jo. Halyburtoun in Ketnes, Laurentio Dromme servo dicti Jo. Erskyne:—Apud Dudope, Lewcharis et Edzell, 3, 4 et 11 Jan. 1604]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 190.

1834. Apud Edinburgh, 13 Jan.

REX,—cum consensu &c. (127.),—in feudifirma dimisit HOMERO MAXWELL commissario de Drumfreis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—6 mercatas terrarum de Mekill Spadoche antiqui extentus, cum molendinis, silvis, piscationibus,

¹ The Introductory clause adds "militis."

cuniculariis, pratis, terras *lic* Threiplandis ad eas adjacentes (per dictum Hom. occupat.), 5 rudas *lic* Myndameheid (inter terras domini de Conhaithe per Wil. M'Joir et Jac. Rig occupat.), vic. Drumfreis;—que ex antiquo ad abbatiam de Halywode pertinuerunt;—necnon 6 sol. 8 den. terrarum in Burneskarth (per Homerum Gaw et Phil. Colpland occupat.), 8 sol. 4 den. in Dempstartoun (per Davidem Morrane et Jo. M'Kynmay occupat.), 6 sol. in Barsivalow (per Tho. M'Murdie occupatas), 6 sol. in Killelago (per Tho. M'Murdy, Davidem Morrano et Jo. Sandersoun occupat.), vic. Drumfreis;—que ex antiquo ad abbatiam de Melros pertinuerunt:—REDDEND. pro Mekill Spadoche 4 lib. 16 sol. 4 den., pro Threiplandis 3 sol. 4 den., pro 5 rudis 3 sol. 4 den., pro Burneskarthe 6 sol. 8 den., pro Dempstartoun 8 sol. 8 den., pro Barsivalow 6 sol., pro Killilago 6 sol., et 6 sol. 8 den. augmentationis, cum aliis deveriis et serviitiis debitis et consuet.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—et rex voluit quod unica sasina apud Mekill Spadoche capienda pro omnibus staret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 318.

1835. Apud Edinburgum, 19 Jan.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 1827),—confirmavit cartam quondam Hugouis domini Montgornie,—[qua, pro benemeritis &c., concessit consanguineo suo (quond.) JOANNI MONTGORNIE de Corseraigis militi, heredibus ejus et assignatis,—terras de Hessilheidis, Heichheid-major et Heichheid-minor, et Bawgra, cum 2 mercat. terrarum de Drumbowie (16 denariatis earundem dicto Hug. reservatis), in dominio suo de Giffin, vic. Air:—REDDEND. dicto Hugoni unum den. apud Greyhill nomine albe firme:—TEST. Jo. Montgornie de Skehmorly, And. Crawford de Badlane, Rob. Fergushill de eodem, Tho. Bole de Ryishoume, Alex. Montgornie de Bradstan, Thoma Cameron notario publico:—Apud burgum de Air, 16 Jun. 1505]:—PRETEREA rex, pro servitio sibi suisque progenitoribus prestito, ac pro compositione persoluta, superscripta ROBERTO MONTGORNIE tunc de Essilheid

(vel Hessilheid), heredi dicti Jo. M. de C. ejus abavi, heredibus ejus et assignatis quibuscumque, quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 382.

1836. Apud Edinburgum, 19 Jan.

REX confirmavit cartam Joannis archiepisc. Glasguen,—[qua, cum consensu decani et capituli Glasguen., ad feudifirmam dimisit NINIANO STEWART incole Glasguen., heredibus ejus et assignatis quibuscumque,—13 solidatas 4 den. terrarum antiqui extentus in Nedder Newtoun (que olim ad Wil. Craig in Partik in rentali spectabant), in parochia, baronia et regalitate Glasguen., vic. Lanerk;—que a nativo et antiquo earum rentalizatore per dictum Nin. conqueste sunt:—REDDEND. dicto archiepisc. 4 bollas brasei et 4 bol. farine avenatice, cum multuris molendino de Partik consuetis, et 4 den. augmentationis; 3 sectas ad 3 placita capitania in civitate Glasguen.; et comparando in ceteris curiis dicte regalitatis cum requisiti essent; et solvendo 26 sol. 8 den. in introitu heredum et assignatorum:—cum precepto sasine directo D. Matheo Stewart de Mynto militi, ballivo deputato dicte regalitatis:—TEST. M. Pat. Scharp rectore collegii Glasguen., Davide Forsyth de Dykis, M. Jo. Broun in Cadder, Rob. Blunt servo dicti archiepisc., Jo. Thomesoun scriba, Georgio Huchisone notario clerico dicte regalitatis (scriptore carte):—Apud Glasgow, 12 Nov. 1606]:—INSUPER, pro servitio sibi et predecessoribus suis prestito, dictas terras dicto Niniano Stewart de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 383.

1837. Apud Edinburgum, 21 Jan.

REX,—cum consensu &c. (126.),—confirmavit cartam quondam Roberti Ker in Melros, — [qua concessit KATHERINE KER sponse sue, in vitali reddito,—duo molendina granaria de Melros (*the twa corne mylnes of Melros*), cum multuris et *lic* *sukin*, in dominio de Melros, vic. de Roxburgh:—REDDEND. regi 48 lib. feudifirme:—TEST. Tho. Cranstoun, Wil. C. ejus fratre germano, Michaelae Fischer in Dernik, Jo. Scott notario publico (scriptore carte):—Apud Melros, 9 Feb. 1595]:—

NECXON cartam Roberti Boustoune, filii et heredis quond. Andree B. in Melros,—[qua vendidit dictis ROBERTO KER et Kath. Ker ejus sponse—tenementum et hortum adjacen. vocat. *lie Sand-gaird* aut *Conventis-gaird* cum columbario, infra *lie mantilwall* monasterii de Melros, acram suam terre super *lie* Querrillhill, acram vocatam *lie* Wolmedow, in territorio de Dernik, cum decimis garbalibus inclusis, 3 acras in *lie* Annaye de Melros cum decimis garbalibus, in dominio et regalitate de Melros, vic. Roxburgh:—TENEND. dictis Rob. K. et Kath. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter eos procreatis, quibus deficientibus, heredibus sive assignatis dicti Rob. Ker quibuscunque, sine reversione, in feudifirma:—REDDEND. pro tenemento &c. Joanni Dowglas de Kennestoune 4 lib., pro prima acra regi unum den. si peteretur, pro altera acra Jacobo Maitland de Lethingtoun 20 sol., pro 3 acris commendatario de Melros 6 firloas farine et 3 firlo. orlei mesure granarii (*girnell-mett*) de Melros, et 3 capones:—TEST. Rob. Ormestoune de Auld-Melros, Wil. Edyar in Melros, Quintino Boustoun burgen. de Edinburgh, Jo. Hunter, Jo. Scott (scriptore carte), notariis publicis, Jacobo Elyar in Melros:—Apud Melros, 4 Jul. 1601]:—PRETEREA suprascripta dicte Katherine, et heredibus inter eam et dictum Rob. K. procreatis, quibus deficientibus, heredibus eorum quibuscunque, de novo ad feudifirmam locavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 186.

1838. Apud Edinburgum, 22 Jan.

REX,—pro se et tanquam administrator &c. (*ut in carta* 174),—confirmavit cartam Hugonis com. de Eglintoun dom. Montgomerie et Kilwynning,—[qua concessit Domine MARGARETE MONTGOMERIE sponse sue,—que ipsi fuit proxima sanguine et natu succedere,—terras et dominium de Eglintoun, extenden. ad 40 mercat. terrarum antiqui extentus, cum castro, molendinis, silvis, piscationibus, tenentibus &c., advocacione capelle S. Wissani in dicta baronia situate, terras et baroniam de Ardrossane, extenden. ad 120 librat. ant. ext. cum castro, molendinis, silvis, piscationi-

bus, advocacione capellaniarum de Salteoitt et Busbie, cum annuo reddito . . . de terris de Montfode, terras de Horseraigis cum tenentibus &c., terras et baroniam de Robertoun extenden. ad 40 libratas antiqui extentus (exceptis 40 solidatis de Annanhill ad dom. Hunterstoun spectantibus), cum earum molendinis, tenentibus &c., in balliatu de Cunynghame, vic. Air; terras et baroniam de Eglischame, cum castro, molendinis, tenentibus &c., advocacione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Eglischame, capelle et capellanie de Nether Craig et *lie Lady-preistschip* dicte ecclesie, in baronia et vic. de Renfrew; terras de Lang-Dreg-horne extenden. ad 21½ mercat. ant. ext., cum molendino, tenentibus &c., in balliatu de Cunynghame, vic. de Air; terras et baroniam de Eistwode, Langsyde, Newlandis, Thankerland et Myrreleyis, cum fortalicio, manerie, molendinis, tenentibus &c., terras de Scottistoun extendentes ad . . . , cum fortalicio, manerie, molendinis, tenentibus &c., in baronia et vic. de Renfrew; terras de Bonytoun extendentes ad decem libratas antiqui extentus, cum tenentibus &c., et 4 libratas ant. ext. de Piltoun, cum tenentibus &c., vic. Edinburgh, et per annexationem infra vic. de Renfrew; 5 mercatas ant. ext. de Cauldwell, cum castro, manerie, molendinis, 8 librat. ant. ext. de Lochlibosyde, in baronia et vic. de Renfrew; terras, dominium et baroniam de Giffin, extenden. ad 100 mercatas ant. ext., cum molendino de Hessilheid, ejus aqueductu et multuris, tenentibus &c., in balliatu de Kyle-stewart, vic. de Air; 4 mercat. ant. ext. de Wrychthill, cum annuo reddito 50 sol. de terris de Drumdow, in Kyle-regis, vic. Air; terras, dominium et baroniam de Torboltoun, extenden. ad 100 libratas ant. ext., cum tenentibus &c., advocacione rectorie et vicarie de Tarboltoun, in balliatu de Kyle-stewart, vic. Air; terras de Poldrate, vic. Linlythgow; terras de Stane extenden. ad 10 librat. ant. ext., cum tenentibus &c., in balliatu de Cunynghame, vic. Air; terras de Lochransay et Sannokis cum fortalicio et silvis, in insula de Arrame, vic. Bute; 5 mercat. terrarum ant. ext. de Litill Cumray cum fortalicio et cuniculariis, vic. Bute; 5 mercatas de

Nether Auchindrane ant. ext. alias Brig-end, jacen. apud pontem aque de Dune, in balliatu de Carrik, vic. Air; 10 mercatas de Langschaw, 5 mercatas de Crivoch-Montgomerie, 5 mercat. de Gallowherrois, cum tenentibus &c., et advocacione capellanie de Langschaw, 20 solidat. de Snodgers-Montgomerie et Bartanholme ant. ext., 6 sol. 8 den. de Braidsorrow alias Kempisland, in balliatu de Cunynghame, vic. Air; terras, dominium et baroniam de Kilwyning, Beith, Lyanderoce, terras ecclesiasticas de Dalry, Kilmernok, Irwing, Kilwyning, Perstoun, Stewartoun, Kilbryde, Kilbirny, Beith, Dunlope, Lowdoun, Stevinstoun, Ardrossane, cum advocacione rectoriarum et vicariarum ecclesiarum earundem, necnon ecclesiarum de Dumbartane et Kilmacarnik, ab antiquo ad monasterium de Kilwyning spectantes, cum libera regalitate dict. terrarum, domini et baroniarum de Kilwyning; cum hereditario officio balliatus dict. regalitatis, necnon officio balliatus et coronatoris de Cunynghame et camerarie de Irwing, cum privilegiis &c.; —que omnia (preter regalitatem de Kilwyning et officium balliatus ejusdem, et terras de Scottistoun) antea in unam baroniam de Eglintoun incorporata fuerant: —TENEND. dict. Margarete et heredibus masc. inter se et eam legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. quibuscunque dict. Marg. legitime procreandis cognomen et arma de Montgomerie per eorum patrem (cui dicta Marg. nupta esset) et ejus predecessores gerentibus et aliud cognomen per prius nullo modo habentibus, quibus def., seniori heredum fem. de corpore dicti Hug. aut dict. Marg. legitime procreand. absque divisione (subprovisione subscripta), quibus def., dicto Hug. et heredibus suis masc. quibuscunque reversuras, viz. regalitatem de Kilwyning cum pertinentiis de rege, cetera de Henrico principe Mague Britannie, Gallie et Hibernie tanquam senescallo Scotie: —REDDEND. pro Kilwyning . . ., pro Snodgers unum den., albe firme; pro Litill Cumray . . . feudiirme; pro ceteris jura et servitia debita et consueta: —RESERVANDO dicto Hug. liberum tenementum, cum privilegio alienandi sub

reversionibus non excedentibus 40000 lib., et (si aliam uxorem duceret post decessum dict. Marg.) eam in baronia de Eglisclame in vitali reddito infeodandi: —Proviso quod liceret dicto Hug. in vita sua superscripta a dictis Marg. &c. redimere per solutionem unius rose nobilis in ecclesia parochiali de Kilwyning sub premonitione 40 dierum (vel ejusdem consignationem in responsabilibus manibus); et quod non liceret dict. Marg. superscripta alienare, neque alii sponso nubere nisi ex cognomine de Montgomerie; et quod dict. heredes femine sub eadem obligatione nubendi succederent; et quod, si essent plures heredes fem. quam illa senior ad superscripta succedens, solveret ceteris heredibus, si due essent, 20000 lib., si plures, 30000 lib. equaliter inter eas dividend.: —cum precepto sasine: —et dictus Hugo voluit quod unica sasina apud castrum de Eglintoun capienda pro omnibus staret: —TEST. Geo. Montgomerie fratre germano Roberti M. de Skelmulie, Nigello et Arch. Montgomerie fratribus, servitoribus dicti Hug., Tho. Montgomerie filio quondam Joannis M. in Blakstoun, Alexandro Montgomerie burgensi in Irwene, Wil. Montgomerie ballivo deputato de Cunynghame, M. And. Dalrumpill (scriptore carte), notariis: —Apud Eglintoun, 14 Oct. 1606]: —INSTR. dict. Marg. de novo dedit dict. antiquam baroniam de Eglintoun, cum terris de Scottistoun et officio balliatus de Kilwyning; et dictam antiquam baroniam de Eglintoun, cum terris de Scottistoun, incorporavit in unam liberam baroniam et comitatum de Eglintoun: —REDDEND. *ut supra* (omisso Kilwyning): —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 185.

1839. Apud Edinburgh, 26 Jan.

REX dedit literas legitimationis JOANNI JAMESOUN et MARGARETE JAMESOUN, filio et filie naturalibus Roberti Jamesoun burgensis de Air servitoris regis. xlv. 187.

1840. Apud Edinburgh, 26 Jan.

REX dedit literas legitimationis JACOBO MURRAY bastardo, filio naturali D. Jacobi M. de Cockpule militis. xlv. 387.

1841. Apud Edinburgh, 28 Jan.

REX confirmavit LAURENTIO DOMINO OLIPHANT, et Domine LILIE DRUMMOUND ejus sponse (in plenam contentationem pro omni conjuncta infeodatione et tertia), in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Laur. quibuscunque cognomen de Oliphant et arma domus de Dipling gerentibus,—terras et baroniam de Kellie, viz. locum et *lie* Maynis de K., Over K., Kellysyde, Baldutho, Belleistoun, *lie* Kelly-mylnis, Arnecloich (vel Arne-croich), *lie* Grenesyde et Petkeiry, cum molendinis, carbonariis, silvis, piscariis, fortaliis, vic. Fyffe; terras de Over et Nether Gask et *lie* Holtoun de Gask, in parochia de Fyndogask, baronia de Gask, vic. Perth;—necnon dicto Laur., ejusque heredibus masc. quibuscunque dict. cognomen et arma gerentibus,—terras et baronias de Abirdagy et Diplene, cum castris, molendinis, silvis, piscariis, et presertim libertate piscandi aquam de Erne tribus diebus in septimana tempore prohibito de jure, cum advocacione ecclesie de Diplene et capellaniarum earundem, cum tenentibus &c., terras et baroniam de Gask, cum molendinis, silvis, piscariis, et presertim &c. (*ut supra*), cum tenentibus &c., vic. de Perth; terras et baroniam de Newtyle et Kilpurny, cum molendino de Newtyle, molendinis, tenentibus &c., binam partem terrarum et baronie de Auchtertyre et Baleraig, cum earum molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., terras et baroniam de Turingis et Drymmie, cum molendinis &c. (*ut supra*), terras et baroniam de Galray, cum molendinis &c. (*ut sup.*), vic. Forfar; terras de Bynzean, dimidietatem de Dumberny, 2 quarterias nuncupat. dimid. de Pitcaithlie, quarteriam de P. nuncupatam Stewartis-quarter, vic. Perth; terras de Hadderwik, cum tenentibus &c., in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—quas omnes idem dominus resignavit; et quas rex, pro homo servitio dicti Laur., dictis personis respective de novo dedit, cum libertate *lie cruves* super aqua de Erne infra bondas de Abirdagy, Diplene, Gask, Bynzean, Dumberny et Pitcaithly imponendi; et omnes incorpor-

avit in liberam baroniam de Abirdagy, ordinando castrum de Diplene principale fore messuagium:—Proviso quod si dictus Laur. heredes fem. tantum de corpore suo procreatas haberet, heredes talie de corpore dicti Laur. minime procreati persolverent dictis heredibus fem., si una esset, 40000 mercarum, si plures, seniori 40000 merc. et unicuique ceterarum 20000 merc., ad earum etates 12 annorum completorum, et interea propriis expensis eas honorabiliter sustentarent secundum earum gradus:—REDDEND. pro Kellie libram albe cere et par chyrothecarum in die S. Monani, pro Abirdegie et Diplene unam merulam ad maneriem de A. ad festum Beati Petri ad Vincula, pro Gask capellum albarum rosarum ad festum Nativitatis B. Joannis Baptiste ad maneriem de G., pro Newtyle et Kilpurny par calcarium alborum apud *lie* Haltoun de Newtyle ad festum Omnium Sanctorum, pro Auchtertyre et Baleraig 3 latas sagittas ad festum S. Martini apud Auchtertyre, pro Turingis et Drymmy unum den. argenti apud Drymmy ad festum Nativitatis Domini, pro Galray libram zinzibilis ad festum Pasche, nomine albe firme; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia vic. de Perth pro omnibus supradictis; pro Bunzean 18 merca, pro Dumberny 10 merc., pro 2 quarteriis de Pitcaithlie 10 merc., feudifirme; pro Stewartis-quarter et Hadderwik jura et servitia antea debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xliv. 188.

1842. Apud Edinburgh, 28 Jan.

REX confirmavit cartam Alexandri com. de Home dom. Jedburgh et Dunglas &c., —[qua,—pro impletionem literarum obligatoriarum de data 18 Maii, registratarum in libris concilii 27 Maii, 1606,—vendidit Domine MARIE SUTIN conjugii sue, in vitali reddito,—terras et baroniam de Dunglas, cum fortalicio, manerie, molendinis, tenentibus &c. (excepta advocacione prepositure ac prebendarum ecclesie collegiate de Dunglas), terras de Thorne-toun, cum fortalicio, manerie, molendino, terris molendinariis, cuniculariis, piscariis, tenentibus &c., in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; terras de Auld Cammes,

Reidcleuchis, Piperdene et Windilawis, cum villis et molendinis, in baronia de Coldinghame, vic. Beruik; necnon terras et baroniam de Broxfield, cum manerie, molendinis, tenentibus &c., vic. Roxburgh; —necnon, in speciale warrantum earundem, terras, dominium et baroniam de Home, cum castro, manerie, molendinis, tenentibus &c. (excepta advocacione ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum):—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Jaspéro Home de Lawfield:—TEST. M. Tho. Ogilvie preposito ecclesie collegiate de Dunglas, Wil. Arnote portionario de Colbrandispeth, Joanne Cranstoun fratre germano M. Thome Cranstoun de Mercistoun, Jacobo Brunfeild de Nether Manis:—carta scripta *ut in carta* 713:—Apud Dunglas, 31 Aug. 1606]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 194.

1843. Apud Edinburgh, 28 Jan.

REX confirmavit cartam Joannis comitis Atholie dom. Invermay et Balvayny &c., et Domine Marie Ruthven comitisse Atholie ejus conjugis, —[qua, vigore contractus de data 17 Jun. 1602, vendiderunt DAVIDI HERING feodataro de Glaselune, D. JACOBO STEWART de Ballachane militi, WILLELMO RUTHVEN feodataro de Bandene, JACOBO SCRYMGEOUR de Fairdill, PETRO HAY de Kirkland et JOANNI STEWART de Granych, eorumque heredibus et assignatis, viz. unicuique eorum sextam partem infrascriptorum, —forestam de Cluny ac terras ejusdem, viz. *the East and West Quarteris*, terras vocat. Stroin, Gorbett, Laduikie, Craigend, Roy-moir, Craigschaill, Birkinhillis, Rochschaill, Schirrefmure, Dullater, *lie* Boig, molendinum vocat. Boig-mylno cum terris molendinariis &c., terras vocatas Ronagrig, Blakeraig et croftam earundem, cum molendino de Blakeraig, ejus terris &c., paream diete foreste vocat. paream de Laichwod, cum castro ejusdem *lie* Laichwode nuncupato, molendinum de L., ejus terras &c., cum silvis, aliisque terris quibuscunque diete foreste ac villis desuper constructis, in comitatu Atholie per annexationem, vic. Perth:—TENEND. de rege; cum privilegio libere foreste:—REDDEND. unum den. argenti novine albe

firmæ:—cum precepto sasine directo Davidi Scrymgeour feodataro de Fordyce:—TEST. M. Davide Gairdin olim de eodem, Jac. Futhie de Gownde, Davide Lyndsay de Correllhill, Willelmo Fyill, Wil. Duncane, notariis:—carta scripta per Jo. Henric notarium in Perth:—Apud burgum de Perth, 1 Jul. 1602]:—NEXON cartam D. Jacobi Stewart de Balloquhane militis, Willelmi Ruthven de Ballindane, Petri Hay de Kirkland et Joannis Stewart de Graniche, —[qua, —pro perimptione litere stipulationis de data apud Perth et . . ., 19 Jul., in libris dominorum concilii registrata 4 Aug., 1604, —vendiderunt Domino Davidi Hering de Lethingdie militi, et Jacobo Scrymgeour de Fairdill, eorumque heredibus masc. et assignatis quibuscunque, inter eos equaliter, —binam partem diet. foreste et terrarum, sibi per dietos quondam com. Atholie et ejus conjugem alienatam:—TENEND. et REDDEND. *ut supra*:—cum precepto sasine:—TEST. D. Rob. Creichtoun de Clunie milite, Jac. Lyndsay de Dowhill, And. Hering de Calleis, And. Kynnaird burgensi de Dundie, Jacobo Strathachin notario publico, M. Jac. S. ejus filio (scriptore carte):—Apud Edinburgh et . . ., 26 Jan. et . . ., 1607]:—INSUPER diet. forestam et terras dictis Dav. Hering et Jac. Scrymgeour de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 390.

1844. Apud Edinburgh, 29 Jan.

REX, —cum avisamento &c. (130. III.), —ad feudifirmam dimisit familiari suo D. THOME HAMMILTOUN de Monkland militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —mineras et metalla cujuscunque generis infra bondas terrarum et baroniarum de Ballinercill, Baithgait, Drumeroe, *lie* Knok de Drumeroe, Tortreven, Torfechin et Hilderstomes, vic. Linlythgow; cum libertate terram fodendi, aqueductus ad fodinarum siccationem deducendi, mineralia lucrandi, exportandi &c., operarios tam Scotos quam alienigenas instituendi, domos, molendina, instrumenta vel opera ignea (*fyre-works*) edificandi, cespites aliaque ignis fomenta effodiendi et ligna cedendi in marressiis aut silvis infra diet. limites aut infra 8 miliaria ab eis existen. (satisfaciendo

pro cespitibus et lignis justum valorem uti convenerat, dominis vero id recipere recusantibus, pretium per dominos secreti concilii vel per duos viros eorum autoritate constituendos [fixum?], vias construendi &c.:—et rex voluit quod unica sasina apud Hilderstoun capienda pro omnibus staret:—REDDEND. decimam partem mineralium effossorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 356.

1845. Apud Edinburgum, 29 Jan.
 REX, — cum avisamento &c. (119.),—concessit ROBERTO ARNOTT de Newtoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—octavam partem ville et terrarum de Kingiskettill, in senesc. et vic. de Fyiff;—quam Hen. Balfour de Drumtenment in ejus favorem resignavit;—necnon octavam partem cum dimidio decimesexte partis earundem;—quam And. Alexander in ejus favorem resignavit;—et decimam sextam partem earundem;—quam Hen. Rymour portionarius de Kingiskettill in ejus favorem resignavit:—TENEND. in feudifirma; cum libero introitu &c. (*ut in carta* 457):—REDDEND. pro parte dieti Henrici B. 33 sol. 4 den., eum 8 bollis 1 firlotha 1 pecca avenarum, 4 bol. 2½ pec. ordei, 4½ pultrias, cum uno anseri; pro parte dieti And. 41 sol. 8 den., 10 bol. 1 firlotha 2¼ pec. avenarum, 5 bollas 3½ pec. ordei, 5½ pultrias, 1¼ anseres; pro parte dieti Hen. R. 16 sol. 8 den., 4 bol. 2½ pec. avenarum, 2 bol. 1¼ pec. ordei, 2¼ pultrias, ½ anseris; et sequete &c. (cum ceteris *ut in carta* 260):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 405.

1846. Apud Edinburgum, 30 Jan.
 REX concessit et quitteclamavit D. JACOBO MURRAY de Cokpule militi, heredibus ejus et assignatis uni vel pluribus,—terras de Seyriggis, extendentes ad 40 solidat. antiqui extentus, eum tenentibus &c., in parochia de Mosuall, senesc. de Annanderdaill, vic. de Drumfreis;—que fuerunt Joannis Carrutheris de Seyriggis vel ejus predecessorum, de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ob alienationem factam quondam Alexandro Cairleill (vulgo *Reid Abee Cairbill*) de

Soupilland aut alijs absque consensu regis:—eum potestate pro declaratione recognitionis prosequendi:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xliv. 385.

1847. Apud Edinburgum, 30 Jan.
Pat. infeodaret in tanto reliquarum terrarum dicte baronie quantum cum suprascriptis extendit ad dictas 10 librat.:—cum precepto sasine directo Adamo Cuninghame filio legit. quondam Adami C. de Auchinbarvie:—TEST. M. Alex. Maxwell de Kilmacolme, Jo. Makbrair servitore dicti domini, Mareo Gledstanis burgensi de Edinburgh, Rob. Galbraith servitore dicti Pat., And. Hay servitore Jacobi Kinneir scribe signeto regio (scriptore carte):—Apud castrum de Edinburgh, 30 Sept. 1607]:—PRETEREA, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Pat. pre-stito, ac pro compositione persoluta, suprascripta quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 108.

2008. Apud Edinburgh, 12 Jan.

REX confirmavit cartam Georgii archiepisc. S. Andree,—[qua, cum consensu decani et capituli S. Andree, ratificavit cartam feodi-firme de data apud civitatem S. Andree, 18 Mar. 1584, per quondam Pat. archiepisc.

¹ The place of granting is supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. lxxvi. fol. 217.

S. Andree factam ALEXANDRO HOP-PRINGILL filio et heredi quond. Georgii H. de Murecleuche, et JONETE HOP-PRINGILL ejus sponse,—de dimidietate terrarum de Cortilferrie, in dominio de Stow, regalitate S. Andree, vic. Edinburgh; —TENEND. dictis Alex. et Jon. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Alex. quibuscunque, de dicto archiepisc.: —INSUPER dictam dimid. dicto Alex., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de novo ad feudifirmam dimisit: —REDDEND. dicto archiepisc. 7 merc. 3 sol. 4 den.; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia apud villam de Stow; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et si in solutione deficerent ita ut unus terminus in secundum curreret, hec infeodatio vacaretur; et prestando juramentum fidelitatis in quolibet introitu; et faciendo exactam diligentiam circa conservationem veterum marchiarum; cum prohibitione alienandi sine licentia dicti archiepiscopi: —SALVIS dicto archiepiscopo regalitate &c.: —cum precepto sasine: —TEST. Wil. Hoppringill portionario de Cortilferrie, M. Davide Wode camerario dicti archiepisc., Davide Skynner secretario dicti archiepisc., Jo. Ros notario publico servitore M. Joannis Paip scribe Edinburgi (scriptore carte): —Apud Edinburgh, 2 Jan. 1608]: —PRETEREA, pro servitio per dictum Alex. H. de Murecleuch (tunc de Cortilferrie) prestito, ac pro compositione persoluta, dietas terras quitteclamavit: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 123.

2009. Apud Edinburgh, 14 Jan.

REX—concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit GEORGIO AIRTH de Foxtoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Dura, cum superioritatibus, tenentibus &c., in baronia de Strathmigo per annexationem, vic. Fyiff;—quas D. Jac. Scott de Balwerie miles in ejus favorem resignavit: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 121.

2010. Apud Edinburgh, 18 Jan.

REX concessit ROBERTO CREICHH-

TOUN fratri germano D. Joannis C. de Innernytie militis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Rattray, cum castro, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., vic. Perth;—que fuerunt quondam Joannis com. de Athole domini Balveny qui ultimo decessit apud Perth, et antea quond. Joannis com. de A. ejus patris olim cancellarii Scotie, de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ob alienationem absque licentia regis factam: —cum potestate pro declaratione recognitionis prosequendi: —REDDEND. jura et servitia debita et consueta: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 105.

2011. Apud Edinburgh, 19 Jan.

REX confirmavit cartam Jacobi dom. Hay de Yester,—[qua,—pro perimptione contractus matrimonialis, in libris concilii registrari continen., inter ALEXANDRUM FERMELINODUNI comitem dom. Fyvie et Wrqhart magnum cancellarium Scotie ab una, dictum Jac. et Dominam Margaretam Ker dominam Yester conjugem suam et Dominam Margaretam Hay filiam suam unicum, cum consensu consanguineorum et amicorum subscribentium, ab altera partibus,—cum consensu dict. conjugis et consanguineorum &c.,—vendidit dicto Alex., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—annuum redditum 2000 lib. de terris et dominio de Yester: —TENEND. per dicto Jac., usque ad redemptionem ejusdem: —REDDEND. unum den. albe firme: —cum precepto sasine directo Jo. Hereis servitori dicti Jacobi: —TEST. (ad subscriptiones dictorum Jac. et Marg. K.) Wil. Cokburne apparente de Newhall, M. Geo. Butler, Jo. Ker, servitoribus dicti Jac.; (ad subscriptionem Alexandri com. de Linlithgow) M. Jac. Levingstoun filio quondam Joannis L. de Grottinfute, Tho. Callender, servitoribus dicti comitis de L.; (ad subscriptionem Marci com. de Lowthiane) Davide Borthuik et Tho. Giffert servitoribus dicti Marci: —carta scripta per Joannem Ros notarium publicum, servitorem M. Joannis Paip scribe Edinburgi: —Apud Bothanes, Callender, Newbottill et . . . , 11, 13, 15 et . . . Nov. 1607]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 116.

2012. Apud Edinburgh, 21 Jan.

REX, — intelligens JOANNEM MORTIMER, servum Andree Fraser de Stanywode, apud 8 bovatas terrarum in veteri oppido de Cuirnebrogy (per eum occupat.), in parochia de Tarvis, vic. Abirdene, solitum esse ob ludum et oblectamentum et ob avium aliarumque ferarum per selepettos confectionem uti machinis *lie gunnis* et *pistolettis* aliisque machinis ignotis et per aeta parliamentorum prohibitis, — dedit literas remissionis dicto Jo., pro ejus vita duraturas, — pro dicta selepettis jaculatione infra dictos limites aut alibi infra regnum, ante diem date. xlv. 107.

2013. Apud Edinburgh, 22 Jan.

REX confirmavit cartam Roberti Schaw de Foulsehillis, — [qua, pro perimptione contractus de data presentium, vendidit ALEXANDRO TYNDAILL de Eister Torbanis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras de Fulsehillis, in proprietate et tenandria, cum tenentibus &c., in parochia de Levingstoun, vic. de Lynlythgow : — TENEND. de rege : — cum precepto sasine : — TEST. Thoma Woddel servitore dicti Rob., Jac. Johnstoun notario publico (scriptore carte), Thoma Brown in Mekill Blakburne, Tho. West ibidem : — Apud Mekill Blakburne, 14 Dec. 1607] : — INSUPER, pro bono servitio, dict. terras dicto Alex. de novo dedit : — TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 113.

2014. Apud Edinburgh, 23 Jan.

REX dedit literas remissionis WILLELMO LAUDER in Dunbar, pro ejus vita duraturas, — propter occisionem Joannis Liddell de Toxsydhill, commissam mense Jul. 1594. xlv. 106.

2015. Apud Edinburgh, 26 Jan.

REX confirmavit cartam factam per Rob. Nisbitt de Dalzell liberetenementarium dimidietatis baronie de Dalzell-Nesbitt, cum consensu Roberti N. junioris de D. ejus filii et heredis apparentis, feodatarii ejusdem, — [qua vendidit ROBERTO FLEMYNG in Clydesyde,¹ et MARGAR-

ETE HAY ejus sponse, — ter. de Raviniscraig, cum silvis et piscariis, in baronia de Dalzell, vic. Lanerk ; — quas Rob. Ballie de Park, cum consensu Willelmi B. filii sui et heredis apparentis, Roberti Naper de Blakyardis et Joannis Hammiltoun filii naturalis quondam Archibaldi H. fratris quond. Andree H. de Lethame, in eorum favorem resignavit : — TENEND. dictis Rob. F. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Rob. F. de corpore legit. procreandis, quibus def., Rob. F. ejus filio naturali et heredibus ejus de corpore legitime procreandis, quibus def., heredibus dicti Rob. F. senioris quibuscunque, sive assignatis, de dictis Rob. N. seniore et juniore : — REDDEND. 40 sol. feudifirme : — cum precepto sasine directo Jo. Naismyth vocato de Bait : — TEST. Jac. Hammiltoun, Jo. Alexander, ballivis burgi de Hammiltoun, Tho. Hinchaw seniore in Nethertoun, Jo. Hammiltoun serjando regio vicecomitatus de Lanerk, Jo. Robertoun scriba curie vicecomitatus de Lanerk (scriptore carte), Bartholomeo R. ejus filio : — Apud Hammiltoun, 6 Jul. 1606] : — INSUPER suprascripta quitteclamavit : — TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 124.

2016. Apud Edinburgh, 26 Jan.

REX, — cum consensu &c. (126.), — ratificavit cartam de data 17 Maii 1607, per Tho. Inglis portionarium de Auld Listoun factam JOANNI CALLENDER in *lie* Westertoun de Bothkenmar, heredibus ejus et assignatis, irredimabiliter, — de bovata terre *lie* Westir Oxingait glebe vicariatus de Bothkenmar (per dictum Jo. occupata), vic. de Striviling ; — TENEND. de rege (loco vicarii de Bothkenmar) in feudifirma, pro solutione 4 lib. 2 sol. 3 den., et duplicatione feudifirme in introitu heredum : — NECNON ceteras cartas dictis Jo. et Tho., eorum autoribus et predecessoribus desuper factas : — PRETEREA, pro bono servitio, dict. terras dicto Jo. de novo ad feudifirmam locavit : — REDDEND. *ut supra*, cum 2 sol. augmentationis : — TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 128

¹ In one clause styled "*de Clydesyde*."

2017. Apud Edinburgum, 26 Jan.
 REX, — cum consensu &c. (119.), — confirmavit cartam Henrici Bonar de Lumquhat-milne,—[qua, — cum consensu Willelmi B. filii sui et heredis apparentis, —pro perimptione contractus de data presentium, vendidit STEPHANO PATERSOUN, clerico senescallatus de Fyiff, — molendinum de Lumquhattis, cum terris molendinariis, communi pastura et terra subhumida *lie sraird-eird* (inter Brydiswell et alias bondas specificatas), in dominio et vic. de Fyiff:—TENEND. dicto Stephano et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legitime procreandarum absque divisione, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti Steph. quibuscunque, de rege in feudifirma:—REDDEND. 11½ merc., et 12 capones; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; cum observatione ceterorum in originali infeofamento content.:—cum precepto sasine directo Jac. Maxuell seniori portionario de Auchtermuchtie:—TEST. M. Joanne Awerie burgen. de Falkland, Hectore Arnot notario publico ibidem, Jo. Nicol notario ibid., Jo. Arnot portionario de Colsey, Davide Bennet servitore Patricii dom. de Lundoris, Alex. Merschell (scriptore carte) et Jo. Litaljohne servis dicti Steph.:—Apud Faulkland, 17 Nov. 1607]:—TEST. 99. 46. 93. 81. 72. 86. 49. 78.

xliv. 132.

2018. Apud Edinburgum, 26 Jan.
 REX,—cum consensu &c. (119.),—confirmavit cartam Michaelis Scott portionarii de Auchtermuchtie,—[qua,—pro perimptione obligationis facte per se cum consensu Margarete Lundy conjugis sue, de data presentium,—vendidit M. ROBERTO SCOTT deputato directori cancellarie, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—5 librat. terrarum australis quarterie de Auchtermuchtie (viz. 3 librat. que fuerunt quondam Andree Robertsoun, erectas in tenandriam australis quarterie de Auchtermuchtie, 1 librat. que pertinuit ad Jonetam R. filiam legit. dicti Andree et quond. Margarete Spens ejus sponse et ad

Jo. Couper sponsum diete Jon., 1 librat. que fuit quond. Stephani Laing portionarii de Auchtermuchtie), in senesc. et vic. de Fyiff; cum pleno jure communie super montem de Auchtermuchtie et *lie* Quhytfeild (intra bondas specificatas):—TENEND. de rege in feudifirma:—REDDEND. pro 3 libratibus 4 libras 2 sol. 6 den., 6 bollas 3 firlotas tritici, 8 bol. 1 firl. 3 peccas ordei, 6 bollas 3 pec. avenarum, 9 pultreas, 3¼ anseres, cum servitio debito et consueto; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum;—pro quarta librata 27 sol. 6 den., 2 bol. 1 firl. tritici, 2 bol. 3 firl. 1 peccam ordei, 2 bol. 1 pec. avenarum, 1¼ anseres, 3 pultreas;—pro quinta librata 2 bol. 1 firl. frumenti, 2 bol. 3 firl. 1 pec. ordei, 2 bol. 1 pec. avenarum, et 27 sol.; et 4 den. augmentationis; necnon duplicando &c. (*ut sup.*):—cum precepto sasine:—TEST. Jacobo Scott scriba signeto regio, Jo. Martene ejus servitore, Ric. Scott olim portionario de Casche-Eister tunc apud Westbrig de Kirkcaldie commorante, Davide S. ejus filio, Jac. Boyde in Edinburgum (scriptore carte):—cum subscriptione diete Marg. in signum ejus consensus:—Apud Edinburgum, 3 Jun. 1607]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 145.

2019. Apud Edinburgum, 28 Jan.
 REX confirmavit cartam Joannis Mure de Auchindrane, — [qua,—pro observatione litere dispositionis de data presentium, et pro 2650 merc. persolutis,—vendidit JOANNI STEWART de Montquhill, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, absque reversione, — mercatam terrarum antiqui extentus de Glen (per eum occupat.), in parochia de Dalry, senesc. Kirkcudbrycht:—REDDEND. Andree domino Stewart de Uchiltrie 6 lib. 16 sol. 8 den. feudifirme duntaxat:—cum warrantizatione a libero tenemento Margarete Sinclair relicte Georgii Sincler:—cum precepto sasine directo Jac. Gordoun in Sanct-Johnis-clauchen:—TEST. Jac. Schalmer de Gaitgirth, Jo. Chalmer ejus filio et herede apparente, Walt. Mure de Cloncaird, Jo. Mure in Wodland, M. Wil. Hammiltoun ministro de Dalry, Wil. Wallace de Dullaris, Jo. Wallace de Burnebank, Wil. Stevin, Georgio Angus clerico

balliatus de Kyle-stewart:—carta scripta per Jac. Wallace servitorem dicti Geo. A.:—Apud burgum de Air, 14 Feb. 1601]:—PRETEREA dictas terras quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 120.

2020. Apud Edinburgh, 28 Jan.

REX,—cum consensu &c. (129.),—concessit ANDREE WARDLAW juniori de Torrie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Reiddie et Langsaird alias *the Waird of Ralvie*, cum saltibus *lie parkis* et pratis, vic. Fyiff;—que fuerunt D. Jacobi Scott de Balverie militis et ejus predecessorum, de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ob alienationem absque regis licentia factam:—cum potestate actionem recognitionis prosequendi:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 125.

2021. Apud Edinburgh, 30 Jan.

REX,—cum consensu &c. (126.),—in feudifirmam dimisit et quitteclamavit WILLELMO DOWGLAS de Ivelie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—*lie* Maynis de Swynwode cum fortalicio et manerie, extenden. ad 10½ terras husbandias, cum 5 cottagiis (*coitlandis*) in villa et territorio de Swynwode, molendinum de S. cum ejus terris &c., in baronia de Coldinghame, vic. de Beruik;—que olim ad monasterium de Coldinghame pertinuerunt:—REDDEND. 20 mercas, 48 capones, 22 pultreas; ac 3 sectas ad 3 placita capitalia apud Coldinghame; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; cum ceteris (si que essent) in rentali dicti monasterii contentis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 118.

2022. Apud Edinburgh, 30 Jan.

REX, pro grossuma persoluta,—cum consensu &c. (119.),—in feudifirma dimisit GILBERTO KER de Lochtour (antiquo et nativo tenenti infrascriptorum), heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Middlestead et Blakmiddingis, in dominio de Ettrik-forrest, vic. Selkirk:—REDDEND. pro Middled 24 lib., pro Blakmiddingis 6 lib., et 6 sol. 8 den.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon sustentando mansiones cum

plantatione solo corresponden.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 138.

2023. Apud Edinburgh, 2 Feb.

REX, cum consensu &c. (126.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit JACOBO MAXWELL potentario ac burgensi de Drumfreis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—mercatam terre ex 10 solidatis antiqui extentus de Glengowir (occupat. olim per quondam Quintigernum Boyde, et ultimo ad quond. Jo. Maxwell filium quond. Joannis M. de Portrak et patrem dicti Jac. pertinentem), in baronia Sancti-nemoris, vic. Drumfreis;—que olim ad monasterium Sancti-nemoris pertinuit:—REDDEND. 21 sol. 3 den., cum 12 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. 99. 46. 93. 91. 72. 86. 49. 78. xlv. 115.

2024. Apud Edinburgh, 5 Feb.

REX,—cum consensu &c. (126.),—concessit et, pro bono servitio, quitteclamavit GEORGIO MAKALEXANDER de Corsclayes, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—3 librat. terrarum antiqui extentus de Kirkdomine et Ballicbeg, 40 sol. ant. ext. de Westir Auchinblane, in comitatu de Carrik, vic. Air;—quas Hugo dom. de Loudoun in ejus favorem resignavit:—TENEND. in feudifirma:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 168.

2025. Apud Edinburgh, 6 Feb.

REX concessit JACOBO BONAR de Rossie—terras de Eister Rossie, cum aula et manerie, in senesc. et vic. de Fyffe;—quas idem Jac. personaliter resignavit;—necnon villam et terras de Wester Rossie, cum cottagiis, communiis et pasturagio, in dictis senesc. et vic.;—quarum tertiam partem Jac. Serymgeour de Myris (cum consensu Cristine Blair conjugis sue et Egidie Merser matris sue), solarem tertiam partem Jo. Bonar de Lumquhat (cum consensu Helene Arnot sponse sue, necnon Roberti Arnot de Newtown, Patricii Seytoun de Lathrisk, Thome Traill in Rossie et Roberti Young apud Pannatie-milne, ad quorum instantias dictus Jo. interdictus

fruit), reliquam tertiam partem Tho. Hardie in Dafmylne (cum consensu Jonete Myllis sponse sue ac Thome Traile fratris germani Joannis T. de Blebo), in favorem dicti Jac. B. resignaverunt;—et quas omnes rex,—pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Jac. B. ejusque predecesores pre-stito, ac pro compositione persoluta,—dicto Jac. B. de novo ad feudifirmam dimisit, cum integro lacu de Rosseis, anguillarum archo *lie eill-ark* ejusdem, paludibus *lie Myris* de Rossies, pratis, parcis, *lie Inches* et *gallis* dictorum lacus et paludum, cum piscariis tam per cimbas et retia quam alias infra dict. lacum (omnes intra bondas in vulgari specificatas); et omnes incorporavit in liberam baroniam de Rossie, ordinando maneriei locum de Eister R. principale fore messuagium:—TENEND. dicto Jac. B. et heredibus ejus masc. quibuscunque, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—REDDEND. celdram frumenti, 2 celd. 8 bollas ordei, 10 bol. avenarum, 24 capones, et 37 lib. 8 sol. 8 den. monete, cum 5 sol. nove augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et observando cetera in antiquis infeofamentis seu rentalibus contenta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 135.

2026. Apud Edinburgh, 9 Feb.

REX,—cum avasamento &c. (126.),—ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit D. ROBERTO HEPBURNE de Aulderstoun militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Banglaw, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—que olim ad abbatiam de Dryburgh pertinuerunt:—SOLVEND. 8 libras, cum aliis oneribus ac devoriis (si que essent) debitis et consuet., et 5 sol. augmentationis; cum duplicatione feudifirme in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 119.

¹ Names of assize:—John Ker portioner of Kelso, Jas. Johnestoune in Lochhous, Rob. Crawford of Possill, Joh. M'Naeh of Kilquhannatie, Mr. Alex. Maxwell brother of Pat. M. of Newwarke, Wil. Livingstoun of Jareswoode, Thomas Giffart tutor of Schirehall, Hugh Campbell servitor of Mark earl of Lowthiane, Hen. Boner of Lumphattismylne, Joh. Arnot in Pitmeddin, Martin Balfoure of Laletham, Jas. Thomesoun in Weddersbie, And. Small in Harlawshillis, Geo.

2027. Apud Edinburgh, 9 Feb.
REX concessit DAVIDI SPENS filio quondam Davidis S. portionarii de Lethame, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Lochmalony, cum manerie, molendino, terris molendinariis, tenentibus &c., in parochia de Kilmanie, vic. Fyiff;—que fuerunt Patricii Lochmalony de eodem; et 4 Feb. 1608 (comparentibus dicto Dav. cum M. Rob. Lermonth advoco ejus prolocutore, And. Cowper in Lochmalony tunc in Rumgallie, et M. Jo. Dowling [vel Dawling] advoco procuratore pro Joanne Russell in Rathillet, Nicola Lochmalony filia legit. quondam Andree L. de eodem, Helena Hendersone relicta Joannis Turbie, et Andrea Turpie filio et herede dicti Jo. T., et pro Eliz. Forsyth matre dicti Pat.), appreciate fuerunt¹ et (postquam per Wil. Forsyth nuncium ad vendendum dicto Pat. oblate sunt) dicto Dav. vendite pro 8050 merc. ei per dictum Pat. debitis,² et pro 402½ merc. pro feodo Joannis Ardes vicecomitis in hac parte:—et hoc sub onere subsequentium, viz. [1] sasine per dictum Pat. date dicto Jo. Russell de annuo reddito 300 merc. de dict. terris, de data 18 Maii 1605, sub nota Andree Glasfurde notarii; [2] sasine per dictum Pat. date dicte Nicole, de parte dict. terrarum jacente in occidentali parte earundem ex australi parte *lie* Poddok-mure, extendente ad 14 acras arabiles vel eocirca (intra bondas specificatas), et de dimidietate dicte *lie* Poddok-mure de Lochmalony, de data 9 Jun. 1607, sub notis Willelmi Crystisoun et Alexandri Lucklaw notariorum; [3] sasine per dictum And. L. date dictis Jo. Turpie et ejus sponse, de annuo reddito 22 lib. de occidentali dimidietate dictarum terrarum, de data 3 Jun. 1587, sub nota Thome Flescher notarii; [4] sasine per dictum And. L. date dicto And. Cowper

Spens writer (chancellor), Wil. Dowglas burgess of Edinburgh. Clerk of court, John Gilmour writer to the king's signet and notary public.

² By obligation of date 16 Feb. 1606, recorded in the books of council 1 Aug. 1607, the said Pat. bound himself to pay the said David 6500 merks, with 500 merks liquidate expenses, or to infest him in an annual rent of 700 merks out of his said lands, of which annual rent three half-yearly instalments were unpaid.

et Jonete Weymes ejus sponse, de annuo redditu 15 bollarum victualis (farine et hordei proportionaliter cum charitate) de dictis terris, de data 15 Feb. 1592, sub notis Alex. Luklaw et Joannis Patersoun notariorum; [5] sasine per dictum Pat. date dictis And. C. et Jon., de duabus *lie cotagies* ex occidentali parte ville et terrarum de Lochmalony vocatis Chubstoun et Westbarneis, de data 16 Nov. 1607, sub notis Davidis Weymes et Davidis Patersoun notariorum; [6] sasine date dicte Eliz., in vitali redditu, de quarta parte ville et terrarum de Lochmalony cum molendino, de data 28 Sept. 1598, sub notis Joannis Patersoun et Joannis Hadderuick notariorum:—et voluit rex quod dictus Pat. L., heredes ejus et assignati, haberent regressum quancumque dictas summas persolverent infra septennium:—TEST. 99. 46. 93. 94. 72. 86. 49. 78.

P.R. i. 1.

2028. Apud Edinburgh, 10 Feb.

REX concessit PATRICIO SEYTOUN de Lawthrisk, heredibus ejus et assignatis quibuscumque, absque reversione,—solarem dimidietatem ville et terrarum de Eister Lawthrisk et Moncutemyre, vic. Fyiff;—quam David Melvill de Touch in ejus favorem resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 137.

2029. Apud Edinburgh, 10 Feb.

REX concessit et de novo in feudifirmam locavit JACOBOLIDDERDAILL de Sanct-Marie-Yle, in vitali redditu, et THOME LIDDERDAILL ejus filio maximo natu et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis, in feodo,—10 mercatas terrarum de Grange cum molendino, terris molendinariis &c., 2½ mercatas vocatas Sanct-Marie-Yle cum manerie, silvis et *lie-fische-gair*, 10 mercatas de Torres, 7½ mercat. de Litill Galtway, omnes antiqui extentus, cum decimis inclusis, cum advocacione ecclesie parochialis de Galtway, in senesc. Kirkcudbriicht;—quas iidem Jacobus et Tho. L. resignaverunt;—necnon maneriem de Sanct-Marie-Yle, cum domibus, hortis et toto ejusdem precincto, cum advocacione ecclesiarum parochialium de Annovat et

Kirkmadryne;—quas Wil. Rutherford titularius et prior de Sanct-Marie-Yle resignavit:—PRETEREA rex dictas tres ecclesias a dicto prioratu dissolvit, et eundem suppressit; et omnia suprascripta incorporavit in liberam tenandriam de Sanct-Marie-Yle, ut unica sasina apud dictam maneriem capienda pro omnibus staret:—REDDEND. 120 libras, et 20 sol. augmentationis; ac duplicando feudifirmas in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 146.

2030. Apud Edinburgh, 11 Feb.

REX concessit JOANNI GILMOUR scribe signeto regio, heredibus ejus et assignatis,—terras de Lochmalony, cum cuniculariis, molendino, terris molendinariis, moris, marresis, pratis, carbonariis, extenden. ad 40 solidat. antiqui extentus, vic. Fyffe;—que fuerunt Patricii Lochmalony de eodem, de rege tente per servitium warde; et regi devenerunt ob alienationem per dictum Pat., quondam M. Davidem L. ejus patrem, quond. And. L. de eodem ejus avum, vel eorum predecessores factam absque consensu regis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 136.

2031. Apud Edinburgum, 11 Feb.

REX dedit literas legitimationis HECTORI DOWGLAS, filio naturali quondam Hectoris D. in Thornehill. P.R. i. 6.

2032. Apud Tiboillis, 18 Feb.

REX constituit D. JACOBUM HAY a Kingask equitem auratum—computorum rotulatorem regni Scotie, cum feodis ad dictum officium pertinentibus;—et voluit quod dictus Jac. dictum officium possideret adeo libere sicut David dom. Scone, per quem dict. officium fuerat dimissum, aut aliquis alius computorum rotulator prius possederat. P.R. i. 8.

2033. Apud Edinburgh, 19 Feb.

REX confirmavit [1] cartam D. Davidis Lyndsay de Edzell militis (unius domino- rum secreti concilii),—[qua,—pro perim- pteione contractus matrimonialis de data (apud Pittarro), 27 Oct. 1595,—vendidit DAVIDI LINDESAY filio suo natu

maximo, et MARGARETE WISCHEART ejus sponse, filie legitime Joannis W. de Pittarro,—terras et baroniam de Morphie-Fraser, continentis *lie Manis*, Petbeidleis, Densyde, Spittellmyir, cum ceteris villis et terris et *lie cruris* et salmonum piscationibus earundem super aqua de Northesk, ac silvis, forestis, maneriebus, molendinis, tenentibus &c., necnon terras de Chaipell-toun, cum maneriebus, molendinis, tenentibus &c., in baronia de Glenesk per annexationem, vic. Kincardin:—TENEND. dictis Dav. juniore et Marg. in conjuncta infeodatione, heredibusque masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Dav. junioris contentis in infeofamentis dictis Dav. seniori et juniore confectis de terris et baronia de Edzell, absque reversione, de rege; cum liberis forestis:—cum precepto sasine directo Jacobo Seryngeour burgensi de Dundie:—TEST. Willelmo Fullertoun de Ardow, M. Paulo Fraser precentore de Brechine, M. Alex. Norie rectore de Fernie, Jac. Schewane ministro Verbi Dei apud Dunlop, M. Alex. Wedderburne scriba curie Deidonane, Jo. Nory notario, Jo. Pattoun notario servitore dicti Alex. W. (scriptore carte):—Apud Edzell, 5 Aug. 1596]:—[2] cartam factam per D. Davidem Lindsay de Edzell militem liberetenementarium, et Davidem L. ejus filium natu maximum feodatarium infrascriptorum, — [qua, pro perimptione dicti contractus, vendiderunt dictae Margarete Wischeart, in vitali reddito, absque reversione,—solarem dimidietatem terrarum de Lewchland, cum maneriebus, molendinis, tenentibus &c., in dominio de Brechine, baronia de Glenesk per annexationem, vic. de Forfar; necnon quartam partem terrarum de Watterstoun, cum maneriebus, molendinis, tenentibus &c., in dictis baronia et vic.:—RESERVATA dicto Dav. seniori potestate effodiendi lapides in quavis inculta et non arata parte dict. terrarum de Lewchland durante vita sua ad usus suos tantum:—TENEND. de rege: cum precepto sasine directo M. Jo. Ramsay:—TEST. (omisso Jo. Nory) et de data *ut sup.*]:—[3] cartam factam per Jac. Grahame fratrem germanum Henrici G. de Cumes-toun militis, portionarium de Lewchland,

et per Catherinam Fullertoun ejus conjugem, — [qua, — pro perimptione contractus inter Dav. Lindsay feodatarium de Edzell et Marg. Wischeart ejus conjugem, et Jo. Wischeart de Pittarro eorum fidejussorem, ab una, et dictos Jac. et Cath. ab altera partibus, de data presentium,—vendiderunt dictis Dav. et Marg.—dimid. umbralem terrarum et ville de Lewchland, cum tenentibus &c. (dicto Jac. per Davidem Seatoun de Parbrothie alienatam absque reversione), in parochia de Brechin, vic. Forfar:—TENEND. dictis Dav. L. et Marg. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus def., heredibus masc. et assignatis dicti Dav. L. quibuscunque, absque redemptione, de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Wil. Fullertoun de Ardo, Geo. Wischeart de Drymme, M. Gavino et Joanne Dowglasis fratribus germanis Gulielmi com. Angusie, Jo. Smithe de Dargo, M. Alex. Wedderburne scriba curie Deidonane, Jo. (Nory?) notario, Joanne Patoun notario (scriptore carte):—Apud Pittarro et Lewchland, 12 et 14 Feb. 1596]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 130.

2034. Apud Edinburgh, 19 Feb.

REX dedit literas remissionis JOANNI LEITH apparenti de Harthill, PATRICIO LEITH et M. GEORGIO LEITH ejus fratribus germanis, GEORGIO LEITH in Barnis, WALTERO LEYTH et GEORGIO LEITH servitoribus dicti Jo., pro eorum vita duraturas, — eo quod gesserunt et jacularunt bombardas *lie pistolettis* et *haybuttis* aliquo tempore ante diem date.

P.R. i. 15.

2035. Apud Edinburgh, 20 Feb.

REX,—cum consensu &c. (126.), — ad feudifirmam dimisit et quitteclamavit JOANNI MAXWELL seniori filio et legit. heredi apparenti quondam Joannis M. filii quond. Joannis M. de Portrak (nativo tenenti infrascriptorum), heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—mercatam terre de 40 solidatis antiqui extentus de Glengowir [vel Grengowir] (occupat. &c. *ut in carta* 2023), jacen. in baronia de Halywode, vic. Drumfreis;—que olim ad

monasterium de Halywode pertinuit:—**REDDEND.** 24 sol. 3 den., cum 2 sol. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—**TEST.** *ut in aliis cartis &c.* xlv. 143.

2036. Apud Edinburgh, 23 Feb.

REX concessit et, pro servitio sibi suisque predecessoribus prestito, — cum consensu &c. (135. 126.),— de novo dedit **ALEXANDRO GORDOUN** de Cluny, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—ter. de Auchterarne, Tulloche, Tannamoyne ibidem, Blakmyne cum terris molendinariis &c., dimidietatem umbralis dimidietatis ville et terrarum de Auchterarne et earum molendini, terrarum molend. &c., cum dimidietate dimidietatis crofte vocate Tonnomoyne, dimid. umbralis dimidietatis villarum et terrarum de Tulloch et Drynie, cum tenentibus &c., in parochia de Coldstane, vic. Abirdene; terras de Cultis, molendini villam et terras molendinariis &c., et brasinam ejusdem, viz. terras de Eister Cultis, Mikill C., Pet et Tullichardoch, cum molendino, terris molendinariis &c., silvis, *lie bogis*, tenentibus &c., in parochia de Tarlane, vic. de Abirdene; necnon decimas garbales aliasque decimas tam rectorias quam vicarias et redditus ecclesiarum parochialium de Tulloch et Oboyne, vic. Abirdene;—quas terras &c. **Alex. Gordoun** de Lesmoir senior et **Jac. G.** ejus filius legitimus natu maximus et apparens heres, decimas &c. (olim ad preceptoriam de Torphechin pertinentes et tunc ad dominium de T. per Mariam reginam erectum in favorem quondam Jacobi dom. de Torphichine) **Jacobus** tunc dom. de Torphechin, in favorem dieti **Alex. G.** de C. resignaverunt:—**PRETEREA** rex diet. decimas &c. ad terras de Auchterarne annexuit, et voluit quod unica sasina apud Auchterarne capienda pro omnibus staret:—**REDDEND.** pro terris &c. jura et servitia debita et consueta; pro decimis &c. sustentando idoneos ministros infra diet. ecclesias:—**TEST.** *ut in aliis cartis &c.* xlv. 129.

2037. Apud Edinburgh, 24 Feb.

REX,—cum avisamento &c. (126.),—pro bono servitio, ac pro magnis pecuniarum

summis persolutis, in feudifirma dimisit et quitteclamavit **M. WILLELMO FORBES** de Meny, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—mansionem sive habitationis locum aliquando ad rectorem de Kincardin pertinentem cum horto et pertinentiis adjacentibus (intra bondas specificatas), in Channoria Abirdonen.;—qui olim ad rectorem de Kincardin pertinuit:—**REDDEND.** 7 libras, et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et prestando 3 sectas ad 3 curias capitales baronie de Kincardin-Oneill:—**TEST.** *ut in aliis cartis &c.* xlv. 131.

2038. Apud Edinburgh, 25 Feb.

REX confirmavit cartam **Patricii Cheyne** de Essilmonth,—[qua, pro perimptione contractus de data presentium, vendidit **M. PATRICIO HEPBURNE** de Smetoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Essilmonth (viz. terras dominicales de E. cum castro et manerie, terras de Craigheid, Corstane, *lie Auld-Mylmetoun* cum molendino de Essilmonth, $1\frac{3}{4}$ tertias partes terrarum de Chepeltoun de Essilmonth, dimidietatem terrarum ville de Forth(ry) de E., cum silvis, piscationibus, molendinis, tenentibus &c.), vic. Abirdene:—**REDDEND.** regi unum den. albe firme:—cum precepto sasine:—**TEST.** **Jo. Young** in Benholme, **Walt. Hay** servitore dieti **Patricii C.**, **Samuele Blaikburne** mercatore burgen. de Edinburgh, **Roberto Alschunder** scriba Edinburgi (scriptore carte), **Wil. Mure** servo dieti **Sam.:**—Apud Edinburgh, 21 Jan. 1608]:—**TEST.** *ut in aliis cartis &c.* xlv. 134.

2039. Apud Edinburgh, 25 Feb.

REX concessit et,—pro servitio sibi et predecessoribus suis prestito, necnon pro compositione persoluta,—de novo dedit **JACOBO GLENDONING** filio quondam **Joannis G.** de Drumrasche, heredibus ejus et assignatis,—4 mercatas terrarum de Moelrum antiqui extentus, in dominio de Partoun, senesc. **Kirkcudbrycht**, vic. **Drumfreis**;—quas **Jo. Gordoun** tunc de Troquhone in ejus favorem resignavit:—**REDDEND.** jura et servitia debita et consueta:—**TEST.** *ut in aliis cartis &c.* xlv. 139.

2040. Apud Edinburgh, 25 Feb.

REX concessit et, pro bono servitio, de novo dedit D. JOANNI LINDSAY equiti aurato ordinis de *lie Bath*, filio seniori et heredi apparenti D. Henrici L. de Carelstoun militis, et Domine JEANNE ABIRNETHIE ejus sponse affidate, sorori Joannis dom. Saltoun, in ejus pura virginitate, et heredibus subtus specificatis,—terras, baroniam et dominium de Kynfawneis et Petsindie, cum castro, manerie, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., advocacione ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum, vic. de Perth; terras de Carelstoun vocat. Furdoun cum fortalicio et manerie, terras de Nether Carelstoun, cum molendinis tam granariis quam fulloniis, terras de Litill Watterstoun, Braklaw et Belliehollok, cum tenentibus &c., cum officio adjudicatoris in parliamentis et curiis justiciarie, vic. Forfar; terras de Eistir Balnabreich, cum manerie, molendinis, piscariis, in dominio de Brechine, vic. Forfar;—quas dictus Hen. pro perimptione contractus matrimonialis resignavit:—TENEND. villas et terras de Goktoun, Ribnay, Tullichhow, Windyedge, Schiphirdseat, Murchall, Kingiswellis, Deuchneis, terras de Ovir Kynfawneis, cum piscaria salmonum de Ribnay super aquam de Tay, in baronia de Kynfawneis et Petsindie, dictis Jo. L. et Jean. in conjuncta infeodatione (in plenariam contentationem tertie dicte Jean.), et heredibus masc. inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. inter dictum Jo. L. et quamlibet aliam ejus legit. sponsam procreandis, quibus def., dicto Hen. et heredibus ejus masc. quibuscunque reversuras; ceteras dicto Jo. L. et dictis heredibus masc. et tallie:—RESERVATO libero tenemento dicto Hen. (exceptis terris dictis Jo. L. et Jean. in conjuncta infeodatione concessis):—REDDEND. pro Eistir Balnabreich 14½ mere. feudifirme, necnon duplum feudifirme in introitu heredum; pro ceteris jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlv. 150.

2041. Apud Edinburgh, 29 Feb.

REX concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta,—cum consensu &c. (126.),—de novo dedit DAVIDI LITFILL

de Baldinsgill, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, — terras ecclesiasticas rectorie et vicarie de Auchindoir, cum parcis, moris, glebatoriis, marresiis, cum decimis inclusis, cum mansionibus earundem, in diocesi et vic. de Abirdeine;—quas Jo. Gray in ejus favorem resignavit:—REDDEND. 3 lib. 13 sol. feudifirme, cum ceteris devoriis consuet.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et successorum:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlv. 156.

2042. Apud Edinburgh, 1 Mar.

REX confirmavit cartam Alexandri Schaw de Cammismoir,—[qua,—virtute contractus de data apud Striviling, 28 Mar. 1604, necnon pro 7500 mercarum persolutis,—vendidit PAWLO DOG de Dunrobene in vitali redditu, et JACOBO DOG ejus filio et heredi apparenti in feodo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, irredimabiliter,—terras de Coldoche-Wester aliter Craigheid (olim per And. Smythe tunc per Jac. Robertson et Mariotam Done sponsam quondam Joannis Mitchell occupatas), in senesc. de Menteith, vic. de Perth:—REDDEND. regi 5 mercas, et 5 mere. augmentationis, nomine feudifirme; necnon observando cetera contenta in principali carta dicto Alex. et ejus predecessoribus concessa:—cum precepto sasine directo Jo. Schaw fratri dicti Alex.:—TEST. Patricio Kynnaird de eodem, Rob. K. ejus filio, Jac. Dog de Gartineaber, Gabriele Cunynghame fratre germano Alexandri C. de Cragens:—carta scripta per Jac. Lennox scribam in burgo de Striviling:—Apud Coldoche, 5 Apr. 1604]:—PRETEREA, pro bono servitio dictorum Pawli et Jac. Dog, dictas terras quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xlv. 148.

2043. Apud Edinburgh, 1 Mar.

REX,—cum consensu &c. (126.),—confirmavit cartam Alexandri com. Fermelinoduni dom. Fyvie et Wrqnhart, magni cancellarii Scotie, — [qua,— pro perimptione contractus matrimonialis de data apud Edinburgh, Bothanes, Callender, Newbottill et . . ., 7, 11, 13 et 15 Nov. 1607 et . . ., in libris dominorum concilii registrari continen., initi cum Jacobo dom. Hay de

Yester cum consensu Domine Margarete Ker domine Yester ejus conjugis, et Domina MARGARETA HAY eorum unica filia, futura conjuge dicti Alex., cum consensu aliorum in dicto contractu specificat,—concessit dicte Marg. Hay, in vitali redditu,—villas et terras de Dalgatie et Dunduf, vic. Fyiff; tenandriam de Haillisbrig, cum decimis in infeofamento dicti Alex. contentis, cum terris ecclesiasticis de Haillis, et molendino, terris molendinariis &c., in parochia de Haillis, vic. Edinburgh principali; annum redditum 1000 merc. de terris et dominiis de Fyvie et Wrquhart:—REDDEND. dicto Alex. unum den. albe firme; necnon relevando ejus heredes de omnibus devoriis de dictis terris debitis:—cum precepto sasine directo Alex. Donaldsone servitori dicti comitis:—TEST. Alex. Inglis de Rottinraw, M. Geo. Butler servitore dicti Jac., M. Jo. Paip scriba Edinburgi, Jo. Ros notario publico ejus servitore (scriptore carte):—Apud Edinburgh, 7 Nov. 1607]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P.R.i. 3.

2044. Apud Edinburgh, 1 Mar.

REX concessit HENRICO COMMENDATARIO DE SANCT-COLMES-INCHE, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —*lie* Maynes de Invermey, cum fortalicio, maneriei loco, viridariis, pratis, silvis (excepto *ut in carta* 1588), molendinum granarium de Invermey cum ejus terris &c., croftas *lie* Painteriseroft et Walkeriseroft, pendicula vocata Thomas-Thowmeslandis et Kidhill, cum advocacione rectorie et vicarie ecclesie parochialis de Muckarsie, partem terrarum *lie* Medowlandis jacentem ex parte orientali torrentis *lie* Craighburne aliter *lie* Bookburne, cum astrictis multuris

et sequelis omnium dict. terrarum, dimidietatem terrarum de Inverlongyngantea ad Jac. com. Atholic in proprietate spectantem, superioritatem et feudifirme firmas alterius dimid. de I. cum molendino, terris molendinariis &c. (Waltero Stewart incumbentis), cum tenentibus &c. omnium suprascriptorum, in parochiis de Muckarsie et Donyng, vic. Perth;—que fuerunt D. Roberti Grhame de Scottistoun militis; et 30 Dec. 1607 (comparentibus M. Tho. Craig et M. Jac. Donaldsoun advocatis procuratoribus pro dicto Henrico, et M. Andrea Aytoun procuratore Roberti Watsoun olim apud molendinum de Abruthvin tunc in Eister Rossie), dicte terre (cum assedationibus decimarum earundem ad dictum Rob. G. pertinentibus) appreciate sunt¹ dicto Hen. pro 6200 merc. in partem solutionis summe ei debite,² et pro 310 merc. pro feodo Jacobi Tyrie nuncii, vicecomitis in hac parte:—RESERVATO Domine Anne Lyndesay domine Invermey, sponse dicti Rob. G., vitali redditu post mortem dicti Rob. G.;—et absque prejudicio Thome Gaw penes annum redditum 48 merc. de terris de Muckarsie et Kildony ei concessum per quondam Jac. Stewart dom. Invermey (precepto sasine dato apud Garvok, 21 Feb. 1582, instrumento sasine 22 Feb. 1582); et dicto Rob. Watsone et Helene Grhame ejus conjugi penes annum redditum 20 merc. de dict. terris de Invermey, eis per dictum dom. concessum (precepto sasine dato apud Invermey, 10 Maii 1579, instrumento sasine 19 Maii 1579):—et voluit rex quod dictus Rob. G., heredes ejus et assignati, haberent regressum quancunque dict. summas persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P. R. i. 7.

¹ Names of assize:—Sir Wil. Lawsoun of Boighall knight, Jas. Lawsons of Carnemure, Alex. Blair of Balgray (chancellor), David Barclay of Strowie, Ninian Oliphant of Colkewquhair, Rob. Keith of Auldmd, John Ramsay of Quhythill, Math. Baillie of Lytilgill, Lanrence Oliphant of Condie, John Fergusson of Darcullie, Thomas Fergusson of Belliewchane, Mr Jas. Durie . . ., Mr Geo. Fraser indweller in Edinburgh, Rob. Menteith of Eggillisschaw, Joh. Barclay burgess of Cannogait. Clerk of the said process of

apprizing, Jas. Kynneir notary public and writer to the king's signet.

² By obligation dated at the burgh of Perth, 5 Oct. 1604 (recorded in the books of council 7 Sept. 1607) by John earl of Montrois lord Grahame and Mugdok chancellor of Scotland and the said Sir Rob. Grhame his legitimate son, and by John Grhame of Balgowne and John G. his son and heir apparent as cautioners for them, to pay to the said Hen. the sum of £9800, with £1000 taxed expenses.

2045. Apud Edinburgh, 2 Mar.
 REX concessit WILLELMO BLAIR de Balgillo, heredibus ejus et assignatis quibuscunq̄,—terras et baroniam de Reidcastell-Coughoillis alias Inverkeillour (continen. *ut in carta* 1716);—que fuerunt Jacobi comitis Atholie dom. Balveny et Innermyth; et (dicto Jac. citato apud ejus habitationis locum in civitate Dunkelden., et apud castrum et maneriei locum de Blair in Athole, et personaliter citato apud burgum de Perth per Georgium Mathow nuncium), 24 Nov. 1607 (comparentibus M. Tho. Hope advocato procuratore dicti Wil., Willelmo Durham de Grange cum M. Tho. Mawer ejus prolocutore, M. Alexandro Keith de Over Dysert, Hen. Futhie feodatario de Ballisak, Alex. Fyff fratre et herede apparente quondam Davidis F. burgensis de Montrois, cum M. Henrico Balfour eorum prolocutore, et dicto M. Henrico tanquam procuratore pro Davide Lichtoun de [*rel in*] Etthie et Alex. Ramsay filio legit. quond. Joannis R. in [*rel de*] Inscheok, et M. Joanne Halyday procuratore pro M. Jo. Prestoun filio et herede apparente M. Joannis P. de Pennycuik collectoris generalis), dicte terre &c. (cum jure dicti Jac. ad assedationis literam de data 10 Apr. 1567, per quond. Leonardum commendatarium de Cupro et conventum ejusdem factam quond. Domine Margarete Flemyng comitisse Atholie sponse quond. Joannis com. Atholie cancellarii Scotie, et quond. Joanni Stewart tunc magistro et postea com. Atholie eorum filio et heredi apparenti, et duobus heredibus post dictum Jo., de decimis garbalibus terrarum de

Carsgrange, Boignylne et Watributtis, Murehousis, Newbiging et Westhorne cum earum acris, in parochia de Erroll, diocesi S. Andree, vic. Perth, extenden. annuatim ad 7 celdras 13 bollas $1\frac{1}{2}$ *tie peckis* frumenti, necnon de decimis garb. ecclesie parochialis de Bendoquhie [exceptis dec. garb. terrarum de Perseis, Callies et Wester Drymmie, que cum trunco in feudifirma locate erant], extenden. ad 68 celd. victualium [$\frac{2}{3}$ farine et $\frac{1}{3}$ ordei], cum decimis vicarie dicte ecclesie, in diocesi Dunkelden., vic. Perth) appreciate¹ fuerunt dicto Willelmo Blair pro 40000 merc. (viz. terre &c. pro 20000 merc., dicta assedatio pro 20000 merc.) in partem solutionis summarum ei debitaram,² et pro 2000 merc. pro feodo Davidis Gardiner Ormondie preconis, nuncii et vicecomitis in hac parte; prout contentum est in processu appreciationis sub signo et subscriptione Jacobi Kinneir notarii publici, scribe signeto regio:—et hoc absque prejudicio dicto Wil. Durham penes terras et villam de Fallawis in baronia de Inverkeillour, et (in speciale warrantum earundem) annum redditum 6 celdrarum victualium ($\frac{1}{2}$ ordei et $\frac{1}{2}$ farine avenatice) de *tie* Maynis de Reidcastell, ei tanquam heredi quond. Roberti D. de Grange ejus patris concessas per quond. Jo. dom. Innermeith sub reversione 3500 merc. (precepto sasiue dato apud Grange, 16 Maii 1590, instrumento sasine 3 Aug. 1591); et dicto Alex. Keith penes umbralem dimidietatem terrarum et ville de Inscheok in baronia de Reidcastell, ei et Eliz. Melvill ejus conjugii concessam per quond. Jo. Stewart

¹ Names of assize:—David Reid of Aikinheid, Joh. Logane of Bonytoun, colonel Bartholomew Balfour of Reidhewis, Wil. Turnbull of Pittincroif (chancellor), John Jhonstoun portioner of Dene, Mr Francis Bothwell brother german of John lord Halyrudelous, John Bellendene portioner of Fluiris, George Smailholme and Jas. Liddell in Leith, Wil. Naper of Wrichtishousis, Arch. Ogilve of Aucharach, Cornelius Cutbert and Tho. Lindesay burgesses of Edinburgh, Joh. and Pat. Hammiltoun indwellers there.

² By contract between the said earl (with consent of Sir David Lindesay of Edzell knight one of the senators of the college of justice, Alex. bishop of Brechin, Joh. Levingstoun of Douypace

and David Lindesay fiar of Edzell, at whose instance the said earl was interdicted) and the said Wil. Blair, of dates at the monastery of Cupar, Edzell and Brechin, 7, 22 and 24 Nov. 1606 (recorded in the books of council 10 Dec. 1606), the said earl bound himself to repay to the said Wil. the sum of 75798 merks within one hundred days after demand made (which was done by Mr Tho. Rollok advocate, procurator for the said Wil.), with 7500 merks liquidate expenses in case of failure, and to infest the said Wil. in the said barony, and to pay him the rents of the same, viz. 7580 merks yearly, till redemption of the said barony, with 1000 merks penalty for each termly payment not made.

dom. Innermeith et Reidcastell (instrumento sasine dato 1 Dec. 1587); et dicto Hen. Futhie penes terras de Hodgtoune et Fallawis in dicta baronia, ei concessas per Davidem Gairden de Lawtoun (instrumento sasine dato 17 Jun. 1605); et dicto Alex. Fyiff penes annuum redditum 24 lib. de terris de Hiltoun in dicta baronia dicto Dav. Fyiff concessum (instrumento sasine dato 10 Dec. 1588); et dicto Dav. Lichtoun penes umbralem dimid. de *lie* Manis de Reidcastell (ejus instrumento sasine dato 19 . . 1588); et dicto Alex. Ramsay penes solarem dimid. terrarum de Inscheck, dicto Jo. R. concessam (instrumento sasine dato 8 Jun. 1588); et dicto Jo. Prestoun juniori penes annualem pensionem 3 celdrarum frumenti de dictis decimis de Bendoquhy:—et voluit rex quod dictus comes Atholie, heredes ejus et assignati, haberent regressum ad superscripta quandocunque dictas summas persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. P. R. i. 10.

2046. Apud Edinburgh, 3 Mar.

REX confirmavit cartam Jacobi Stewart de Rosyith,—[qua,—pro se et Margareta Naper sponsa sua, domina conjuncte infeodationis,—pro perimptione contractus de data presentium, ac pro 20000 mercarum persolutis,—vendidit M. JOANNI HAY de Eister Kennet, et MARIOTE DRUMMOND ejus spouse,—terras de Craigtoun, in baronia sua de Schanubodie, vic. Clakmannane; cum potestate piscationis salmonum aliarumque pisciarum quarumcunque super aqua de Forth tam cum retibus, cimbis, *lie yairis* et *crues* quam alias:—TENEND. dictis Jo. et Mar. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquieribus heredibus dicti Joannis et assignatis quibuscunque, irredimabiliter, de rege in alba firma:—REDDEND. unum den.:—cum precepto sasine:—TEST. Jo. Neper feudatario de Marchiestoun, Alex. Monteith ejus servo, Jo. Neper filio legit. dicti Jo. N., Pat. Stewart de Beith, Rob. Rawsone scriba, Jac. Kynmeir scriba signeto regio, Jac. Ramsay ejus servitore (scriptore carte):—Apud Edinburgh, 1 Jan. 1608]:—IN-

SUPER, pro servitio sibi et progenitoribus suis per dictum M. Jo. ejusque predecessores prestito, ac pro compositione persoluta, superscripta dictis personis de novo dedit:—REDDEND. *ut supra*:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 142.

2047. Apud Edinburgh, 4 Mar.

REX concessit ROBERTO ARBUTHNOT de eodem, et MARIE KEITH ejus conjugi, —terras et baroniam de Carnetoun alias Fordoun (viz. terras de Convalie, Fordounflatt, molendinum de Carnetoun nuncupat. de Baltryne, brasinam prope ecclesiam de Fordoun), cum villa de Fordoun et ejus terris, antea in burgum in baronia incorporatis, in diocesi S. Andree, vic. Kincardin;—necnon, in speciale warrantum earundem, *lie* Maynes de Creich, cum fortalicio, manerie loco, silvis, piscariis, vic. Fyffe;—quarum liberum tenementum M. Jacobus Betoun de Creich, feudum David Betoun feudatarius de C. ejus filius, in favorem dictorum Rob. et Mar. resignaverunt, pro perimptione contractus de data apud Dumbag et Breehine, 24 et 29 Apr. 1607; et quas rex, pro servitio sibi suisque progenitoribus per dictum Rob. ejusque predecessores prestito, ac pro compositione persoluta, dictis Roberto et Marie de novo dedit, cum fortaliciis, manerierum locis, molendinis, silvis, piscariis, parvis, forestis, pratis, pasturagiis, tenentibus &c. dicte baronie:—TENEND. dictis Rob. et Mar. in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, dicti Rob. legit. et propinquieribus heredibus masculis et assignatis quibuscunque:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta; et,—ratione taxationis wardae &c. baronie de Creich (*in carta 1492 contente*),—rex taxavit wardam &c. baronie de Carnetoun ad 30 lib., dict. *lie* Maynes ad 12 lib., et maritagium ad 60 lib.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xlv. 141.

2048. Apud Edinburgh, 7 Mar.

REX confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit M. JACOBO BORTHUIK de Lochhill, et ELIZABETHE RAMSAY ejus conjugi,—annuum redditum 500 mercarum de dicti Jacobi quarta parte terrarum

